Phalera in ſinu Maniliaco tenuit uerior credo lectio Phalarna:ſic Plinius.

Romani ubi primum aquilones duo( namq; per aliquot dies ceciderant) tenuerunt uide ne de
nuo potius ſit legendum,& ſi apud Liuium non adeo uſitatum.

## ℭLIBRO SEPTIMO.

Fabritium Luſinum emendatius luſcinum ſcripſiſſet.

Poſt Naualem ad Caricum pugnam:ſed Coricum legendum:ſic ſupra.

Ab eleunte & Dardano & rhoetio. Strabo de his locis Dardanus iquit priſca res eſt & mox ſubiicit
deinde pteleus lacus & rhytium cæterum elenſam & eleam in phrygia reperio tu boni conſule.

Rhodii contra claſſem ex ſyria uenientem ad terram indiatorum tetendere hoc quoq; aduertat le-
ctor ne Gnidiorum uerior ſit lectio & enim res in medio eſt.

Qui in meridiem uergit Nauſathemon ab re appellatur:ad melius nauſtrathmon nam & portũ &
nauium turbam ſignificat.

## ℭLIBRO OCTAVO.

Lucaniam & myliadam utraq; dictione Corrupta exemplaria uulgo habent. Ego licaoniam & mi
ſiam repoſui proximus id liber demonſtrat.

Librumq; rationis eius cum. L. fratrem afferre iuſſiſſet ſpectante ſenatu ſuis ipſum manibus compl
ſiſſe hic quoq; concerpſiſſe reſtitui non temere:ſed auctoritate frætus.

## ℭLIBRO NONO.

Tandem iudicium hoc maxime modo ad poſthumium conſulem peruenit. Cæterum indicium
uerius de indicio enim agitur & non iudicio.

Tum quoq; mutabundus petebat:& ſi omnia ſic haberent exemplaria ui ſum eſt tamen minitabũ-
dus reponere quod Catoni conuenit & de eodem ſupra a multis læſo & lædendi cupido.

FINIS

# ℭT. LIVII PATAVINI HISTORICI PRIMAE DECADIS PRAEFATIO.

Fabius
exame-
ri exor
dio ait
Liuium
cœpiſſe

FACTVRVS NE OPERAE PRETIVM SIM:SI A PRIMORDIO
urbis res populi romani pſcripſero:nec ſatis ſcio:nec ſi ſciã:dicere auſim.qp-
pe qui cum ueterẽ: tum uulgatã eſſe rem uideam:dum noui ſemp ſcriptores:
aut in rebus certius allaturos aliquid ſe:aut ſcribendi arte rudem uetuſtatẽ ſu
peraturos credunt. Vtcũq; erit iuuabit tamẽ rerum geſtarum memoriæ prin-
cipis terrarũ populi:pro uirili parte & meipſum conſuluiſſe. Et ſi in tanta ſcri-
ptorum turba mea fama in obſcuro eſt:nobilitate ac magnitudine eorũ: qui
nomini officient meo:me cõſoler. Res eſt præterea & immenſi operis: ut quæ
ſupra ſeptingenteſimum annum repetatur:& quæ ab exiguis profecta initiis:
eo creuerit:ut iam magnitudine laboraret ſua:& legẽtiũ plæriſq; haud dubi-
to:quin primæ origines:& proxima originib⁹ min⁹ præbitura uoluptatis ſint:feſtinãtibus ad hæc
noua qb⁹ iampridem præualentis populi uires ſe ipſæ conficiunt. Ego contra:hoc quoq; laboris p̃
miũ petam:ut me a conſpectu malorum:quæ noſtra per tot annos uidit ætas:tantiſp certe:dum pri
ſca illa tota mente repeto:auertam omnis expers curæ:quæ ſcribentis animum & ſi non flectere a ue
ro:ſollicitum tamẽ efficere poteſt. Quæ ante conditam cõdendamue urbem poeticis magis deco
ra fabulis:quã incorruptis rerum geſtarum monumentis traduntur:ea nec affirmare:nec refellere ĩ
animo eſt:datur hæc uenia antiquitati:ut miſcẽdo humana diuinis primordia urbiũ auguſtiora fa
ciat:& ſi cui pplo licere oportet cõſecrare origines ſuas & ad deos referre auctores:ea belli gloria eſt
populo romano:ut cum ſuum conditoriſq; ſui parẽtem Martem potiſſimum ferat:tã hoc gentes hu
manæ patiãtur æquo animo: quam imperiũ patiuntur. Sed hæc & his ſimilia: utcũq; animaduerſa
aut æſtimata erũt:haud equidem in magno ponam diſcrimine:ad illa mihi pro ſe quiſq; acriter itẽ
dat animum quæ uita qui mores fuerint per quos uiros:quibuſq; artibus domi militiæq;:& partũ:
& auctum imperiũ ſit:labente deinde paulatim diſciplina:uelut deſidentis primo mores ſequat aĩo

Hiſto
riæ
uſus

deinde ut magis magiſque lapſi ſint:tũ ire cœperint præcipites:donec ad hæc tpa:quibus nec uitia
noſtra:nec remedia pati poſſumus:puẽtũ eſt. Hoc illud eſt præcipue i cognitiõe rerũ ſalubre ac frugi
ferũ:oĩs te exẽpli documẽta in illuſtri poſita monumeto ĩtueri:unde tibi tuæq; reipublicæ:qđ imite
re:capias:ũde fœdũ ĩceptu:fœdũ exitu qđ uites. Cæterũ aut me amor negotii ſuſcepti fallit aut nul
a unq̃ reſpublica nec maior nec ſanctior:nec bonis exemplis ditior fuit: nec in quã tã ſero auaricia:
luxuriaq; imigrauerint:nec ubi tantus ac tãdiu paupertati:ac parſimoniæ honos fuerit:adeo quãto
rerũ min⁹ tãto minus cupiditatis erat:nup diuitiæ auariciã:& abũdãtes uoluptates deſyderiũ p lu
xum:atq; libidinem pereundi perdendiq; omnia inuexere. Sed quærelæ ne tum quidem gratæ fu-
turæ:cũ forſitan neceſſariæ erunt:ab initio certe tantæ ordiendæ rei abſint:cum bonis poti⁹ omini
bus: uotiſq; ac precationibus deorum:dearumq; ſi:ut poetis:nobis quoq; mos eſſet:libentius inci
peremus:ut orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## LIBER PRIMVS

IAM PRIMVM OMNIVM SATIS CONSTAT TROIA CAPTA
in cæteros ſæuitum eē Troianos: duobus Aenea Antenoreq; & uetuſti iure
hoſpitii: & qa pacis reddēdæq; Helenæ ſemp auctores fuerūt: omne ius bel-
li achiuos abſtinuiſſe. Caſibus deinde uariis Antenorem cū multitudine he
netū: qui ſeditione e paphlagonia pulſi: & ſedes & ducē rege Pylæmene ad
Troiam amiſſo quærebāt: ueniſſe in initiū maris adriatici ſinū: euganeiſq;
qui inter mare alpeſq; incolebant: pulſis: henetos troianoſq; eas tenuiſſe ter-
ras & in quem primū egreſſi ſunt locum: Troia uocatur: pagoq; inde tro-
iano nomē ē: gens uniuerſa Veneti appellati. Aeneam ab ſimili clade domo
profugum: ſed ad maiora rerū initia ducētibus fatis primo in Macedoniā
ueniſſe inde in Siciliam quærētem ſedes delatum: a Sicilia claſſem laurentē
agrum tenuiſſe: Troia & huic loco nomē eſt. Ibi egreſſi Troiani: ut quibꝰ
ab immēſo prope errore nihil præter arma & naues ſupereſſet: cum prædam ex agris agerent: Latinus rex
aborigeneſq;: qui tum ea tenebant loca: ad arcendam uim aduenarum armati ex urbe atq; agris concurrūt
Duplex inde fama eſt: alii prælio uictum Latinum pacem cum Aenea: deinde affinitatem iunxiſſe tradūt:
alii: cum inſtructæ acies cōſtitiſſent: priuſq̄ ſigna canerent proceſſiſſe Latinum inter primores: ducēq; adue
natum euocaſſe ad colloquium: percunctatum deinde qui mortales eſſent: unde aut quo caſu profecti do
mo: qui ue quærentes in agrum laurentē exiſſent: poſteaquam audiuit multitudinem Troianos eſſe: du
cem Aeneam filium Anchiſæ & Veneris cremata patria & domo profugos ſedem condendæq; urbi locū
quærere: & nobilitatem admiratum gentis: uiriq; animum uel bello uel paci paratum dextra data: fidē fu-
turæ amicitiæ ſanxiſſe: inde fœdus ictum inter duces: inter exercitus ſalutationem factam. Aeneam apud
Latinum fuiſſe in hoſpitio: ibi Latinum apud penates deos domeſticum publico adiunxiſſe fœdus: filia
Aeneæ in matrimonium data: Ea utiq; res Troianis ſpem affirmat: tandem ſtabili certaq; ſede finiendi er-
roris oppidum condunt. Aeneas ab nomine uxoris Lauinium appellat. Breui ſtirps quoq; uirilis ex no-
uo matrimonio fuit: cui Aſcanium parente dixere nomē. Bello deinde aborigines Troianiq; ſimul petiti
Turnus rex rutulorum cui pacta Lauinia ante aduentum Aeneæ fuerat: prælatum ſibi aduenam ægre pati
ens: ſimul Aeneæ Latinoq; bellum intulerat. Neutra acies læta ex eo certamine abiit: uicti rutuli: uictores
aborigines Troianiq; ducem Latinum amiſere. Inde Turnus rutuliq; diffiſi rebus ad florētes opes ethru
ſcorum Mezentiumq; eor; regem confugiunt: qui Cære opulento tum oppido imperitans: iā inde ab ini
tio minime lætus nouæ origine urbis: & tum nimio pluſq̄ ſatis tutum eſſet accolis rem Troianam creſce-
re ratus: haud grauatim ſocia arma rutulis iunxit. Aeneas aduerſus tanti belli terrorem: ut animos abori
ginum ſibi cōciliaret: ne ſub eodem iure ſolum: ſed etiam nomine omnes eſſent: latinos utranq; gentem ap
pellauit: nec deinde aborigines troianis ſtudio ac fide erga regem Aeneam ceſſere: fretuſq; his animis coale
ſcentium in dies magis duorum populorum: Aeneas: quāquam tanta opibus ethruria erat: ut iam non ter
ras ſolum: ſed mare etiam per totam Italiæ lōgitudinem ab alpibus ad fretum ſiculum fama nominis ſui
impleſſet: tamen cum mœnibus bellum propulſare poſſet: in aciem copias eduxit. Secundum inde præli
um latinis: Aeneæ etiam ultimum operum mortalium fuit. Situs eſt: quēcunq; eum dici ius faſq; ē: ſuper
Numicum flumen: Iouem indigetem appellant. Nondum maturus imperio Aſcanius æneæ filius erat:
tamen id imperium ei ad puberem ætatem incolume manſit tantiſper tutela muliebri (tanta indoles in La-
uinia erat) res latina & regnum auitum paternumq; puero ſtetit: haud ambigam! Quis enim rem tam ue
terem pro certo affirmet? hiccine fuerit Aſcanius: an maior: quam hic: Creuſa matre Ilio īcolumi natus: co-
meſq; inde paternæ fugæ: quem Iulum eundem Iulia gens auctorem nominis ſui nuncupat. is Aſcaniꝰ:
ubicunq; & quacunq; matre genitus (certe natum Aenea conſtat) abundante Lauinii multitudine floren-
tem iam ut tum res erant: atq; opulentam urbem matri ſeu nouercæ reliquit: nouam ipſe aliam ſub alba
no monte condidit: quæ ab ſitu porrectæ in dorſo urbis longa Alba appellata. Inter Lauinium & Albam
longam coloniam deductam triginta fere interfuere anni: tantū tamē opes creuerant maxime fuſis Ethru-
ſcis: ut ne morte quidem Aeneæ: nec deinde inter muliebrem tutelam rudimentumq; primum puerilis re-
gni mouere arma aut Mezentius: ethruſciq;: aut ulli alii accolæ auſi ſint. Pax ita conuenerat: ut ethruſcis la
tiniſq; fluuius albula: quem nunc tyberim uocant: finis eſſet. Siluius deinde regnat Aſcanii filius: caſu
quodam in ſiluis natus. is Aeneam Siluium creat. is deinde Latinum Siluium. ab eo coloniæ aliquot de-
ductæ: priſci latini appellati. manſit poſtea Siluius omnibus cognomen: qui albæ regnarunt. Latino Al-
ba ortus Alba Atys aty Capis. Capi Calpetus: Calpeto Tyberinus: qui ī traiectu albulæ amnis ſubmerſus
celebre ad poſteros nomē flumini dedit. Agrippa inde Tyberini filius poſt agrippam Romulus Siluius a
patre accepto: imperio regnat: auētino fulmine ictus ipſe regnum per manus tradidit: is ſepultus in eo col
le qui nunc eſt pars Romanæ urbis: cognomē colli fecit: proca deinde regnat: is Numitorem atque Amu
lium procreat. Numitori qui ſtirpis maximus erat: regnum uetuſtum ſiluiæ gentis legat: plus tamen uis
potuit quam uoluntas patris: aut uerecundia ætatis pulſo fratre Amulius regnat: addit ſceleri ſcelus ſtirpē
fratris uirilem interimit: fratris filiæ Rheæ Siluiæ per ſpeciem honoris: cum ueſtalem eam legiſſet perpe-

Ex hiperbori de puella ob ſide & Hercule latinꝰ natus

Turnus rex rutulorū orphe' argo nautarū unus latinos nominat

Pro Romulo: Dionyſius alladiū Agrippæ ſubiicit, proca numitor amulius

tua uiginitate ſpem partus adimit. Sed debebatur: ut opinor: fatis tantæ origo urbis maximiq; ſecundum
deorum opes imperii pricipium: ut compreſſa ueſtalis cum geminum partum ædidiſſet: ſeu ita rapta: ſeu
quia deus auctor culpæ honeſtior erat: Martem incertæ ſtirpis patrem nūcupat: ſed nec dii nec hoīes aut
ipſam: aut ſtirpem a crudelitate regia uindicant: ſacerdos uincta in cuſtodiam datur: pueros in profluentē
aquam mitti iubet. Sorte quadam: diuinit⁹ ſuper ripas tyberis effuſus lenibus ſtagnis nec adiri uſquam
ad iuſti curſum poterat amnis & poſſe quāuis languida mergi aqua īfantes ſpē ferentibus dabat: ita uelut
defuncti regis īperio in ꝓxīa alluuie: ubi nūc ficus ruminalis ē rumularē uocatā ferunt: pueros exponūt.
Vaſtæ tum in iis locis ſolitudines erant. Tenet fama cū fluitātem alueū: quo expoſiti erant pueri tenuis
in ſicco aqua deſtituiſſet: lupam ſitientem ex montibus qui circa ſunt: ad puerilem uagitum curſum flexiſ
ſe: eam ſummiſſas infantibus adeo mitem præbuiſſe mā mas: ut lingua lambentem pueros magiſter regii
Fauſtulus — pecoris inuenerit: Fauſtulo fuiſſe nomen ferunt: ab eo ad ſtabula delatos Laurentiæ uxori educandos da-
Laurentia — tos. Sunt qui Laurentiam uulgato corpore lupam uocatam inter paſtores putent: inde locum fabulæ ac
miraculo datum: ita geniti atq; educati: cum primum adoleuit ætas nec ī ſtabulis: nec hi ad pecora ſegnes:
uenando peragrare ſaltus: hinc robore animis corporibuſq; ſumpto: iam non feras tātum ſubſiſtere ſed in
latrones præda onuſtos impetum facere: paſtoribuſq; capta diuidere: & cum his: creſcente in dies grege
**Lupercal** iuuenum: ſeria ac iocos celebrare. Iam tū ī palatino monte lupercal hoc fuiſſe ludicrum ferunt & a Palan-
teo urbe arcadica palantium: deinde palatinum montem appellatum: ibi Euandrum: qui ex eo genere ar-
cadum multis ante tempeſtatibus ea tenuerit loca: ſolēne allatum ex Arcadia inſtituiſſe: ut nudi iuuenes ly
cæum Pana uenerantes per luxum atq; laſciuiam currerent quem Romani deinde uocauerunt Inuū. Huic
**Dionyſiū** deditis ludicro: cum ſolēne notum eſſet inſidiatos ob iram prædæ amiſſæ latrones: cum Romulus ui ſe de
**ait tamen** fendiſſet: Remum cepiſſe: captum Amulio regi tradidiſſe: ultro accuſantes crimini maxime dabāt in Nu-
**Romulū** mitoris agrum ab his impetum fieri: inde eos collecta iuuenum manu hoſtilem in modum prædas agere
**ab fuiſſe** ſic Numitori ad ſupplicium Remus deditur. iam īde ab initio Fauſtulo ſpes fuerat regiam ſtirpem apud
**ſacroꝝ cā** ſe educari: nam & expoſitos iuſſu regis infantes ſciebat: & tempus: quo ipſe eos ſuſtuliſſet: ad id ipſum cō
gruere ſed rem immaturam niſi aut per occaſionem: aut per neceſſitatem aperire noluerat: neceſſitas prior
uenit: ita metu ſubactus Romulo rem aperit. Forte & Numitori: cum in cuſtodia Remum haberet: audiſ
ſetq; geminos eſſe fratres: comparando ætatem eorum: & ipſam minime ſeruilem indolem tetigerat aīum
memoria nepotum: ſciſcitandoq; eodem peruenit: ut haud procul eſſet quin Remum agnoſceret: ita undi-
q; regi dolus nectitur Romulus nō cum globo iuuenum: nec enim erat ad uim apertam par: ſed aliis alio
itinere iuſſis certo tempore ad regiam uenire paſtoribus ad regem impetum facit: & a domo Numitoris
alia comparata manu adiuuat Remus: ita regem obtruncant. Numitor inter primum tumultum hoſtes
inuaſiſſe: urbem atq; adortos regiam dictitans: cum pubem albanam in arcem præſidio armiſq; obtinen
**Amulius** dam aduocaſſet: poſtea quam iuuenes perpetrata cæde pergere ad ſe gratulantes uidit: extemplo aduocato
**īterficitur** concilio: ſcelera in ſe fratris: originem nepotum: ut geniti: ut educati: ut cogniti eſſent: cædem deinceps ty-
ranni ſeq; eius auctorem oſtendit. Iuuenes per mediam concionem agmine ingreſſi cum auum regem ſa-
lutaſſent: ſecuta ex omni multitudine uox conſentiens ratum nomen imperiumq; regi effecit. Ita Numito
ri albana re permiſſa. Romulum Remumq; cupido cepit: in iis locis ubi expoſiti ubi educati erant: urbis
condendæ: & ſupererat multitudo albanorum latinorumq;: ad id paſtores quoq; acceſſerant: qui omnes
facilem ſpem facerent: paruam albanam: paruum Lauinium præ ea urbe: quæ conderetur: fore. Interue
nit deinde his cogitationibus auitum malum: regni cupido: atq; inde fœdum certamen coortū a ſatis mit-
**origo** ti principio quoniam gemini eſſent: nec ætatis uerecundia diſcrimen facere poſſet: ut dii in quorum tutela
**urbis** ea loca eſſent auguriis legerent eum: qui nomen nouæ urbi daret: qui conditam imperio regeret: palatinū
**Romæ** Romulus: Remus auentinum ad in augurandum templa capiunt: priori Remo augurium fertur ſex uul
tures: iamq; nunciato augurio: cum duplex numerus Romulo ſeſe oſtendiſſet utrunq; regem ſua multitu
do conſultauerat: tempore illi præcepto at hi numero auium regnum trahebant: Inde cum altercatione cō
greſſi certamine irarum ad cædem uertūtur: ibi in turba ictus Remus cecidit. Vulgatior fama eſt ludibrio
**Mors Re** fratris Remum nouos tranſiliſſe muros: inde ab irato Romulo cum uerbis quoq; increpitans adieciſſet:
**mi De no** ſic deinde quicunq; alius tranſiliet mœnia mea: interfectum. Ita ſolus potitus imperio Romulus: condita
**mine &** urbs conditoris nomine appellata. Palatinum primum: in quo ipſe erat educatus muniit ſacra diis aliis al
**cōditione** bano ritu: græco Herculi: ut ab Euandro inſtituta erant facit: Herculem in ea loca Geryone interempto bo
**urbis ua-** ues mira ſpecie abegiſſe memorant: ac prope tyberim fluuium: qua præ ſe armentum agens nando traiece
**ria apud** rat: loco herbido ut quiete: & pabulo læto reficeret boues & ipſum feſſum uia procubuiſſe: ibi cum eum
**ueteres** cibo uinoq; grauatum ſopor oppreſſiſſet: paſtor accola eius loci nomine Cacus ferox uiribus captus pul
**opinio** chritudine boum cum auertere eam prædam uellet: quia ſi agendo armentum in ſpeluncam compuliſſet
ipſa ueſtigia quæ rētem dominū eo deductura erāt: auerſos boues eximiū quēq; pulchritudine caudis in
ſpelūcam traxit. Hercules ad primā auroram excitus: cū gregem perluſtraſſet oculis: & partē abeſſe nume
ro ſenſiſſet: pgit ad ꝓximā ſpeluncā ſi forte eo ueſtigia ferrēt: q ubi oīa foras uerſa uidit: nec in partē aliam
ferre cōfuſus atq; incertus aī ex loco īfeſto agere porro armētū occœpit. Inde cū actæ boues q̄dā ad deſide-
rium ut fit: relictarū mugiſſent: reddita incluſarū ex ſpelunca boum uox Herculē cōuertit. quē cum uaden
tem ad ſpeluncā Cacus ui ꝓhibere conatus eēt: ictus claua fidem paſtoꝝ nec quicquā inuocās morte oc-
cubuit. Euāder tum ea profugus ex Peloponeſo auctoritate magis: quā imperio regebat loca: uenerabilis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

uir miraculo litterarũ rei nouæ ĩter rudes artiũ hoĩes:uenerabilior diuinitate credita Carmẽtæ mr̃is:quam fatiloquã ante *Sybillæ* in italiã aduentũ miratæ hæ gẽtes fuerãt. Is tum Euãder cõcurſu paſtoꝝ trepidantiũ circa aduenã manifeſtæ reũ cædis excit⁹:poſteaquã facinus facinoriſqꝫ cãm audiuit:habitũ formãqꝫ uiri aliquãtũ ampliorẽ auguſtioreqꝫ humana intuens:rogitat:q uir eẽt:ubi nomẽ patreqꝫ ac patriã accepit: Ioue nate hercules ſalue:inqͬt:te mihi mr̃ ueridica ĩterpres deũ aucturũ cæleſtiũ numerũ cecinit tibiqꝫ arã hic dicatũ iri:quã opulẽtiſſima olim in terris gẽs maxima uocet tuoqꝫ ritu colat:dextera Hercules data accipere ſe omẽ ĩpleturũqꝫ fata:ara cõdita atqꝫ dicata ait. Ibi tũ primũ boue eximia capta de grege ſacrũ adhibitis ad miniſteriũ dapeqꝫ potitiis ac pinariis q̃ tũ familiæ maxĩe inclitæ ea loca incolebãt factũ. Forte ita euenit:ut pꝫitii ad tp̃s ꝑſto eẽnt:iiſqꝫ exta apponerent̃:pinarii extis adeſis ad cæterã uenirẽt dapẽ:inde ĩſtitutũ mãſit:donec pinariũ genus fuit:ne extis ſolẽnib⁹ ueſcerẽtur Potii ab Euãdro edocti antiſtites ſacri ei⁹ per multas ætates fuerũt:donec tradito ſeruis publicis ſolẽni familiæ miniſterio genus omne potiorum interiit:Hæc tum ſacra Romulus una ex omnib⁹ peregrina ſuſcepit. Iam tum immortalitatis uirtute parta:ad quam eum ſua fata ducebant:fautor rebus diuinis rite perpetratis uocataqꝫ ad concilium multitudine quæ coaleſcere in populi unius corpus nulla re præterq̃ legibus poterat:iura dedit.

Dionyſius Cacus & immanis & ferus & ĩ oppido opꝑſſus

Ara maxima Potitii & pinarii græcæ familiæ

Quæ ita ſancta generi hoĩum agreſti ratus fore ſi ſe ipſe uenerabilẽ inſignibus imperii feciſſet:cũ cætero habitu ſe auguſtiorem:tum maxime lictoribus duodecim ſumptis fecit:alii ab numero auiũ:quæ augurio regnũ portenderãt:eũ ſecutũ numerũ putãt:me haud pœnitet eorũ ſentẽtiæ eẽ: qbus & apparitores & hoc genus ab ethruſcis finitimis:unde ſella curulis unde toga ꝑtexta ſumpta ẽ: numerũ quoqꝫ ipſum ductum placet:& ita habuiſſe ethruſcos qꝺ ex.xii. populis cõiter rege creato ſingulos ſinguli populi lictores dederint. Creſcebat interim urbs munitõibus:& alia atqꝫ alia appetẽdo loca cum in ſpẽ magis futuræ multitudinis quã ad id quod tum hoĩum erat:munirent:deinde ne uana urbis magnitudo eẽt:adiiciẽdæ multitudinis cãtueteri cõſilio cõdentiũ urbes q obſcuram atqꝫ humilẽ cõciendo ad ſe multitudinem: natã e terra ſibi ꝓlem mẽtiebant̃: locus: q nunc ſeptus denſis ſentibus ĩter duos lucos ẽ aſylũ aperit:eo ex finitimis populis turba oĩs ſine diſcrimine:liber an ſeruus eẽt:auida nouaꝝ rerũ perfugit:idqꝫ primũ ad cœptam magnitudinẽ roboris fuit. Cum iã uiriũ haud pœniteret:cõſilium deinde uiribus pãrat centũ creat ſenatores:ſiue quia is numerus ſatis erat:ſiue qa ſoli centũ erãt qui creari patres poſſent:pr̃es certe ab honore:patritiiqꝫ progenies eorum appellati. Iam res romana adeo erat ualida:ut cuilibet finitimarũ ciuitatum bello par eẽt:ſed penuria mulierũ hominis ætatẽ duratura magnitudo erat:qppe quibus nec domi ſpes ꝓlis:nec cũ finitimis cõnubia eſſent. Tum ex cõſilio patrũ Romulus legatos circa uicinas gentes miſit q ſocietatẽ cõnubiũqꝫ nouo populo peterent. Vrbes quoqꝫ ut cætera ex infimo naſci:deinde qua ſua uirtus ac dii iuuent:magnas opes magnũqꝫ nomẽ ſibi facere:ſatis ſcire origini romanæ:& deos affuiſſe:& nõ defuturã uirtutem ꝓinde ne grauarent̃ hoĩes cũ hoĩbus ſanguinẽ ac genus miſcere nuſq̃ benigne legatio audita eſt:adeo ſimul oẽs ſpernebant ſimul tantã in medio creſcentẽ molẽ ſibi ac poſteris ſuis metuebãt: pleriſqꝫ rogitantibus dimiſſi:ecquod fœminis quoqꝫ aſylũ:aperuiſſent̃:id enim demũ cõpar conubiũ fore:Aegre id romana pubes paſſa:& haud dubie ad uim ſpectare res cœpit:cui tp̃s locũqꝫ aptũ ut daret Romulus: ægritudinẽ animi diſſimulãs ludos ex induſtria parat Neptũno equeſtri ſolẽnes:cõſualia uocat. Indici deinde finitimis ſpectaculũ iubet:quãtoqꝫ apparatu tũ ſciebant:aut poterant:cõcelebrant:ut rẽ claram expectatãqꝫ facerẽt. Multi mortales cõuenere ſtudio ẽt uidendæ nouæ urbis:maxime ꝓximi quiqꝫ ceninẽſes: cruſtumini antẽnates:Iam ſabinorũ oĩs multitudo cũ liberis ac cõiugibus uenit. Inuitati hoſpitaliter ꝑ domos:cũ ſitũ:mœniaqꝫ:& frequẽtẽ tectis urbẽ uidiſſent:mirantur tã breui rẽ romanã creuiſſe. Vbi ſpectaculi tẽpus uenit deditæqꝫ eo mẽtes cũ oculis erant tum ex cõpoſito orta uis:ſignoqꝫ dato iuuentus Romana ad capiendas uirgines diſcurrit:magna pars forte in quẽ quæqꝫ ĩciderat raptæ:quaſdã forma excellẽtes ꝓrimoribus patrũ deſtinatas:ex plebe hoĩes qbus datũ negociũ erat:domos deferebant. Vnã longe ante alias ſpecie ac pulchritudine inſignẽ a globo thalaſſii cuiuſdã raptã ferunt multiſqꝫ ſciſcitantibus:cui nã eã ferrẽt idẽtidẽ:ne quis uiolaret: Thalaſſio ferri calamitatũ:inde nuptialẽ hanc uocẽ factã: Turbato ꝑ metũ ludicro mœſti parẽtes uirginũ ꝓfugiunt incuſantes uiolati hoſpitii fœdus:deũqꝫ inuocantes:cuius ad ſolẽne ludoſqꝫ ꝑ fas:& fidẽ decepti ueniſſent:Nec raptis aut ſpes de ſe melior:aut indignatio ẽ minor:ſed ipſe Romulus circũibat:docebatqꝫ patrũ id ſupbia factũ:q cõnubiũ finitimis negaſſent. Illas tamẽ in mr̃imonio ĩ ſocietate fortunaꝝ oĩum ciuitatiſqꝫ:& quo nihil carius humano generi ſit liberũ fore:mollirent mõ iras:& quibus ſors corpora dediſſet:darent aĩos:ſæpe ex iniuria poſtmodũ gratiã ortã: eoqꝫ melioribus uſuras uiris quod annixurus ꝓ ſe quiſqꝫ ſit:ut cũ ſuam uicẽ functus officio ſit parẽtũ etiã patriæqꝫ expleat deſideriũ. Accedebant blãditiæ uiroꝝ factũ purgantiũ cupiditate atqꝫ amore:quæ maxime ad muliebre ingenium preces efficaces ſunt. Iam admodũ mitigati animi raptis erãt:at raptarum parentes tum maxime ſordida ueſte:lachrimiſqꝫ:& q̃relis ciuitates cõcitabant:nec domi tantum indignationes continebant: ſed congregabantur undiqꝫ ad Tatium regem ſabinorum:& legationes:eo quod Tatii maximum numẽ in iis regionibus erat conueniebant. Ceninenſes:chruſtuminiqꝫ:& antẽnates erãt ad quos ei⁹ iniuriæ pars pertinebat. Lente agere iis tatius ſabiniqꝫ niſi ſunt. Inter ſe tres populi cõiter bellum parant nec cruſtumini quidem atqꝫ antẽnates præ ardore iraqꝫ ceninẽſium ſatis ſe impigre mouent ita per ſeipſum nomen ceninum in agrum romanum impetum facit:ſed effuſe uaſtantibus fit obui⁹ cum exercitu Romulus: leuiqꝫ certamine docet uanã ſine uiribus iram:exercitũ fundit fugatqꝫ:fuſum perſequitur:regẽ in prælio obtruncat:& ſpoliat:duce hoſtium occiſo urbem primo impetu capit. Inde exercitu uictore reducto ipſe tum fa-

Faces

Cõſus & Neptũn⁹ eqͤſter idẽ ſecundũ quoſdã ſed dionyſius alr̃

De Thalaſſio plura Plutarchus & q̃dam diuerſa

Tatius rex cruſtumini Antennates Ceninenſes

Acronem regem ob truncat Romulꝰ

ctis uir magnificꝰ:tũ factorũ oſtẽtator haud minor:ſpolia ducis hoſtiũ cæſi ſuſpenſa fabricato ad id ap-
te ferculo gerens in capitoliũ aſcendit:ibiqꝫ cũ ea ad quercũ paſtoribus ſacram depoſuiſſet: ſimul cũ dono
deſignauit templo Iouis fines cognomenqꝫ addit deo. Iuppiter feretri:inq̃t:hæc tibi uictor Romulus rex
regia arma fero:tẽplumqꝫ his regionibus:quas modo aĩo metatꝰ ſum:dedico:ſedem opimis ſpoliis quæ

Romulꝰ Cornelꝰ coſſus Marcellꝰ

regibus ducibuſqꝫ hoſtium cæſis me auctorem ſequẽtes poſteri ferent. Hæc tẽpli eſt origo quod primum
omnium Romæ ſacratum eſt:ita deinde diis uiſum:nec irritam cõditoris tẽpli uocem eẽ:qua laturos eo
ſpolia poſteros nũcupauit nec multitudine cõpotum eius doni uulgari laudem:bina poſtea inter tot an-
nos tot bella opima parta ſunt ſpolia:adeo rara eius fortuna decoris fuit: Dũ ea ibi romani gerunt: antẽ-
natium exercitus per occaſionem ac ſolitudinem hoſtiliter in fines romanos incurſionem facit raptim ad
hos romana legio deducta palatos oppreſſit:fuſi igitur primo impetu & clamore hoſtes oppidum captũ
dupliciqꝫ uictoria ouantem Romulum Herſilia coniunx p̄cibus raptarum fatigata orat:ut parentibus ea
rum det ueniam & in ciuitatẽ accipiat:ita rem coaleſcere cõcordia poſſe:facile impetratũ. Inde cõtra cruſtu

Herſilia

minos profectus bellũ inferentes:ubi minus etiam quod alienis cladibus ceciderãt animi certaminis fuit
utroqꝫ coloniæ miſſæ:plures inuenti:qui ꝓpter ubertatem terræ in Cruſtuminium noĩa darent:& Romã
inde frequenter migratum eſt a parentibꝰ ac ꝓpinquis raptarum. Nouiſſimum bellũ ab ſabinis ortũ: mul-
toqꝫ id maximũ fuit nihil enim per irã aut cupiditatẽ actum eſt:nec oſtenderũt bellũ priuſq̃ intulerunt cõ
ſilio etiam additus dolus. SP. Tarpeius romanæ præerat arci huius filiã uirginem auro corrumpit Tati-
us:ut armatos in arcem accipiat. Aquam ea forte tum ſacris extra mœnia petitum ierat: accepti obrutã ar-
mis necauerunt ſeu ut ui capta potius arx uideretur ſeu prodendi exẽpli cã:nequid uſquam fidum prodi
tori eſſet: additꝰ fabulæ quod uulgo ſabini aureas armillas magni põderis brachio leuo:geminatoſqꝫ ma
gna ſpecie annulos habuerint:pepigiſſe eã quod in ſiniſtris manibus haberent eo ſcuta illi pro aureis donis
congeſta. Sunt qui eã ex pacto tradendi:quod in ſiniſtris manibus eẽt decreto arma petiſſe dicant & frau-
de uiſam agere ſua ipſam perẽptam mercede:tenuere tamẽ arcẽ ſabini:atqꝫ inde poſtero die cum romanus
exercitus inſtructus:quod inter capitolium collem pallatinumqꝫ cãpi ẽ:cõpleſſet:non prius deſcenderunt
in æquum ſabini:quã ira & cupiditate recuperãdæ arcis ſtimulante animos in aduerſum romani ſubiere

Metius curtiꝰ hoſtius hoſtiliꝰ Stator Iuppiter

Principes utrinqꝫ pugnam ciebant:ab ſabinis Metius Curtius:ab romanis Hoſtius Hoſtilius. hic rem ro
manam iniquo loco ad prima ſigna animo atqꝫ audacia ſuſtinebat. Vt Hoſtius cecidit confeſtim romana
inclinatur acies:fuſaqꝫ ẽ ad ueterem portam palatii. Romulus & ipſe turba fugientiũ actus arma ad cœlũ
tollens Iuppiter tuis:inquit auibus iuſſus hic in palatio prima urbi fundamenta ieci:arcẽ iam ſcelere em-
ptam ſabini habẽt:inde huc armati ſuperata ualle media tendũt at tu pater deum hoĩumqꝫ hinc ſaltem arce
hoſtes:deme terrorẽ romanis:fugãqꝫ fœdam ſiſte:hic ego tibi tẽplum Statori Ioui:quod monumentũ ſit
poſteris:tua p̄ſenti ope ſeruatam urbẽ eſſe uoueo:Hæc p̄catus:ueluti ſi ſenſiſſet auditas præces hinc:inquit
romani Iuppiter optimus maximus reſiſtere atqꝫ iterare pugnã iubet:reſtitere romãi tanq̃ cœleſti uoce iuſ
ſi ipſe ad primores Romulus uolat:Metiꝰ Curtiꝰ ab ſabinis princeps ab arce decurrerat:& effuſos agerat
romanos toto:q̃tum foro ſpatium eſt:nec ꝓcul iam a porta palatii erat clamitans uicimus perfidos hoſpi
tes imbelles hoſtes:iam ſciunt longe aliud eſſe uirgines rapere aliud pugnare cũ uiris. In eum hæc gloriãtẽ
cum globo ferociſſimoꝝ iuuenum Romulus impetũ facit ex quo tum forte Metius pugnabat eo pelli fa
cilius fuit pulſum romani perſequunť: & alia romana acies audacia regis accenſa:fundit ſabinos: Metius
in paludẽ ſeſe ſtrepitu ſequentiũ trepidante equo coniecit:auerteratqꝫ ea res ẽt ſabinos tanti periculo uiri:
Et ille quidẽ annuentibus ac uocantibus ſuis fauore multoꝝ addito aĩo euadit:Romani ſabiniqꝫ ĩ media

Dionyſius tertio anno poſtq̃ bellum ceptũ eſt id euciſſe ait Quirites unde

cõualle duorũ montiũ redintegrant p̄lium:ſed res romana erat ſupior. Tum ſabinæ mulieres:quarum ex
iniuria bellũ ortum erat:crinibus paſſis:ſciſſaqꝫ ueſte:uicto malis muliebri pauore auſæ ſe inter tela uolã
tia inferre ex tranſuerſo impetu facto dirimere infeſtas acies:dirimere iras:hinc patres:hinc uiros orãtes:ne
ſe ſanguine nefando ſoceri generiqꝫ reſpergerent:ne parricidio macularent partus ſuos:nepotũ illi liberoꝝ
hi ꝓgeniẽ:ſi affinitatis inter uos:ſi cõnubii piget:in nos uertite iras nos cã belli:nos uulnerũ ac cædium ui
ris ac parentibus ſumus melius peribimꝰ:q̃ ſine alteris ueſtrũ uiduæ aut orbæ uiuamus. Mouet res tum
multitudinẽ tum duces:ſilentium:& repentina fit qes. Inde ad fœdus faciendũ duces ꝓdeunt: nec pacẽ mõ
ſed ciuitatẽ unã ex duabus faciunt:regnũ cõſociant: imperiũ omne cõferunt Romã ita geminata urbe: ut
ſabinis tamen aliquid daretur:quirites a Curibus appellati:monumentum eius pugnæ ubi primũ ex ꝓ-
funda emerſus palude eques Curtius in uado ſtatuit curtium lacum appellarunt. Ex bello tam triſti læta re

Lacus Curtius

pente pax cariores ſabinas uiris ac parentibus:& ante oĩs Romulo ipſi fecit. Itaqꝫ cum populum ĩ curias
triginta diuideret:noĩa earum curiis impoſuit:id nõ traditur: cum haud dubie aliquãto numerus maior
hoc mulierum fuerit:ætate an dignitatibus ſuis:uirorumue:an ſorte lectæ ſint quæ curiis nomina darent.

Eodem tp̄e & centuriæ tres equitũ cõſcriptæ ſunt:ramnenſes a Romulo a Tito Tatio Titienſes appel-
lati:lucerũ noĩs:& originis cã incerta ẽ:inde nõ mõ cõmune:ſed cõcors ẽt regnũ duobus regibꝰ fuit. Poſt

Tatii cædes

aliquot annos ꝓpinq regis Tatii legatos Laurẽtiũ pulſant:cũqꝫ Laurẽtes iure gẽtiũ agerẽt: apud Tatium
gratia ſuorũ & preces plus poterãt:igiť illorũ pœnam in ſe uertit:nam lauinii:cum ad ſolẽne ſacrificium
eo ueniſſet:concurſu facto interficitur:eã rẽ minus ægre:quã dignũ erat:tuliſſe Romulum ferunt: ſeu ob
infidam ſocietatẽ regni: ſeu quia haud iniuria cæſum credebat. Itaqꝫ bello quidem abſtinuit: ut tamẽ ex-
piarentur legatorum iniuriæ:regiſqꝫ cædes: Fœdus inter Romam Lauiniumqꝫ urbes renouatum eſt. Et
cum his quidem inſperata pax erat: aliud multo propius atqꝫ in ipſis prope portis bellum ortũ. Fidena-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tes nimis uicinas ꝓpe ſe conualeſcere opes rati: priuſquã tantũ roboris eſſet quantum futurum apparebat
occupant bellum facere: iuuẽtute armata imiſſa uaſtant agri quod iter urbẽ ac Fidenas ẽ. Inde ad leuã uer
ſi: quia dextera tyberis arcebat: cũ magna trepidatione agreſtium populant: tumultuſqꝫ repens exagris in
urbem allatus ꝓ nuncio fuit: excitus Romulus: neqꝫ enim dilationẽ pati tam uicinum bellũ poterat: exer
citum educit caſtra a fidenis mille paſſuũ locat: ibi modico pſidio relicto egreſſus oĩbus copiis ꝑtem mili
tũ locis circa denſa obſita uirgulta obſcuris ſubſidere in iſidiis iuſſit cum parte maiore atqꝫ omni eqtatu ꝓ
fectus: quod quærebat: tumultuoſo & minaci genere pugnæ obequitãdo ipſis ꝓpe portis hoſtem exciuit
fugæ quoqꝫ: quæ ſimulanda erat: eadem equeſtris pugna cãm minus mirabilẽ dedit: & cum uelut iter pu
gnam fugæqꝫ cõſilium trepidante equitatu pedes quoqꝫ referret gradum: plenis repẽte portis effuſi hoſtes
impulſa romana acie ſtudio inſtandi ſequẽdiqꝫ trahunt ad locũ inſidiarũ: inde ſubito exorti romani trãſ
uerſam inuadunt hoſtiũ aciẽ: addunt pauorem mota e caſtris ſigna eoꝝ: qui in præſidio relicti fuerant ita
multiplici terrore perculſi fidenates: prius pœne quã Romulus: quiqꝫ cum eo eqtes erant circũagerent fre
nis equos: terga uertunt multoqꝫ effuſius quippe uera fuga: qui ſimulantes pauloante ſecuti erãt: oppidũ
repetebant. nõ tamẽ eripuere ſe hoſti herẽs in tergo romanus priuſquã fores portarũ obiicerent: uelut ag
mine uno irrũpit. Belli fidenatis contagione irritati ueientiũ animi & cõſanguinitate: nã fidenates quoqꝫ
ethruſci fuerũt: & proquintas loci ſi romana arma oĩbus iſeſta finitimis eẽnt: ſtimulabat: in fines roma Fidenæ
nos excurrerũt populabundi magis: quã iuſti more belli. Itaqꝫ nõ caſtris poſitis nõ expectato hoſtiũ exer capiunt
citu: raptam ex agris prædam portantes. Veos rediere: romanus cõtra: poſtea quã hoſtẽ in agris non inue
nit: dimicationi ultimæ inſtructus intẽtuſqꝫ tyberim trãſit: quẽ poſtea quã caſtra ponere: & ad urbem ac
ceſſurũ ueiẽtes audiere: obuiã egreſſi ut potius acie decernerẽt: quã incluſi de tectis mænibuſqꝫ dimicarẽt:
ibi uiribus nulla parte adiutus tantum ueterani robore exercitus rex romanus uicit: perſecutuſqꝫ fuſos ad
mœnia hoſtes urbe ualida muris ac ſitu ipſo munita abſtinuit: agros rediens uaſtat ulciſcendi magis: quã
prædæ ſtudio: ea quoqꝫ clade haud minus: quã aduerſa pugna ſubacti ueiẽtes pacẽ petitũ oratores Romã
mittunt agri parte mulctati ſunt: in centũ annos induciæ datæ: Hæc ferme Romulo regnante domi mili Veientes
tiæqꝫ geſta quorum nihil abſonum fidei diuinæ originis: diuinitatiſqꝫ poſt mortem credite fuit non ani uicti pte
mus in regno auito recuperando: nõ condendæ urbis cõſilium: nõ bello ac pace firmandæ: ab illo. n. pro agri mul
fecto uiribus datis tantum ualuit: ut in. xl. deinde annos tutam pacẽ haberet multitudini tamẽ gratior fu ctantur
it quã pribus: longe ante alios accepiſſimus militũ aĩs trecentoſqꝫ armatos ad cuſtodiã corporis quos ce Romuli
leres appellauit: nõ in bello ſolũ ſed ẽt in pace habuit. His immortalibus æditis operibus: cum ad exercitũ interitus
recẽſendum cõcionẽ in campo ad capræ paludẽ haberet: ſubito coorta tempeſtas cũ magno fragore toni
tribuſqꝫ tã denſo regẽ operuit nimbo: ut cõſpectũ eius cõcioni abſtulerit: nec deinde in terris Romulus fu
it romana pubes ſedato tandẽ pauore: poſtea q̃ ex tã turbido die ſerena & tranquilla lux rediit: ubi uacuã
ſedem regiã uidit: & ſi ſatis credebat patribus: q proximi ſteterant: ſublimẽ raptũ procella: tamẽ uelut orbi
tatis metu icta mœſtũ aliquãdiu ſilentiũ obtinuit: deinde a paucis initio facto deũ deo natũ: regẽ parẽtem
qꝫ urbis romane ſaluere uniuerſi Romulũ iubent pacẽ expoſcũt: uti uolens ꝓpitius ſuã ſoſpitet ꝓgeniem
Fuiſſe credo tum quoqꝫ aliquos: q diſcerptũ regem patrũ manibus taciti arguerẽt: manauit. n. hæc quoqꝫ
ſed obſcura famã: illã alterã admiratio uiri & pauor preſens nobilitauit: & cõſilio ẽt unius hoĩs addita rei
ducitur fides nãqꝫ Proculus Iulius ſollicita ciuitate deſiderio regis & iſenſa pribus grauis ut traditur q̃uis Proculi
magnæ rei auctor in cõcionẽ prodit. Romulus inqt: quirites parens urbis huius prima hodierna luce cœ cõſiliũ in
lo repente delapſus ſe mihi obuiũ dedit cũ pfuſus horrore uenerabunduſqꝫ aſtitiſſem: petens pcibus ut cõ leniẽdo ci
tra ſe intueri fas eſſet: abi nuncia: inquit romanis cæleſtes ita uelle: ut mea roma caput orbis terrarũ ſit pro uium de
inde rem militarẽ colãt: ſciantqꝫ: & ita poſteris tradãt nullas opes humanas armis romanis reſiſtere poſſe ſyderio
hæc inquit: locutus ſublimis abiit Mirũ q̃tum illi uiro nunciãti hæc fides fuerit: quãqꝫ deſyderiũ Romu
li apud plebẽ exercitũqꝫ facta fide imortalitatis lenitũ ſit. Patrũ igitur aĩos certamẽ regni: ac cupido uerſa
bat: necdum a ſingulis: qa nemo magnope eminebat in nouo populo: puenerant factiones: inter ordines
certabatur: oriundi ab ſabinis ne quia poſt Tatii mortẽ ab ſua pte non erat regnatũ: in ſocietate æqua poſ
ſeſſionẽ iperii amitterẽt: ſui corporis creari regẽ uolebant: romani ueteres peregrinũ regẽ aſpernabantur: in
uariis uoluntatibus regẽ tamẽ oẽs uolebant: libertatis dulcedine nõdum experta: timor: deinde pres inceſ
ſit: ne ciuitatẽ ſine imperio: exercitũ ſine duce multarũ circa ciuitatũ irritatis aĩs uis aliqua externa adorire
tur: & eẽ igitur aliquod caput placebat: & nemo alteri concedere in aĩum inducebat: ita rem iter ſe centum
patres decẽ decuriis factis: ſinguliſqꝫ in ſingulas decurias egeatis: q ſummæ reꝝ pſſent: conſociant: decem
imperitabãt unus cũ iſignibus imperii & lictoribus erat qnqꝫ dieꝝ ſpacio finiebat iperiũ: ac p oẽs in or Decuriã
bem ibat: annuũqꝫ interuallum regni fuit id ab re quod nũc quoqꝫ tenet nomen inter regnũ appellatũ. Fre
mere deinde plebs multiplicatam ſeruitutẽ: centũqꝫ pro uno dominos factos: nec ultra uiſi regẽ: & ab ipſis
creatũ uidebantur paſſuri. Cũ ſenſiſſent ea moueri pres offerendũ ultro rati quod amiſſuri erant: ita gratiã
in eunt ſumma ptãte populo pmiſſa: ut non plus darẽt iuris: quã detinerẽt: decreuerũt. n. ut cũ populus re
gem iuſiſſet: id ſic ratũ eẽt: ſi pres auctores fierẽt: hodieqꝫ in legibus magiſtratibuſqꝫ rogãdis uſurpat id. n.
ius ui adẽpta: priuſq̃ populus ſuffragiũ ineat: in incertũ comitioꝝ euentum pres auctores fiunt: tum inter
rex concione aduocata quod bonũ fauſtũ fœlixqꝫ ſit: inquit quirites regem create: ita patribus uiſum eſt:
patres deinde ſi dignum: q ſecundus a Romulo numeret: crearetis: auctores fient: adeo id gratũ plebi fuit: Interre
ut ne uicti beneficio uiderentur: ut modo ſciſceret: iuberentqꝫ ut ſenatus decerneret: qui Romæ regnaret: gnum

Numa Pompilii

Inclyta iuſticia religioq; ea tempeſtate Numæ Pompilii erat: Curibus ſabinis habitabat cōſultiſſimus uir: ut in illa quiſquā ætate eſſe poterat oīs diuini: atq; humani iuris auctorem doctrinæ eius: qa nō extat aliꝰ falſo ſamiū Pythagoram edūt: quē Seruio Tullio regnāte romæ centū poſt annos amplius in ultima Italiæ ora circa Metapontū: Heracleāq; & Crotonā iuuenū æmulantiū ſtudia cœtus habuiſſe cōſtat: ex qbus locis & ſi eiuſdem ætatis fuiſſet: q̄ fama in ſabinos aut quo linguæ cōmertio quēquā ad cupiditatē diſcendi exiuiſſet: quoue pſidio unus p tot gentes diſſonas ſermone moribuſq; perueniſſet: Suopte igit̄ ingenio tēperatū aīum uirtutibus fuiſſe opinor magis: inſtructūq; nō tā peregrinis artibus: quā diſciplina tetrica

Sabinoꝶ laus

ac triſti ueterū ſabinorū: quo genere quondā nullū incorruptius fuit. Audito nomine Numæ patres romani: quāquā inclinari opes ad ſabinos rege inde ſumpto uidebatur: tamē neq; ſe quiſquam nec fationis ſuæ aliū: nec deniq; patrū aut ciuiū quēquā præferre illi uiro auſi: ad unum omnes Numæ Pompilio regnum deferendū decernunt. Accitus ſicut Romulus augurato urbe cōdenda regnū adeptus ē: de ſe quoq; deos cōſuli iuſſit: inde ab augure: cui deinde honoris gratia publicū id perpetuūq; ſacerdotium fuit: deductus in arcē in lapide ad meridiē uerſus concedit: augur ad leuā eius capite uelato ſedem cepit: dextera manu baculum ſine nodo aduncum tenēs quem lituū appellarunt: inde ubi proſpectu in urbē agrūq; capto deos pcatus: regiōes ab oriente ad occaſū determinauit: dexteras ad meridiem partes: leuaſq; ad ſeptentrionem eſſe dixit: ſignūm cōtra quo longiſſime cōſpectum oculi ferebant: aīo finiuit: tum lituo in leuam manum tranſlato dextra in capite Numæ impoſita præcatus ita eſt. Inppiter pater ſi eſt fas hunc Numā pōpilium: cuius ego caput teneo: regem Romæ eē: uti tua ſigna nobis certa ac clara ſint inter eos fines quos feci: tum peregit uerbis auſpicia: quæ mitti uellet: quibꝰ miſſis declaratus rex numa de templo deſcendit.

Inaugurādi regis ratio

Qui regno ita potitus urbem nouā cōditā ui & armis iure legibuſq; ac moribus de integro cōdere parat: qbus cū inter bella aſſueſcere uideret nō poſſe: quippe efferatis militia animis: mitigandū ferocē populū armorū diſſuetudine ratus: Ianū ad infimū argiletū indicē pacis belliq; fecit: apertus ut in armis eē ciuitatē: clauſus pacatos circa oīs populos ſignificaret. Bis deinde poſt Numæ regnū clauſus fuit ſemel Tito Manlio cōſule poſt primū punicū perfectū bellū iterū quod noſtræ ætati dii dederunt ut uideremus poſt bellū actiacū ab imperatore Cæſare auguſto pace terra mariq; parta. Clauſo eo cū ciuium circa finitimoꝶ ſocietate ac fœderibus iunxiſſet aīos poſitis externoꝶ periculorū curis ne luxuriarēt ocio aīquos metus hoſtium diſciplinaq; militaris cōtinuerat: oīum primū rē ad multitudinē imperitā: & illis ſæculis rudē efficaciſſimā deorū metum iniiciendū ratus eſt: q cū deſcēdere ad aīos ſine aliquo cōmēto miraculi nō poſſet ſimulat ſibi cū dea Aegeria cōgreſſus nocturnos eē eiuſq; ſe monitu: q̄ acceptiſſima diis eēnt: ſacra inſtituere ſacerdotes ſuos cuiq; deorū pficere: atq; oīum primū ad curſum lunæ in. xii. mēſes deſcribit annū: quē qa tricenos dies ſingulis mēſibus luna nō explet: deſuntq; dies ſolido anno: q ſolſticiali circūagit̄ orbe: īntercalares mēſibus īterponēdis ita diſpēſauit: ut uigeſimo q̄rto quoq; anno ad metā eandē ſolis unde orſi eſſent: plenis annorū aīum ſpaciis dies cōgruerēt. Idē nefaſtos dies faſtoſq; fecit: quia aliquādo nihil cū populo agi utile futurū erat: Tum ſacerdotibus creādis aīum adiecit: q̄q̄ ipſe plurima ſacra obibat: ea maxime: q̄ nunc ad dialē flaminē ptinēt: ſed qa in ciuitate bellicoſa plures Romuli: quā Numæ ſimiles putabat fore ituroſq; ipſos ad bella: ne ſacra regiæ uicis deſererent̄ flaminē Ioui aſſiduū ſacerdotē creauit: inſigniq; eum ueſte & curuli regia ſella adornauit: huic duo flamines adiecit: Marti unū: alteꝶ Quirino: uirgineſq; Veſtæ legit Alba oriundū ſacerdotiū & gēti cōditoris haud alienū: his ut aſſidue tēpli antiſtites eēnt ſtipēdiū de publico ſtatuit: uirginitate aliiſq; cærimoniis uenerabiles ac ſanctas fecit. Salios. itē. xii. marti gradiuo legit tunicæq; pictæ inſigne dedit: & ſup tunicā æneū pectori tegumē cœleſtiaq; arma: q̄ ancylia appellant̄: ferre ac per urbē ire canentes carmina cū tripudiis ſolēniq; ſaltatu iuſſit: Pōtificē deinde Numa Marcium Marci filiū ex patribus legit: eiq; ſacra oīa exſcripta exſignataq; attribuit: qbus hoſtiis: quibus diebus ad quæ tēpla ſacra fierēt: atq; unde in eos ſumptus pecunia erogaret̄: cæteraq; oīa publica priuataq; ſacra pontificis ſcitis ſubiecit: ut eēt: quo conſultum plebs uenīret: ne quid diuini iuris: negligēdo patrios ritus: peregrinoſq; aſciſcēdo turbaret̄: nec cæleſtes modo cærimonias: ſed iuſta quoq; funebria placandoſq; manes ut idem pontifex edoceret: quæq; prodigia fulminibns alioue quouis modo miſſa ſuſciperentur: atq; curarentur: ad ea eliciēda ex mentibus diuinis Ioui Elicio aram in auētino dicauit: deumq; conſuluit auguriis quæ ſuſcipienda eſſent ad hæc cōſultanda procurandaq; multitudine omnia ui & armis cōuerſa & animi aliquid agendo occupati erant: & deorū aſſidua inſidens cura cum intereſſe rebus humanis cæleſte uumen uideretur: ea pietate omnium pectora imbuerat: ut fides ac iuſiurādum pximo legum ac penarum metu ciuitatē regerent: & cum ipſi ſe homines in regis uelut unici exempli mores formarent. Tum finitimi etiam populi: qui ante caſtra non urbem poſitam in medio ad ſollicitādum omnium pacem crediderant: in eam uerecundiam adducti ſunt: ut ciuitatem incultum uerſam deorum uiolari ducerēt nefas.

Iani tēplū ubi & quotiens clauſum

Aegeria Vide Macrobium & intelliges uigeſimo q̄rto legi oportere

primi flamines ueſtales

Salii ancylia Primus pontifex

Iouis elicii

Lucus Camœnarum

Lucus erat quē mediū ex opaco ſpecu fons perēni rigabat aqua: quo qa ſe pſæpe Nūa ſine arbitris uelut ad cōgreſſū deæ īferebat: camœnis eū lucū ſacrauit: qđ deaꝶ ſibi cōcilia cū cōiuge ſua Aegeria eēnt: & ſoli fidei ſolēne īſtituit: ad id ſacrariū flamines bigis curru arcuato uehi iuſſit manuq; ad digitos uſq; inuoluta rē diuinam facere ſignificantes fidē tutādā ſedēq; eius ēt in dexteris ſacratā eſſe. Multa alia ſacrificia locaq; ſacris faciēdis: q̄ argeos pōtifices uocant dedicauit: oīum tamen maximū eius operū fuit tutela p omne regni tēpus: haud minor pacis quā regni. Itaq; duo deinceps reges alius alia uia: ille bello: hic pace ciuitatem auxere: Romulus ſeptē & triginta regnauit ānos. Numa tres & quadraginta. Numæ morte ad īter regnum res rediit. Inde Tullū Hoſtiliū nepotē Hoſtilii cuius in infima arce clara pugna aduerſus ſabinos

Argei

Mors Numæ

fuerat regem populus iuſſit:patres auctores facti:Hic nõ ſolum ꝓximo regi diſſimilis:ſed ferocior etiam
quam Romulus fuit:tum ætas uireſqꝫ:tum auita quoqꝫ gloria animum ſtimulabat ſeneſcere igitur ciui-
tatem ocio ratus undiqꝫ materiã excitãdi belli quærebat. Forte euenit:ut agreſtes romani ex albano agro:
albani ex romano prædas inuicẽ agerent:imperitabat tũ Caius Ciuilius Albæ:utrinqꝫ legati fere ſub idẽ
tempus ad res repetendas miſſi. Tullus præceperat ſuis ne quid preter mandata agerent:ſatis ſciebat nega- Tullus
turum Albanũ:ita pie bellũ indici poſſe ab albanis ſecordius res acta:excepti hoſpitio ab Tullo blãde ac Hoſtilius
benigne comiter regis conuiuiũ celebrant:tantiſper romani & res repetiuerant priores:& neganti albano rex Cai-
bellũ in trigeſimum diem indixerant:hæc renunciant Tullo tum legatis Tullus dicendi ꝑtãtem:quid pe- curilius
tentes uenerint:facit:illi oĩum ignari primũ purgãdo terunt tꝑs ſe inuitos quicqꝫ:quod minus placeat Tul
lo:dicturos:ſed imperio ſubigi:res repetitũ ſe ueniſſe:ni redantur bellum indicere iuſſos. Ad hæc Tullus
nunciate:inquit:regi ueſtro regem romanum deos facere teſtes:uter prius populus res repetẽtes legatos a-
ſpernatus dimiſerit:ut in eum oẽs expetant huiuſce clades belli. Hæc nuntiant domũ albani & bellũ utrĩqꝫ
ſumma ope parabatur ciuili ſimillimũ bello:prope inter parentes natoſqꝫ troianam utrãqꝫ prolem:cũ La-
uinium ab Troia:ab Lauinio Alba:ab albanorum ſtirpe regum oriundi romani eſſent. Euẽtus tamẽ bel
li minus miſerabilem dimicationem fecit:quod nec acie certatũ eſt:& tectis mõ dirutiꝫ alterius urbis:duo
populi in unum confuſi ſunt. Albani priores ingẽti exercitu in agrum romanũ impetũ fecere:caſtra ab ur
be haud plus quinqꝫ milia paſſuum locant:foſſa circundant:foſſa ciuilia ab noĩe ducis ꝑ aliquot ſæcula Foſſa ci-
appellata eſt:donec cum re nomẽ quoqꝫ uetuſtate aboleuit:in his caſtris Ciuilius albanus rex moritur:di uilia
ctatorem albani Metium Suffectium creant. Interim Tullus ferox præcipue morte regis: magnũqꝫ deo- Metius
rum omen ab ipſo capite orſum:in omne nomẽ albanum expetiturum pœnas ob bellũ impiũ dictitans: Suffecti⁹
nocte præteritis hoſtium caſtris in albanum agrũ ꝑgit:ea res ab ſtatiuis exciuit metium:ducit exercitum
quã proxime ad hoſtẽ põt inde legatum ꝓmiſſum nunciare Tullo iubet priuſquã dimiſcent:opus eẽ col
loquio:ſi ſecum cõgreſſus ſit:ſatis ſcire ea ſe allaturum:quæ nihilominus ad rem romanã:quã ad albanã
pertineant:haud aſpernatus Tullus:tã & ſi uana afferebantur:in aciẽ educit exeunt cõtra & albani. Poſtea
ꝗ inſtructi utrinqꝫ ſtabant:cũ paucis procerum in mediũ duces procedũt ibi infit albanus: Iniurias & nõ
redditas res ex fœdere: quæ repetitæ ſint & ego regẽ noſtrum ciuiliũ cãm huiuſce eſſe belli audiſſe uideor
nec te dubito Tulle eadem ꝓ te ferre:ſed ſi uera potius quã dictu ſpecioſa dicenda ſunt:cupido imperii du
os cognatos uicinoſqꝫ populos ad arma ſtimulat:neque recte an ꝑperã interpretor:fuerit iſta eius delibera
tio:qui bellũ ſuſcepit:me albani gerendo bello ducem creauere:Illud te Tulle monitum uelim. Ethruſca
res ꝗta circa nos teqꝫ maxime ſit:quo proprior uolſcis hoc magis ſcis multum illa terra plurimum mari
pollẽt:memor eſto iam cum ſignũ pugne dabis:has duas acies ſpectaculo fore:ut feſſos confectoſqꝫ ſimul
uictorem ac uictum aggrediantur. Itaqꝫ ſi nos dii amant qui nõ contenti libertate certa in dubiam imperii
ſeruitiiqꝫ aleam imus:ineamus aliquam uiam:qua utri utris ĩperent:ſine magna clade:ſine multo ſangui
ne utriuſqꝫ populi decerni poſſit. Haud diſplicet res Tullo ꝗꝗ tum indole animi:tũ ſpe uictoriæ ferocior
erat querentibus utrinqꝫ ratio initur: cui & fortuna ipſa præbuit materiam. Forte in duobus tum exerci- Tergemi
tibus erant tergemini fratres nec ætate:nec uiribus diſpares Horatios Curiatioſqꝫ fuiſſe ſatis conſtat:nec fe- ni fratres
re antiqua res alia eſt nobilior. Tamen in re tam clara nominum error manet utrius populi Horatii utri- horatii
us Curiatii fuerint:auctores utroqꝫ trahunt:plures tamen inuenio qui romanos Horatios uocent:hos ut curiatiqꝫ
ſequar inclinat animus. Cum tergeminis agunt reges:ut pro ſua quiſqꝫ patria dimiſcet ferro: ibi imperiũ
fore:unde uictoria fuerit:nihil recuſatur:tempus & locus conueniunt priuſquã dimicarẽt:fœdus ictum ĩ
ter romanos & albanos ẽ his legibus:ut cuius populi ciues eo certamine uiciſſent:his alteri populo cum
bona pace imperitaret: fœdera alia aliis legibus:cæterum eodem modo omnia fiũt: Tum ita factum acce-
pimus:nec illius uetuſtior fœderis memoria eſt. Fœcialis regem Tullum ita rogauit. Iubeſne me rex cum
patrepatrato populi albani fœdus ferire? iubente rege ſagmina inquit te rex poſco: rex ait:puram tollito:
fœcialis ex arce graminis herbam puram attulit poſtea regem interrogauit:rex facis ne me tu regium nun-
cium populiqꝫ romani quiritum:uaſa comiteſqꝫ meos? Rex reſpõdit:quod ſine fraude mea populiqꝫ ro- Sagmina
mani quiritum fiat:facio. Fœcialis erat Marcus ualerius. patrẽpatratum. Sp. Fuſium fecit:uerbena caput ex. xix.
capilloſqꝫ tangens:paterpatratus ad iuſiurandum patrandum:ideſt ſanciẽdum fit:fœdus multiſqꝫ id uer- Plynii re-
bis:quæ longo effata carmine:non operæ eſt referre peragit:legibus deinde recitatis:audi inquit: Iupiter: quire
audi paterpatrate populi albani:audi tu populus albanus ut illa palam prima poſtremaue ex illis tabulis
ceraue recitata ſunt ſine dolo malo utiqꝫ ea hic hodie rectiſſime intellecta ſunt illis legibus popu. Roma. Ad quid
prior non deficiet ſi prior defecerit:publico conſilio dolo malo:tu illo die Iuppiter populum romanum ꝑpatrat⁹
ſic ferito:ut ego hunc porcum hodie feriam:tantoqꝫ magis ferito:quãto magis potes polleſqꝫ:ubi id dixit fuit
porcum ſaxo ſcilice percuſſit. Sua item carmina albani ſuumqꝫ iuſiurãdum dictatorem ſuoſqꝫ ſacerdotes
peregerunt. Fœdere icto tergemini:ſicut cõuenerat:arma capiunt cum ſui uiroſqꝫ adhortarentur deos pa-
trios patriã atqꝫ parẽtes quicqd ciuiũ domi ꝗcquid in exercitu ſit:illoꝝ tũc arma illoꝝ intueri manus:fero
ces ſuopte ingenio: & pleni adhortantium uocibus in medium inter duas acies procedunt. Conſederant Sanciẽdũ
utrinqꝫ pro caſtris duo exercitus periculi magis præſentis:quam curæ expertes quippe imperium agebatꝰ fœderiſ rõ
in tam paucorum uirtute atqꝫ fortuna poſitum:itaqꝫ erecti ſuſpenſiqꝫ in minime gratum ſpectaculum ani
mo intenduntur:datur ſignum ĩfeſtiſqꝫ armis uelut acies eterni iuuenes magnorum exercituum animos
gerentes concurrunt:neqꝫ is:neqꝫ illis periculum ſuum:publicum imperium ſeruitiumqꝫ obſeruatur ani-

mo futuraq; ea deinde patriæ fortuna:quam ipſi feciſſent. Vt primo ſtatim concurſu increpuere arma mi-
Tergeminorū pugna
ſuſpectos modo aut inuiſos:ſed unde nihil aliud:quam prædā ſperare poſſet.Præcipue ita patrum nume‐
ro īminuto:ſtatuit nullos in patres legere:quo contemptior paucitate ipſa ordo eſſet:minuſqꝫ per ſe nihil
agi indignarentur.Hic.n.regum primus:ut traditur:a prioribus morem de omnibus ſenatum conſulēdi Dionyſiꝰ
ſoluit:rempublicam domeſticis conſiliis adminiſtrauit:bellum:pacem:fœdera:ſocietateſqꝫ per ſe ipſe:cum legiſſe ait
quibus uoluit:iniuſſu populi ac ſenatus fecit:diremitqꝫ.Latinorꝫ ſibi maxime gentem conciliabat:ut pere ſed ami‐
grinis quoqꝫ opibus tutior inter ciues eſſet : neqꝫ hoſpitia modo cum primoribus eorum : ſed affinitates cos tantū
quoqꝫ iungebat.Octauio Mamilio tuſculano:is longe princeps latini nominis erat:ſi famæ credimus:ab
Vlyſſe deaqꝫ Circe oriundus:ei Mamilio filiam nuptum dat:perqꝫ eas nuptias multo ſibi cognatos ami‐
coſqꝫ eius conciliat.Iam magna Tarquinii auctoritas inter latinorum proceres erat:cum in diem certam:
ut ad lucum Ferentinæ conueniant: indicit: eſſe quæ agere de rebus communibus uelit. Conueniunt fre‐
quentes prima luce:ipſe Tarquinius diem quidem ſeruauit:ſed pauloante:quam ſol occideret:uenit: mul
ta ibi toto die in concilio uariis iactata ſermonibus erant. Turnus Herdonius ab aricia ferociter in abſen‐
tem Tarquinium erat inuectus:haud mirum eſſe ſuperbo inditum Romæ cognomen(iam enim ita clā Turnus
quidam muſſitantes uulgo tamen eum appellabant)an quicquam ſuperbius eſſe:quam ludificari ſic om Herdoniꝰ
ne nomen latinum principibus longe ab domo excitis:ipſum:qui concilium indixerit:non adeſſe: tēpta‐
ri profecto patientiam ut ſi iugum acceperint:obnoxios premat:cui enim non appareret:affectare eū im‐
perium in latinos? Quod ſi ſui bene crediderint ciues:aut ſi creditum illud:& non raptum parricidio ſit
credere & latinos:quamquam nec ſic quidem alienigenæ deberēt:in ſuos eius pœniteat:quippe qui alii ſu
per alios trucidentur:exulatum eant bona amittant:qđ ſpei melioris latinis portendi.Si ſe audiant: domū
ſuam quēque inde abituros:neqꝫ magis obſeruaturos diem concilii:quam ipſe:qui indixit:obſeruet.Hæc
atqꝫ alia eodē ꝑtinentia ſeditioſus facinoroſuſqꝫ homo:hiſqꝫ artibus opes domi nactus:cum maxime diſ
ſereret:interuenit Tarquinius.Is finis oroni fuit.Auerſi omnes ad Tarquinium ſalutandum:q ſilentio fa
cto monitus a proximis:ut purgaret ſe:quod id tꝑis ueniſſet:diſceptatorem ait ſe ſumptum inter patrem

& filium:cura reconciliandi eos in grãm moratum eſſe:& quia ea res exemiſſet illum diẽ:poſtero die actu
rum quæ cõſtituiſſet. Ne id quidẽ ab Turno Tuliſſe tacitum ferunt:dixiſſe.n.nullam breuiorem eſſe co
gnitionẽ:quá inter prẽm & filium:paucis tranſigi uerbis poſſe:ni pareat prĩ:habiturum infortunium eẽ.
Hæc Aricinius in regẽ romanũ incr pás ex cõcilio abiit. Quá rem Tarqnius aliquáto quá uidebať:ægri
us ferens confeſtim Turno necẽ machinať:ut eundẽ terrorẽ:quo ciuiũ aĩos domi oppreſſerat:latinis inii
ceret:& quia pro imperio palá interfici non poterat:oblato falſo crimine inſontem oppreſſit:per aduerſæ
factionis quoſdam aricinos ſeruũ Turni auro corrupit:ut in diuerſorium eius uim magnam gladiorum
inferri clam ſineret:eam una nocte perfecta eſſent. Tarquinius pauloante lucem accitis ad ſe principib⁹ la
tinorum quaſi re noua perturbatus:moram ſuam heſternam:uelut deorum quadam prouidentia illatam

Cõſilium Tarqnii in Herdonio opp/mendo

ait ſaluti ſibi atque illis fuiſſe:ab Turno dici ſibi:& primoribus populorum parari necem: ut latinorum
ſolus imperium teneat:aggreſſurum fuiſſe heſterno die in concilio:dilatam rem eſſe:quod auctor concilii
abſuerit:quem maxime peteret:inde illam abſentis inſectationem eſſe natam:quod morando ſpem deſti
tuerit:non dubitare:ſi uera deferantur:quin prima luce:ubi in concilium uentum ſit:inſtructus cum con
iuratorum manu armatuſq; uenturus ſit:dici gladiorum ingentem numerum eſſe ad eum conuectum id
uanum nec ne ſit:extemplo ſciri poſſe rogare eos:ut inde ſecum ad Turnum ueniant. Suſpectam fecit rẽ &
ingenium Turni ferox:& oratio heſterna & mora Tarquinii:quod uidebatur ob eam differri cædes po
tuiſſe. Eunt inclinatis quidem ad credendũ animis:tamen niſi gladiis depræhenſis:cætera uana exiſtima
turi:ubi eſt eo uentum: Turnũ ex ſomno excitatũ circũſiſtunt cuſtodes cõprehenſiſq; ſeruis:qui caritate do
mini uim parabát:cũ gladii abditi ex omnibus locis diuerticuli protraherentur( enimuero manifeſta res
uiſa )iniectæ Turno cathenæ:& confeſtim latinoꝝ cõciliũ magno cum tumultu aduocatur ibi tam atrox
inuidia orta eſt gladiis in medio poſitis:ut uindicta cauſa nouo genere lœti deiectus ad caput aquæ feren
tinæ crate ſuperne iniecta:ſaxiſq; congeſtis:mergeretur. Reuocatis deinde ad concilium latinis. Tarqnius
collaudatiſq;:qui turnum nouátem res pro mãifeſto parricidio merita pœna affeciſſent:ita uerba fecit poſ
ſe quidẽ ſe uetuſto iure agere quod cum oẽs latini ab alba oriundi ſint:in eo fœdere teneanť:quod ab Tul
lo oĩs res albana cum colonis ſuis in romanum ceſſerit imperium:cæterum ſe utilitatis id magis omniũ
cá cenſere:ut renouetur id fœdus:ſecundaq; potius fortuna populi Romani:ut participes latini fruantur:

Fœdus cũ latinis renouať

quá urbium excidia uaſtationeſq; agroꝝ:quas Anco prius:pr̃e deinde ſuo regnante perpeſſi ſint:ſemꝑ aut
expectent: aut patiantur. Haud difficulter perſuaſum latinis quanquá in eo fœdere ſuperior romana res
erat cæterum & capita nominis latini ſtare ac ſentire cum rege uidebátur:& turnus ſui cuiq; periculi: ſi ad
uerſatus eſſet recens erat documentum. Ita renouatum fœdus:indictumq; iunioribus latinoꝝ: ut ex fœde

Vtroſq; manipu/los dimi/diatos ĩtel lige

re die certa ad lucum Ferentinæ armati frequentes adeſſent. Qui ubi ad edictum romani regis ex omnib⁹
populis conuenere:ne ducem ſuum:neue ſecretum imperium propriaq; ſigna haberent:miſcuit manipu
los ex latinis romaniſq;:ut ex binis ſingulos faceret:binoſq; ex ſingulis:ita geminatis manipulis centurio
nes impoſuit. Nec ut iniuſtus rex in pace:ita dux belli prauus fuit:quin ea arte æquaſſet ſuperiores reges:
ni degeneratum in aliis huic quoq; decori offeciſſet. Is primus uolſcis bellum in ducẽtos amplius poſt ſu
am ætatẽ annos mouit:Sueſſamq; Pometiam ex his ui cepit:ubi cum diuidenda præda.xl.talenta argen
ti auriq; cepiſſet:concepit aĩo eam amplitudinem Iouis tẽpli:quæ digna deum hoĩumq; rege:quæ roma
no imperio:quæ ipſius ẽẽ loci maieſtate eſſet:captiuam pecuniá in ædificationẽ eius templi ſe poſuit. Ex
cepit deinde cũ lentius ſpe bellũ:quo Gabios propinquá urbem neqequá ui adortus:cum obſidẽdi quo
q; urbem ſpes pulſo a mœnibus adempta eẽt:poſtremo minime arte romana fraude ac dolo aggreſſus eſt:
nam cũ uelut poſito bello:fundamentis templi faciendis:aliiſq; urbanis operibus intentum ſe eſſe ſimula
ret:Sextus filius eius:qui minor ex tribus erat:tranſfugit ex compoſito Gabios:patris in ſe ſæuitiam in
tolerabilem conquerens:iam ab alienis in ſuos uertiſſe ſuperbiam & liberoꝝ quoq; eũ frequentiæ tedere:
ut quam in curia ſolitudinẽ fecerit:domi quoq; faciat:nequam ſtirpẽ:nequẽ hæredem regni relinquat: ſe

Attur. Sexti Tarqnii fraudem

quidẽ inter tela & gladios pr̃is elapſum:nihil uſquá ſibi tutum niſi apud hoſtẽ. L. Tarquinii credidiſſe:
ná ne errarent:manere iis bellũ:quod poſitum ſimuletur:& ꝑ occaſionẽ eũ incautos inuaſurum. Quod ſi
apud eos ſupplicibus locus non ſit:pererraturũ ſe oẽ Latium:uolſcoſq; ſe inde:& equos:& hernicos peti
turum:donec ad eos perueniat:qui a patrũ crudelibus atq; impiis ſuppliciis tegere liberos ſciant: forſitan
etiam ardoris aliquid ad bellum armaq; ſe aduerſus ſuperbiſſimũ regem ac ferociſſimum populum inuẽ
turum. Cum:ſi nihil mouerentur:infenſus ira porro inde abiturus uidereť benigne ab gabinis excipitur.
Vetant mirari:ſi qualis in ciues:qualis in ſocios:talis ad ultimum in liberos eẽt:in ſeipſum poſtremo ſæ
uiturum:ſi alia deſint:ſibi uero gratum aduentum eius eſſe:futurumq; credere breui:ut illo adiuuante ab
portis gabinis ſub romana mœnia bellum transferatur. Inde in conſilia publica adhiberi:ubi cum de ali
is rebus aſſentire ſe ueteribus gabinis diceret: qbus hæ notiores eſſent:ipſe identidem belli auctor eſſet ĩ eo
ſibi prudentiam præcipue aſſumere:quod utriuſq; popali uires noſſet:ſciretque inuiſam profecto ſuper
biam regiam ciuibus eſſe:quam ferre ne liberi quidem potuiſſent:Ita cum ſenſim ad rebellandum primo
res gabinorum incitaret:ipſe cum promptiſſimis iuuenum prædatum atq; in expeditiones iret: ut dictis
factiſq; omnibus ad fallendum inſtructis uana accreſceret fides:dux ad ultimnm belli legitur: ibi cum in
ſcia multitudine quid ageretur:prælia parua inter Romam Gabioſque fierent: quibus plerunque gabina
res ſuperior eſſet:tũ certatim ſummi ĩfimiq; gabinorũ: Sex. Tarquinium dono deum ſibi miſſum ducem
credere apud milites uero obeundo pericula ac labores:pariter prædá munifice largiendo tanta caritate eẽ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ut non pater Tarquinius potentior Romæ: quá filius Gabiis eēt. Itaq; poſteaq̃ ſatis uirium collectum ad
oēs conatus uidebat: tum ex ſuis unum ſciſcitatum Romam ad patrē mittit: qd ná ſe facere uellet: quádo
quidem: ut oīa unus Gabiis poſſet: ei dii dediſſent. Huic núcio: quia credo: dubiæ fidei uidebat̃: nihil uo-
ce reſponſum eſt: rex uelut deliberandus in hortú ædiú tranſit ſequēte núcio filii: ibi inábulans tacitus ſum
ma papauerꝝ capita dicitur baculo decuſſiſſe. Interrogando expectandoq; reſpōſum núcius feſſus ut re ī-
perfecta redit gabios: q̃ dixerit ipſe: quæq; uiderit: refert: ſeu ira: ſeu odio ſeu ſupbia inſita ingenio nullá eū
uocē emiſiſſe: Sexto: ubi qd uellet: parés: quidue ꝑciperet: tacitis ambagibus patuit: primores ciuitatis cri-
minádo: alios apud populum: alios ſua ipſos īuidia oportunos interimit: multi palam: quidam in qui
bus minus ſpecioſa criminatio erat futura: clam interfecti: patuit quibuſdá uolentibus fuga: aut in exiliú
acti ſunt: abſentiumq; bona iuxta atq; interemptorum diuiſa fuere: Largitionis inde prædæq; & dulcedine
priuati cōmodi ſenſus maloꝝ publicoꝝ adimi: donec orba cōſilio auxilioq; gabina res regi romano ſine
ulla dimicatione in manú tradit̃. Gabiis receptis: Tarquinius pacē cú equoꝝ gēte fecit: fœdus cú tuſcis re
nouauit. Inde ad negocia urbana aīum cōuertit: quoꝝ erat primú ut Iouis tēplú ī mōte tarpeio monumē
tú regni ſui: noīſq; relinqueret. Tarquinios reges ambos patrē uouiſſe: filiú ꝑfeciſſe. Et tú libera a cæteris re-
ligionibus arx ea eſſet: tota Iouis tēpliq; ei᷒: ꝙ inædificaret̃ exaugurare fana ſacellaq; ſtatuit: q̃ aliquot ibi
a Tacio rege primú ī ipo diſcrimīe aduerſus Romulú pugnæ uota cōſecrata: inaugurataq; poſtea fuerát.
Inter principia cōdēdi huius operis mouiſſe numé ad indicandú táti īperii molē traditur deos: ná cú om-
nium ſacellorú exaugurationes admitterent aues: in termini fano nō addixere: idq; omen auguriúq; ita ac
ceptum eſt: nō motá termini ſedem: unumq; eum deorú nō euocatum: ſacratis ibi finib᷒ firma ſtabiliaq;
cuncta portēdere. Hoc perpetuitatis auſpicio accepto: ſecutú aliud magnitudinē imperii portendēs prodi-
gium eſt: caput humanú integra facie aperientibus fundamēta templi dicitur apparuiſſe: quæ uiſa ſpecies
haud per ambages arcē eam imperii caputq; rerú fore portēdebat: idq; ita cecinere uates: quiq; ī urbe erát:
quoſq; ad eam rē cōſultádam ex Ethruria acciuerát augebatur ad impenſas regis animus: itaq; pometinæ
manubiæ: quæ perducēdo ad culmē operi deſtinatæ erant: uix in fundamēta ſuppeditauere. Eo magis Fa-
bio Piſtori: ꝑter quá ꝙ antiquior eſt: crediderim. xl. ea talenta ſola fuiſſe: quam Piſoni: qui. xl. millia pon
do argenti ſepoſita in eá rem ſcribit: quá ſummam pecuniæ neq; ex unius tum urbis præda ſperandá: &
nullius ne horum quidem magnificentiæ operú fundamēta nō exuperaturam. Intentus perficiendo tem-
plo: fabris ex Etruria undiq; accitis: nō pecunia ſolum ad id publica eſt uſus: ſed operis etiá ex plebe: qui
cum haud paruus & ipſe militiæ adderetur labor: minus tamen plebs grauabatur ſe templa deú ædificare
ſuis manibus. Quæ poſteaquá & ad alia ut ſpecie minora: ſic laboris aliquáto maioris traducebant̃ ope
ra: foros in circo faciendos: cloacáq; maximá receptaculú omnium purgamentorum urbis ſub terrá agē-
dam: quibus duobus operibus uix noua hæc magnificētia quicquá adæquare potuit. His laboribus ex-
ercita plebe: quia & urbi multitudinē: ubi uſus nō eſſet: oneri rebatur eē: & colonis mittendis occupari la
tius imperii fines uolebat: Signeam: Circeoſq; colonos miſit: præſidia urbi futura terra mariq;. Hæc agē-
ti portētum terribile uiſum: anguis ex colúna lignea elapſus: cú terrorem ac fugam in regiam feciſſet: ipſi᷒
regis nō tam ſubito pauore perculit pectus: quá anxiis īpleuit curis. Itaq; cum ad publica prodigia ethruſi
tátum uates adhiberentur: hoc uelut domeſtico exterritus uiſu: Delphos ad maxime inclytú in terris ora-
culum mittere ſtatuit: neq; reſpōſa ſortiú ulli alii committere auſus: duos filios per ignotas ea tēpeſtate ter
ras ignotiora maria in græciá miſit. Titus & Aruns ꝓfecti: comes iis additus. L. Iunius Brutus Tarqui-
nia ſorore regis natus: iuuenis longe alius ingenio: quá cuius ſimulationē induerat. Is cum primores ciui
tatis: in quibus fratrem ſuú ab auunculo interfectum audiſſet: neq; in animo ſuo quicquá regi timēdum
neq; in fortuna concupiſcēdum relinquere ſtatuit: cōtemptuq; tutus eſſe: ubi in iure parum præſidii eſſet.
Ergo ex induſtria factus ad imitationē ſtultitiæ: cum ſe ſuaq; ꝑdæ eſſe regi ſineret: Bruti quoq; haud ab-
nuit cognomen: ut ſub eius obtentu cognominis liberator ille Popu. Roma. animus latens aperiret̃ tēpo
re ſuo. Is tum a Tarquiniis ductus delphos ludibrium uerius: quá comes aureum baculú incluſum cor-
neo cauato ad id baculo tuliſſe donum Apollini dicit̃. per ambages effigiem ingenii ſui. Quo poſteaq̃
uentú eſt: perfectis patris mandatis: cupido inceſſit animos iuuenú ſciſcitandi: ad quē eoꝝ regnú romanú
eſſet uenturum: ex infimo ſpecu uocem redditam ferút imperium ſummú Romæ habebit: q uestrum pri
mus o iuuenes oſculú matri tulerit. Tarqnii: ut Sextus: qui romæ relictus fuerat: ignarus reſpōſi: experſq;
imperii eſſe: rem ſumma ope taceri iubent: ipſi inter ſe uter prior: cú Romam rediſſent: matri oſculú daret:
ſorti permittunt: Brutus alio ratus: ſpectare pythycam uocē: uelut ſi prolapſus cecidiſſet: terram oſculo cō
tigit: ſcilicet quod ea cōmunis mater omnium mortalium eſſe. Reditú inde romam ubi aduerſus rutu-
los bellum ſumma ui parabattur: Ardeá rutuli habebant: gens ut in ea regiōe atq; in ea ætate diuitiis præ
pollens: eaq; ipſa cá belli fuit: ꝙ rex romanus: cú ipſe ditari exhauſtus magnificentia publicorú operum:
tum præda delinire popularium aīos ſtudebant' præter aliam ſuperbiam regno infeſtos etiam. quod ſe in
fabrorum miniſteriis ac ſeruili tá diu habitos opere ab rege indignabantur. Temptata res eſt: ſi primo ī-
petu capi Ardea' poſſet: ubi id parum proceſſit obſidione munitionibuſque cœpti premi hoſtes. In his
ſtatiuis: ut fit: longo magis: quam acri bello ſatis liberi commeatus erant: primoribus tamen magis: quá
militibus: regii quidem iuuenes interdum otium conuiuiis commeſſationibuſque inter ſe terebant.

Forte potantibus iis apud Sextú Tarquinium: ubi & Collatinus cœnabat Tarquinius Egerii filius: ī-
cidit de uxoribus mētio: ſuá qſq; laudare miris modis: īde certamine accēſo: Collatinus negat uerbis op᷒

Petroan-
tiſuis ſabi
nus ſub
falſo cri-
mine pe-
riit quaſi
ſextú tra-
dere pri
uoluiſſet

Termin᷒

Attēde, ꝓ-
digium

Plyni. in
ethruriá
ob idipm
legatos ue
niſſe ait

Cloacæ
Fori

Signia
Coloniæ
Circei

Brutus

Titus
Aruns
Tarqnii
Sextus

Ardeæ
obſidio

Lucretiæ lans

eſſe: paucis id qdem horis poſſe ſciri quātum cæteris præſtet Lucretia ſua qn: ſi uigor iuuentæ ineſt: cōſcēdimus equos: inuiſimuſqꝫ præſentis noſtrarum ingenia: id cuiqꝫ ſpectatiſſimū ſit ꝙ inopinato uiri aduētu occurrerit oculis. Incaluerāt uino: age ſane oēs citatis eqs aduolāt Romā: quo cū primis ſe intēdētibus tenebris peruenissent: ꝑgunt inde collatiā: ubi Lucretiā haud q̄q̄ ut regias nurus: quas in cōuiuio luxuqꝫ cū æqualibus uiderāt tp̄s terētes: ſed nocte ſera deditā lanæ inter lucubrantes ancillas in medio ædiū ſedētem inueniunt. Muliebris certaminis laus penes Lucretiā fuit. Aduenienſ uir Tarquiniiqꝫ benigne ſuſcepti uictor maritus comiter inuitat regios iuuenes: ibi Sex. Tarquiniū mala libido Lucretiæ per uim ſtuprādæ capit: tum forma: tum ſpectata caſtitas incitat: & tum quidem a nocturno iuuenili ludo in caſtra redeunt.

Paucis interiectis diebus. Sex. Tarquinius inſcio Collatino cum comite uno collatiam uenit: ubi except⁹ benigne ab ignaris cōſilii: cū poſt cœnā in hoſpitale cubiculū ductus eēt: amore ardēs poſtea quā ſatis tuta circa: ſoſpitiqꝫ oēs uidebantur ſtricto gladio ad dormiētem Lucretiam uenit: ſiniſtraqꝫ manu mulieris pectore oppreſſo: tace Lucretia: inquit. Sex. Tarquinius ſum: ferrum in manu eſt: morieris ſi emiſeris uocem. Cum pauida e ſumno mulier ꝓpe mortem imminentē uideret: tum Tarquinius fateri amorem: orare: miſcere precibus minas: uerſare in omnes partes mulierbrem animū: ubi obſtinatā uidebat: & ne mortis quidem morte inclinari: addit ad metum dedecus: cum mortua iugulatū ſeruum nudū poſiturum ait: ut in ſordido adulterio necata dicatur. Quo terrore cū uiciſſet obſtinatā pudicitiā uelut uictrix libido profectuſqꝫ inde Tar. ferox expugnato decore muliebri eſſe. Lucretia mœſta tanto malo Romam nuntium:

Videne Valeſi ꝓ Voleſi ſit legēdum

eundem ad patrem Ardeamqꝫ ad uirum mittit: ut cum ſingulis amicis fidelibus ueniant: ita facto maturatoqꝫ opus eſſe: rem atrocem incidiſſe. SP. Lucretius cum. P. Valerio Voleſi filio Collatinus cum. L. Iunio Bruto uenit: cum quo forte Romam rediēs ab nuntio uxoris erat cōuentus Lucretiam mœſtam in cubiculo ſedentem inueniunt: aduentu ſuorum lachrymæ abortæ: quærentiqꝫ uiro ſatin ſaluæ? Minime īquit: quid. n. eſt mulieri amiſſa pudicitia? ueſtigia uiri alieni Collatine in lecto ſunt tuo cæterū corpus eſt tantū uiolatum: aīus inſons: mors teſtis erit: ſed date dextras fideqꝫ haud impune adultero fore: Sex. eſt Tarquinius: qui hoſtis pro hoſpite priore nocte ui armat⁹ mihi: ſibiqꝫ: ſi uos uiri eſtis: peſtiferū hinc abſtulit gaudium. Dant ordine oēs fidem: cōſolantur ægram animi auertendo noxā a coacta in auctorē delicti: mentem peccare nō corpus: & unde cōſilium abfuerit: culpam abeſſe. Vos: inqt: uideritis: qd illi debeatur: ego me: & ſi peccato abſoluo ſupplicio nō libero: nec ulla deinde īpudica Lucretiæ exēplo uiuet: cultrū: quem ſub ueſte abditū habebat: eū in corde defigit: prolapſaqꝫ in uulnus moribūda cecidit. Cōclamant uir pr̄qꝫ Brutus illis luctu occupatis cultrū ex uulnere Lucretiæ extractū manentē cruore p̄ſe tenēs ꝑ hūc: inquit: caſtiſſimū ante regiā iniuriā ſanguinem iuro: uoſqꝫ dii teſtes facio: me. L. Tarquiniū ſuperbū cū ſcelerata cōiuge & omni liberorum ſtirpe ferro igniqꝫ quacūqꝫ dehinc ui poſſim executurū: nec illos: nec aliū queq̄ regnare Romæ paſſurū: cultrū deinde Collatino tradit: īde Lucretio & Valerio ſtupētibus miraculo rei unde nouū in Bruti pectore ingeniū: ut præceptū erat: iurāt: totiqꝫ a luctu uerſi in irā Brutū iā inde ad expugnandū regnū uocantē ſecunt̄ ducē. Elatum domo Lucretiæ corpus in forū deferunt: conciētqꝫ miraculo: ut fit: rei nouæ atqꝫ indignitate hoīes pro ſe quiſqꝫ ſcelus regiū ac uim querunt̄. Mouet: tū pr̄is mœſticia: tum Brutus caſtigator lachrymarū atqꝫ inertium q̄relarū auctor: quod uiros: quod romanos deceret: arma capiendi aduerſus hoſtilia auſos. Ferociſſimus quiſqꝫ iuuenū cum armis uoluntarius adeſt: ſequitur & cætera iuuentus: inde pari p̄ſidio relicto Collatiæ ad portas: cuſtodibuſqꝫ datis: neqꝫ cum motum regibus nūciaret: cæteri armati: duce Bruto: Romā profecti: ubi eo uentum eſt: quacūqꝫ incedit armata multitudo: pauorē ac tumultū facit: rurſus ubi anteire primores ciuitatis uidēt quicqd ſit: haud temere eē rent̄: nec minorē motū animorū Romæ tum atrox res facit: quam Collatiæ fecerat. Ergo ex omnibus locis ur

De iure uocandi ad cōciliū populi in deglēū

bis in forum currit̄: quo ſimul uentū eſt: præco ad tribunum celerū: in quo tum magiſtratu forte Brutus erat: populū aduocauit. Ibi oratio habita neq̄q̄ ei⁹ pectoris ingeniiqꝫ qd̄ ſimulatū ad eam diē fuerat: de ui ac libidine Sex. Tarquinii: de ſtupro īfando Lucretiæ: & miſerabili cæde: de orbitate Tricipitini: cui morte filiæ cauſa mortis indignior ac miſerabilior eēt: addita ſuperbia ipſi⁹ regis miſeriæqꝫ & labores plebis in foſſas cloacaſqꝫ exhauriēdas demerſæ. Romanos uictores omnium circa populorū: opifices ac lapicidas pro bellatoribus factos: indigna Seruii Tulii regis memorata cædes: & inuecta corpori patris nefando uehiculo filia. Inuocatiqꝫ ultores parentū dii. His atrocioribuſqꝫ: credo aliis: q̄ præſens rerꝫ indignitas haud quaq̄ relatu ſcriptoribus facilia ſubiicit memoratis: incenſam multitudinē perpulit: ut imperiū regi abrogaret: exuleſqꝫ eſſe iuberet. L. Tarquiniū cum cōiuge ac liberis. Ipſe iunioribus: qui ultro nomina dabant lectis armatiſqꝫ ad cōcitandū inde aduerſus regem exercitū Ardeam in caſtra eſt profectus. Imperiū in urbe Lucretio præfecto urbis iam ante ab rege inſtituto reliquit. Inter hūc tumultum Tullia domo ꝓfugit: execrantibus quacunqꝫ incedebat: inuocātibuſqꝫ parētum furias uiris mulieribuſqꝫ. Harum rerum nunciis in caſtra perlatis: cum re noua trepidus rex pergeret Romam ad cōprimēdos mot⁹: flexit uiā Bru

L. Iunius Brutus & L. Tarquinius Collatinus cōſul

tus ſenſerat enim aduentum: ne obuius fieret: eodemqꝫ fere tempore diuerſis itineribus Brutus Ardeam: Tarquinius Romam uenere. Tarquinio clauſæ portæ: exiliumqꝫ indictum: Liberatorem urbis læta caſtra accepere: exactiqꝫ inde liberi regis duo patrem ſecuti ſunt: qui exulatum Cære in ethruſcos ierunt. Sex. Tarquinius Gabios tanq̄ in ſuum regnum profectus ab ultoribus ueterum ſimultatum: quas ſibi ipſe cædibus rapiniſqꝫ concitauerat: eſt interfectus. L. Tarquinius ſuperbus regnauit annos quinqꝫ: &. xl. regnatum Romæ ab cōdita urbe ad liberatam annos. ccxliiii. Duo conſules inde comitiis cēturiatis a præfecto urbis ex commētariis Seruii Tullii creati ſunt. L. Iunius Brutus &. L. Tarquinius Collatinus.

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI AB VRBE CONDITA LIBER SECVNDVS.

*Quid de aſſerta libertate*

TIBERI IAM Hinc Populi Romani res bello paceq; geſtas:annuos'magiſtratus
imperiaq; legum potentiora:quam hoīum peragam:quæ libertas:ut lætior'eſſet:
proximi regis ſuperbia fecerat. Nam priores ita regnauerunt: ut'haud immerito
deinceps oēs conditores partium cœptæ urbis:quas nouas ipſi ſedes ab ſe auctæ
multitudini addiderunt:numerent᷑. Neq; ambigitur:quin Brutus idem:qui tan-
tum gloriæ Superbo exacto rege meruit:peſſimo publico id facturus fuerit: ſi li-
bertatis īmaturæ cupidine priori regum alicui regnum extorſiſſet. Quid.n.futuꝝ
fuit:ſi illa paſtoꝝ aduenarūq; plebs transfuga ex ſuis populis ſub tutela inuiolati
templi:aut libertatem:aut certe impunitatem adepta ſoluta regio metu: agitari cœ
pta eſſet tribunitiis procellis:& in aliena urbe cum patribus ſerere certamina priuſq̄ pignora coniugum ac
liberoꝝ:caritaſq; ipſius ſoli:cum longo tp̄e aſſueſcitur:aīos eorum conſociaſſet'diſſipatæ res nondū adul-
tæ diſcordia forent:quas fouit tranquilla temꝑatio imperii:eoq; nutriendo perduxit:ut bonam frugem li
bertatis:maturis iam uiribus'ferre poſſet. libertatis aūt originē inde magis:quia annuū impiū cōſulare fa-
ctum eſt:quam q̄d diminutum quicq̄ ſit ex regia ptāte numeres. Oīa iura:oīa inſignia primi conſules reti
nuere. Id modo cautum eſt:ne'ſi ambo faſces haberent:duplicatus terror uideretur: Brutus prior conceden
te collega faſces habuit:qui nō acrior uindex libertatis fuerat:quā deinde cuſtos. Oīum primum auidum
nouæ libertatis populū:ne poſtmodū flecti ꝑcibus:aut donis regiis'poſſet:iureiurando adegit neminē ro-
mæ paſſuros regnare. Deinde quo plus uiriū in ſenatu ēt frequentia ordinis faceret:cædibus regis diminu
tum patrū numerū primoribus eq̄ſtris gradus electis ad tercentoꝝ ſūmā expleuit:traditumq; deinde fert᷑.
ut in ſenatū uocarent᷑ qui patres:quiq; cōſcripti eſſent:cōſcriptos uidelicet nouū ſenatū appellabant lectos.

*Alternis faſces conſules hr̄e cœperunt*

*Qui conſcripti dicerent᷑ in ſenatu rex ſacrificul'*

Id mirū quantū profuit ad cōcordiā ciuitatis:iungendoſq; patribus plebis aīos. Rerum inde diuinarū cu-
ra habita:& quia quædā publica ſacra p ipſos reges factitata erant:nec ubi deſyderium regum eſſet:regem
ſacrificolū creāt:id ſacerdotiū pontifici ſubiecere:ne additus nomini honos aliquid'libertati:cuius tūc pri-
ma erat cura officeret:ac neſcio:an nimis eam undiq; minimis quoq; rebus muniendo modū exceſſerint
conſulis.n.alterius:cum nihil aliud offenderit:nomen inuiſum ciuitati fuit: nimium Tarquinios regno
aſſueſcere initiū a Priſco factū:regnaſſe deinde Seruium Tulliū:ne interuallo quidem facto oblitum tanq̄
alieni regni:ſuperbum Tarquinium uelut hæreditatem gentis ſcelere ac ui repetiſſe pulſo ſupbo penes Col
latinum imperium eſſe'neſcire Tarquinios priuatos uiuere nō placere nomē periculoſum libertati eē. Hic
primo ſenſim tentantium aīos ſermo per totam ciuitatem eſt datus ſollicitatamq; ſuſpitione plebē Bru-
tus ad concionem uocat ibi oīum primū iuſiurandum populi recitat:neminem Romæ regnare paſſuros
nec eſſe Romæ:unde periculum libertati foret:id ſumma ope tuendū eſſe neq; ullam rem:quæ eo pertine-
at:contēnendam:inuitū ſe dicere hoīs cauſa:nec dicturum fuiſſe:ni caritas reipublicæ uinceret. non credere
populū romanum ſolidā libertatē recuperatam eſſe regium genus:regiū nomen non ſolū in ciuitate:ſed ēt ī
imperio eſſe id officere:id obſtare libertati. Hunc tu:inquit:tua uoluntate. L. Tarquini remoue metū: me-
minimus fatemur:eieciſti reges abſolue beneficium tuum:aufert hinc regium nomen:res tuas tibi non ſo
lum reddunt ciues tui auctore me ſed ſi quid deeſt:munifice augebunt:amicus abi:exonera ciuitatem ua-
no forſan metu:ita perſuaſum eſt aīs cum gente tarquinia hinc regnum abiturum:Cōſuli primo tam no-
uæ rei ac ſubitæ admiratio incluſerat uocem:dicere deinde incipientem primores ciuitatis circunſiſtunt:ea
dem multis precibus orant: & cæteri quidem mouebant minus poſteaq̄. SP. Lucretius maior ætate & di
gnitate:ſocer præterea ipſius agere uarie rogando alternis ſuadendoq; cœpit:ut uinci ſe conſenſu ciuitatis
pateretur timens conſul ne poſtmodum priuato ſibi eadem illa cum bonoꝝ amiſſione:additaq; inſuper
alia ignominia:acciderent:abdicauit:ſe conſulatu rebuſq; ſuis oībus Lauinium tranſlatis ciuitate exceſſit.

*Tarquinius Collatin' ſpōte exilium conceſſit*

Brutus ex ſenatuſconſulto ad populū tulit:ut oēs Tarqniæ gentis exules eſſent. collegam ſibi comitiis cen
turiatis creauit. P. Valerium:quo adiutore reges eiecerat. Cum haud cuiquā in dubio eſſet:bellū ab Tarq
niis īminere:id quidem ſpe oīum ſerius fuit:cæterum id:quod nō timebant:p dolū ac proditionē ꝓpe li-
bertas amiſſa ē. Erāt in Ro. iuuentute adoleſcentes aliquot:nec ii tenui loco orti:quoꝝ in regno libido ſo
lutior fuerat:æquales:ſodaleſq; adoleſcentium Tarqnioꝝ aſſueti more regio uiuere:eam tum æquato iu-
re oīum licentiā q̄rentes. libertatē alioꝝ in ſuā uertiſſe ſeruitutē inter ſe cōquerebant᷑:regē hoīem eſſe a quo
impetres:ubi ius:ubi iniuria opus ſit:eē gr̄iæ locum eſſe beneficio:& iraſci & ignoſcere poſſe:inter amicū
& inimicū diſcrimē noſſe. Leges rē ſurdam inexorabilē eē:ſalubriorē melioremq; inopi:quam potenti:ni
hil laxamēti:nec ueniæ habere:ſi modum exceſſeris:periculoſum eſſe in tot humanis erroribus ſola inno
centia uiuere. Ita iā ſua ſponte ægris aīs legati ab regibus ſuperueniunt ſine mentione reditus bona tātum
repetentes. Eoꝝ uerba poſteaq̄ in ſenatu audita ſunt:p aliquot dies ea conſultatio tenuit:ne nō reddita bel
li cā:reddita belli materia:& adiumentum eſſent. Interim legati cū aliis alia moliri aperte bona repetētes:
clam recuperandi regni conſilia ſtruere:& tanq̄ ad id:quod agi uidebatur ambientes:nobilium adoleſcen-
tium aīos ptemptabant:a q̄bus placide oratio accepta ē:his lr̄as ab Tarqniis reddūt:& de accipiendis clā
nocte in urbē regibus colloquunt᷑. Vitelliis Aq̄liiſq; fratribus prīo cōmiſſa res. Vitellioꝝ ſoror cōſuli nup
ta bruto erat: iamq; ex eo matrimonio adoleſcētes erant liberi Titus: Tyberiuſq;:eos quoq; in ſocietatem
conſilii:auunculi aſſumunt:præterea & nobiles aliquot adoleſcentes conſcii aſſumpti : quorum uetuſta-

*M. & manilius gelli' fratres uxoris bruti*

L.&. M. aqlii Colˀlatini ſoro ris filii de tecta côiu ratio

te memoria abiit. Interim cũ in ſenatu uiciſſet ſnia: q̃ cenſebat reddenda bona eamq; ipſam cám moræ in urbe haberẽt legati. qđ ſpaciũ ad cõparanda uehicula a cõſulibus ſumpſiſſent: quibus regũ aſportarent res omne id tp̃s cum coniuratis conſultando abſumunt: euincuntq; inſtando ut litteræ ſibi ad Tarqnios daˀrentur: non aliter qdem credituros eos: nõ uana ab legatis ſup rebus tantis afferri. Datæ litteræ: ut pignus fidei eſſent: manifeſtum facinus fecerunt. Nam pridie quam legati ad Tarquinios proficiſcerent̃: & cœnati forte apud Vitellios eſſent coniuratiq; ibi: remotis arbitris: multa inter ſe de nouo: ut fit conſilio egiſſent:

Marti⁹ cã pus Tarq niorum ager olim Inſula tyˀberina. T. & Tiberi us Iunii bruti filii ex aqlioꝝ ſorore In côiuratos aĩaduerſũ

ſermonẽ eoꝝ ex ſeruis unus excepit: q iam antea id ſenſerat agi: ſed eã occaſionẽ ut lr̃æ legatis darent̃: q̃ deˀp̄henſæ rẽ coarguere poſſent: expectabat. Poſteaq̃ datas ſenſit: rẽ ad conſules ad dep̄hendendos legatos con iuratoſq; p̄fecti domo ſine tumultu rem oẽm opp̄ſſere: litteraꝝ in primis habita cura ne intercideret: p̄di toribus exemplo in uincla coniectis: de legatis paulum addubitatum ẽ: &. q̃q̃ uiſi ſunt cõmiſiſſe: ut hoſtiũ loco eſſent: ius tamẽ gentiũ ualuit. De bonis regis: q reddenda ante cenſuerant: res integra refert̃ ad p̄res: ibi uicti ira: uetuere reddi: uetuere in publicũ redigi: diripẽda plebi ſunt data: ut contracta regia p̄da ſpem in p petuum cũ iis pacis amitteret: ager Tarquinioꝝ q inter urbem ac tyberim fuit cõſecratus Marti: martius deinde campus fuit. Forte ibi tum ſeges farris dicit̃ fuiſſe matura meſſi: quẽ campi fructũ: qa religioſum erat cõſumere: deſectam cum ſtramento ſegetem magna uis hoĩum ſimul ĩmiſſa corbibus fudere in tybeˀrim tenui fluentem aqua: ut medius ſolet caloribus: ita in uadis hæſitantis frumenti aceruos conſediſſe illi tos limo: inſulam inde paulatim & aliis: q fert temere flumen eodem ĩuectis factam: poſtea additas credo moles: manuq; adiutũ: ut tam eminens area firmaq; templis quoq; ac porticibus ſuſtinendis eſſet. Direpˀtis bonis regum dãnati proditores: ſumptũq; ſupplicium cõſpectius eo quod pœnæ capiundæ miniſteri

Cenineſis uindex Vĩdictæ nomẽ ipſi manumiſ ſioni datũ Plut, ait

um patri de liberis conſulatus impoſuit: & qui ſpectator erat amouendus: eum ip̄m fortuna exactorẽ ſup plicii dedit. Stabant̃ ad palum deligati nobiliſſimi iuuenes: ſeda cæteris uelut ab ignotis capitibus cõſulis liberi oĩum in ſe auerterant oculos: miſerabatq; nõ pœnæ magis hoĩes: quã ſceleris: quo pœnam meriti eſˀſent: illos eo potiſſimum anno patriã liberatã: patrem liberatorem: conſulatum ortum ex domo Iunia: pa tres plebẽ: quicquid hoĩum deorumq; romanoꝝ eẽt. induxiſſe in aĩum ut Superbo quondam regi: tum infeſto exuli p̄derent. Cõſules in ſedẽ p̄ceſſere ſuã: miſſiq; lictores ad ſumẽdum ſuppliciũ nudatos uirgis cædunt: ſecuriq; feriũt: cum inter oẽ tp̃s pater uultuſq; & os eius ſpectaculo eẽt: eminente patrio animo inˀter publicæ pœnæ miniſteriũ ſecundum pœnã nocẽtium: ut in utrãq; partẽ arcendis ſceleribus exemplum nobile eẽt. Præmium indici: pecunia ex ærario: libertas & ciuitas data: ille primũ dicit̃ uindicta liberatus: q̄dam uindictæ quoq; nomen tractum ab il o putant: Vindicio ipſi nomen fuiſſe. Poſt illum ſeruatum: ut qui ita liberati eſſent: in ciuitatẽ accepti uiderent̃. His: ſicut acta erant: nunciatis: incẽſus Tarquinius nõ dolore ſolum tantæ ad irritũ cadentis ſpei: ſed etiam ita odioq;: poſteaq̃ dolo uia obſeptam uidit: bellũ ap te moliendum ratus circuire ſupplex Ethruriæ urbes: orare maxime ueientes tarquinienſeſq;: ne ſe ortum eiuſdem ſanguinis extorrẽ egentẽ ex tanto modo regno cũ liberis adoleſcentibus ante oculos ſuos perire ſi nerent: alios peregre in regnum Romã accitos: ſe regẽ augentẽ bello romanum imperiũ a proximis ſcelera ta cõiuratione pulſum: eos inter ſe: qa nemo unus ſatis dignus regno uiſus ſit: partes regni rapuiſſe: bona ſua diripenda populo dediſſe: ne quis expers ſceleris eſſet patriam ſe regnũq; ſuum repoſcere: & perſequi in gratos ciues uelle: ferrent opem: adiuuarent: ſuas quoq; ueteres iniurias ultum irent: totiens cæſas legiones

pulchrũ

agrum ademptũ. Hæc mouerunt Veientes: ac p ſe quiſque romano ſaltẽ duce ignominias demendas: bel loq; amiſſa repetenda minaciter fremunt: tarquinenſes nomẽ ac cognatio mouet: pulchrum uidebat̃ ſuos Romæ regnare. Ita duo duaꝝ ciuitatum exercitus ad repetendum regnum belloq; perſequẽdos romanos ſecuti Tarquinium. Poſteaq̃ in agrum romanũ uentum eſt: obuiam hoſti conſules eunt Valerius quadraˀto agmine peditem ducit Brutus ad explorandum cũ equitatu anteceſſit. Eodẽ modo primus eques hoſti

Olĩ duciˀb⁹ capeſceˀre pugna

um agminis fuit: præerat Aruns Tarquinius filius regis: rex ipſe cum legionibus ſequebatur Aruns ubi ex lictoribus procul conſulẽ eſſe: deinde iam p̄prius ac certius facie quoq; Brutum cognouit: inflãmatus ira: ille eſt uir: inqt: qui nos extorres expulit patria ipſe en ille noſtris decoratus inſignibus magnifice ince dit: dii regum ultores adeſte eõcitat calcaribus equum atq; in ipſum infeſtus conſulẽ dirigit ſenſit in ſe iri

Bruti & Arũtis tar quinii inˀteritus

Brutus: decoꝝ erat tum ipſis capeſſere pugnã ducibus: auide itaq; ſe certamini offert adeoq; infeſtis aĩs cõ curreruntut neuter: dũ hoſtẽ uulneraret: ſui p̄tegendi corporis memor: cõtrario ictu p parmã uterq; trãſ fixus: duabus hærentes haſtis moribundi ex equis lapſi ſint: ſimul & cætera eq̄ſtris pugna cœpit: neq; ita multo poſt & pedites ſuperueniunt. Ibi uaria uictoria & uelut æquo marte pugnatũ eſt: dextera utrinque cornua uicere: leua ſuperata. Veientes uinci ob romano milite ſueti fuſi fugatiq; ſunt tarqnieſis & nouus hoſtis non ſtetit ſolum ſed ẽt ab ſua parte romanũ pepulit. Ita cum pugnatum eſſet: tantus terror Tarquiˀnium atq; ethruſcos inceſſit: ut omiſſa irrita re nocte ambo exercitus ueiens Tarquinienſiſq; ſuas quiſq; abierent domos: adiiciunt miracula huic pugnæ: ſilentio proximæ noctis ex ſilua arſia ingentem æditam uocẽ: ſiluani uocẽ eam creditam: hæc dicta: uno plus ethruſcoꝝ cecidiſſe in acie uincere bello romanũ: ita

Matronæ annũ bru tũ luxerũt

certe ĩde abiere: romani ut uictores: ethruſi p uictis: nã poſteaq̃ illuxit: nec q̃ſq̃ hoſtiũ ĩ cõſpectu erat. P. Va le. cõſul ſpolia legit: triũphãſq; ĩde Romã rediit: collegæ fun⁹: qto tũ potuit apparatu: fecit: ſed multo ma ius morti decus publica fuit mœſticia: eo ante oĩa inſignis: qa matronæ annũ ut parẽtẽ eũ luxerũt: qđ tam acer ultor uiolatæ pudicitiæ fuiſſet. Conſuli indeq ſupfuerat: ut ſunt mutabiles uulgi aĩ: ex fauore non in uidia modo ſed ſuſpicio ẽt cum atroci crimine orta: regnũ eũ affectare fama ferebat: qa nec collegã ſubroˀgauerat in locũ Bruti: & ædificabat in ſũma uelia: ibi alto atq; munito loco arcẽ inexpugnabilẽ fore. Hæc

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicta uulgo creditaq; cũ indignitate quoq; angerẽt aĩum conſulis uocato ad cõſiliũ populo: ſummiſſis fa-
ſcibus: in concionẽ aſcendit. Gratũ ad multitudini ſpectaculũ fuit: ſummiſſa ſibi eẽ imperii iſignia conceſ-
ſionẽq; factã: populi quã cõſulis maieſtatẽ uimq; maiorem eẽ. Vbi audire iuſſi cõſul laudare fortunã col-
legæ: quod liberata pñia in ſummo honore ꝓ repu. dimicãs matura gloria: nec dum ſe uertente in inuidiã
mortẽ occubuiſſet: ſe ſupſtitem gloriæ ſuæ ad crimẽ: atq; inuidiã ſupereſſe: ex liberatore pñiæ ad Aquilios
Vitellioſq; recidiſſe: Nunq̃ ne ergo: inqt: ulla adeo a uobis ſpectata uirtus erit: ut ſuſpiciõe uiolari nequeat
Ego me illum acerrimũ regũ hoſtem: ipm cupiditatis regni crimẽ ſubiturũ timere? Ego ſi in ipſa arce ca-
pitolioq; habitarẽ: metui me credere poſſem a ciuibus meis? tam leui momẽto mea apud uos fama pẽdet
adeo ne eſt fundata leuiter fides: ut ubi ſim: quã q ſim magis referat? Non obſtabunt. P. Valerii ædes li-
bertati ueſtræ qrites: tuta erit uobis uelia. deferam nõ in planũ mõ ædes: ſed colli ẽt ſubiiciã: ut uos ſupra
ſuſpectũ me ciuẽ habitetis: in uelia ædificẽt: qbus melius q̃. P. Valerio credit᷑ libertas. Delata cõfeſtim ma
teria oĩs infra ueliam: & ubi nunc uicus publicus eſt: domus in infimo cliuo ædificata. Latæ deinde leges
nõ ſolum q̃ regni ſuſpiciõe cõſulẽ abſoluerẽt: ſed q̃ adeo in cõtrariũ uerterent: ut popularẽ ẽt facerent. Inde
cognomẽ factũ Publicolæ eſt. Ante oẽs de ꝓuocatione aduerſus magiſtratus ad populũ: ſacrãdoq; cũ bo
nis capite eius: qui regni occupandi conſilia iniſſet. Gratæ in uulgus leges fuere: quas cũ ſolus ptuliſſet ut
ſua unius in his grã eẽt: tũ deinde comitia collegæ ſubrogando habuit. Creatus. Sp. Lucretius cõſul: q ma
gno natu nõ ſufficientibus iã uiribus ad cõſularia munera obeunda intra paucos dies morit᷑. Suffectus ĩ
Lucretii locũ. M. Horatius Puluillus: apud quoſdã ueteres auctores nõ inuenio Lucretiũ cõſulẽ: Bruto ſta
tim Horatium ſuggerunt: credo quod nulla geſta res inſignẽ fecerit: cõſulatũ memoria ĩtercidiſſe. Nondũ
dedicata erat in capitulio Iouis ædes. Valerius Horatiuſq; cõſules ſortiti uter dedicaret. Horatio ſorte eue-
nit. Publicola ad ueientẽ bellũ ꝓfectus Aegerius: quẽ dignum erat: tulere: Valerii neceſſarii dedicationẽ tã ĩ
clyti tẽpli Horatio dari: id oĩbus modis impedire conati: poſteaq̃ alia fruſtra tẽptata erant: poſtem iã tenen
ti cõſuli fœdum inter p̃cationẽ deũ nunciũ incutiũt: mortuũ eius filiũ eẽ: funeſtaq; familia dedicare eũ tem
plũ nõ poſſe. Non crediderit factum: an tm̃ roboris aĩo fuerit: nec tradit᷑ certũ: nec interpretatio ẽ facilis ni
hil aliud ad eũ nunciũ a ꝓpoſito auerſus: quã ut cadauer efferri iuberet: tenẽs poſtẽ p̃cationẽ peragit: & de
dicat tẽplum: Hæc poſt exactos reges domi militiæq; geſta primo anno. Inde. P. Valerius iterum. T. Lu-
cretius cõſules facti. Iam tarquinii ad Lartẽ Porſenã Cluſinũ regẽ perfugerant: ibi miſcendo cõſiliũ p̃ceſq;
nunc orabant: ne ſe oriundos ex ethruſcis eiuſdẽ ſanguinis nominiſq; egentes exulare pateret᷑: nunc moue
bant ẽt ne orientẽ morẽ pellendi reges inultũ ſineret: ſatis libertatẽ ipſam habere dulcedinis: niſi q̃ta ui ci-
uitates eã expetant: tãta regna reges defendant: æquari ſumma infimis: nihil excelſum: nihil quod ſup cæ-
tera emineat: in ciuitatibus fore: adeſſe finẽ regnis rei inter deos hoĩeſq; pulcherrimæ. Porſena tum regem
eſſe Romæ: tum Etruſcæ gentis regẽ amplum tuſcis ratus: Romã infeſto exercitu uenit: nõ unq̃ alias ante
tãtus terror ſenatum inuaſit: adeo ualida res tum cluſina erat: magnumq; Porſenæ nomẽ. Nec hoſtes mo-
do timebant: ſed ſuos metipſos ciues: ne romana plebs metu perculſa: receptis in urbem regibus uel cum
ſeruitute pacẽ acciperet. Multa igitur blandimenta plebi per id tempus ab ſenatu data: annonæ in primis
habita cura: & ad frumentũ comparãdum miſſi: alii in uolſcos: alii Cumas: ſalis quoq; uendẽdi arbitriũ
quia impenſo precio ueniebat in publicũ omni ſumptu ademptũ priuatis: portoriis quoq; & tributo ple
be liberata: ut diuites cõferrent qui oneri ferendo eſſent pauperes ſatis ſtipendii pendere ſi liberos educent.
Itaq; hæc indulgentia patrũ aſperis poſtmodũ rebus in obſidione ac fame adeo cõcordẽ ciuitatẽ tenuit ut
regium nomẽ nõ ſummi magis: quã infimi horrerent: nec quiſquã unus malis artibus poſtea tã popula-
ris eſſet: quantum bene imperando uniuerſus ſenatus fuit. Cum hoſtes adeſſent pro ſe quiſq; in urbem ex
agris demigrant: urbem ipſam ſæpiunt præſidiis alia muris: alia tyberi obiecto uidebant᷑ tuta pons ſubli
cius iter pene hoſtibus dedit: ni unus uir fuiſſet Horatius Cocles id munimentum illo die fortuna urbis
romanæ habuit: qui poſitus forte in ſtatione pontis. cũ captũ repẽtino impetu ianiculum: atq; inde citatos
decurrere hoſtes uidiſſet: trepidamq; turbam ſuorũ arma ordineſq; relinquere: repræhenſans ſingulos: ob-
ſiſtens obteſtãſq;: deũ & hoĩum fidem teſtabatur ne quicquam deſerto præſidio eos fugere: ſi tranſitum põ
tem a tergo reliquiſſent: iam plus hoſtium in palatio capitolioq; quam ĩ ianiculo fore itaq; monere: præ
dicare ut pontẽ ferro igni quacunq; ui poſſint: interrũpant: ſe impetum hoſtium: quantum corpore uno
poſſet obſiſti: excepturum. Vadit idẽ in primum aditum pontis: inſigniſq; inter cõſpecta cedentium pu-
gnæ terga: obuerſis comminus ad ineundum prælium armis ipſo miraculo audaciæ obſtupefecit hoſtes:
duos tamen cum eo pudor tenuit Spurium Laertium ac Titum Herminiũ ambos claros genere factiſq;.
Cum his primam periculi procellam & quod tumultuoſiſſimum pugnæ erat parumper ſuſtinuit: deĩde
eos quoq; ipſos exigua parte pontis relicta reuocantibus: qui reſcindebant: cedere in tutum coegit. Circũ
ferens inde minaciter truces oculos ad proceres ethruſcorum nunc ſingulos prouocare: nunc ĩcrepare om
nes: ſeruitia regum ſuperborum ſuæ libertatis ĩmemores alienam oppugnatum uenire. Cũctati aliquãdiu
ſunt: dum alius aliũ ut prælium incipiant: circũſpectant: pudor deinde cõmouit aciem: & clamore ſubla-
to undiq; in unum hoſtẽ tæla cõiiciunt: q̃ cũ in obiecto cũcta ſcuto hæſiſſent: neq; ille minus obſtinatus ĩ
genti pontem obtineret gradu iam impetu detrudere conabantur uiꝝ: cũ ſimul fragor rupti pontis: ſimul
clamor romanorũ alacritate perfecti operis ſublatus pauore ſubito impetum ſuſtinuit. Tum Cloces tybe
rine: inquit: pater te ſancte precor hæc arma: & hunc militem propitio flumine accipias: ita ſic armatus
in tyberim deſiluit: multiſq; ſuper incidentibus tælis incolumis ad ſuos tranauit: rem auſus plus famæ ha

Pñia orõ funebris ap̃. ro. q̃ ĩ funere Bruti habuit ualerius conſul

Vñ publicolæ cognõ.

Primũ caput legis ut reis ꝓuocatio eſſet a magiſtratibus ad pp̃.

Secundum ut capitale eſſet ſi quis magiſtratum in iuſſu pp̃. adiret

Idibus ſeptemb. tẽplũ dedicatũ.

Veriſimilibus ẽnũciatũ in caſtris filiũ piiſſe

P. Valerius: & T. Lucretius cõſul

Põs ſublicius Horatii coclitis memorabile facinus

Sp. laertius. T. Herminius

Cocles ab eo quod alterum oculũ in bello amiſiſſet

bituram ad poſteros:quā fidei. Grata erga tantam uirtutē ciuitas fuit:ſtatua in comitio poſita: agri quā
tum uno die circum arauit datum priuata quoqꝫ inter publicos honores ſtudia eminebant:nā in magna
inopia pro domeſticis copiis unuſqſqꝫ ei aliquid fraudans ſe ipſe uictu ſuo cōtulit. Porſena primo co
natu repulſus:conſiliis ab oppugnāda urbe ad obſidendā uerſis:præſidio in ianiculo locato:ipſe in plano
ripiſqꝫ tyberis caſtra poſuit:nauibus undiqꝫ accitis & ad cuſtodiēdum ne quid Romā frumenti ſubuehi
ſineret:& ut prædatum milites trans flumen per occaſionem aliis atqꝫ aliis locis traiicerent: breuiqꝫ adeo
infeſtū oēm Ro. agrū reddidit:ut nō cætera ſolū ex agris:ſed pecus quoqꝫ omne in urbem cōpelleretꝛ:neqꝫ
quiſq̄ extra portas ꝓpellere auderet. Hoc tantum licentiæ ethruſcis nō metu magis:quā cōſilio cōceſſum.
Nāqꝫ Valerius conſul intentus in occaſionē multos ſimul & effuſos īprouiſo adoriēdi:ī aruis rebus negli
gens ultor:grauē ſe ad maiora uindicem ſeruabat:itaqꝫ ut eliceret ꝑdatores:edicit ſuis poſtero die frequen
tes porta eſquilina: q̄ auerſiſſima ab hoſte erat:expellerēt pecus ſcituros in hoſtes ratus: quod in obſidio
ne & fame ſeruitia infida trāſfugerent:& ſciere perfugæ indicio multoqꝫ plures ut in ſpem uniuerſæ ꝑdæ
flumen traiiciunt. P. Valerius inde. T. Herminium cum modicis copiis ad ſecundum lapidē gabina uia
occultum conſidere iubet. SP. Largiū cū expedita iuuētute ad portam collinam ſtare: donec hoſtis præte
reat:inde ſe obiicere:ne ſit ad flumen reditus:cōſulum alter. T. Lucretius porta næuia cū aliquot manipu
lis militum egreſſus:ipſe Valerius cælio monte cohortes delectas educit:hiqꝫ primi apparuere hoſti. Her

Cædunť ethruſci ī inſidiam ꝑcipitati

minius:ubi tumultū ſenſit:cōcurrit ex inſidiis:uerſiſqꝫ in Lucretiū ethruſcis:terga cædit dextera leuaqꝫ hic
a porta collina: illinc ab næuia redditus clamor. Ita cæſi in medio ꝑdatores:neqꝫ ad pugnā uiribus pares
& ad fugam ſeptis oībus uiis:finiſqꝫ ille tā effuſe uagandi ethruſcis fuit. Obſidio erat nihilominus:& fru
menti cū ſumma caritate inopia:ſedendoqꝫ expugnaturum ſe urbē ſpem Porſena habebat. Cum. C. Mu
tius adoleſcens nobilis:cui indignū uidebat. Po. Ro. ſeruientē:cū ſub regibus eēt:nullo bello nec ab hoſti
bus ullis obſeſſum eſſe:liberū eundem populū ab iiſdem ethruſcis obſideri:quoꝝ ſæpe exercitus fuderit:
itaqꝫ magno audaciqꝫ aliquo facinore eam indignitatē uindicandum ratus primo ſua ſponte penetrare in
hoſtium caſtra cōſtituit:deinde metuens:ne ſi conſulum iniuſſu & oībus ignaris iret:forte deprehenſus a
cuſtodibus Romanis retraheretꝛ:ut tranſfuga:fortuna tum urbis crimē affirmante:ſenatū adiit. Tranſire:
inquit:tyberim patres:& intrare ſi poſſim caſtra hoſtiū uolo:nō prædo nec populationum inuicē ultor:
maius:ſi dii iuuant in animo ē facinus:approbant patres:abdito intra ueſtem ferro ꝓficiſcitur: ubi eo ue

Ageſila themiſto/ clis frater mardōiū ꝑ Xerxe occidit fa cere & pa ti fortia romanū eſt. Hanc ſpectare manum. Porſena nō potuit Cur ſce/ uolæ co/ gnomen inditum

nit:in cōfertiſſima turba prope regium tribunal cōſtitit:ibi cum ſtipēdium forte militibus daretur:& ſcri
ba cū rege ſedens pari fere ornatu multa ageret:cū milites uulgo adirent: timēs ſciſcitari uter Porſena eſſet
ne ignorando regem ſemetipſe aperiret:quis eēt quo temere traxit fortuna facinus: ſcribam ꝓ rege obtrū
cat:uadentē inde qua per trepidā turbam cruento mucrone ſibi ipſe fecerat uiā:cum cōcurſu ad clamorem
facto:compræhēſum regii ſatellites retraxiſſent ante tribunal regis deſtitutus:tū quoqꝫ inter tantas fortu
næ minas metuendus magis:quā metuens:romanus ſum:inquit ciuis. C. Mutium uocāt:hoſtis hoſtē oc
cidere uolui:nec ad mortem minus animi eſt:quam ad cædem fuit:& facere & pati fortia romanū eſt: nec
unus ego in te hos animos geſſi:longus poſt me ordo eſt idem petentium decus:proinde in hoc diſcrimē
ſi iuuat accingere:ut in ſingulas horas capite dimices tuo ferrum haſtamqꝫ ī ueſtibulo habeas regiæ: hoc
tibi iuuentus romana indicimus bellum:nullam aciem:nullum prælium timueris:uni tibi:& cum ſingu
lis res erit. Cum rex ſimul ira infenſus:periculoqꝫ conterritus circundari ignis minitabundus iuberet niſi
expromeret propere:quas inſidiarum minas per ambages iaceret:en tibi:inquit:ut ſentias:quam uile cor
pus ſit iis:qui magnam gloriam petunt:dextrāqꝫ accenſo ad ſacrificium foculo iniicit:quam cū uelut alie
nato ab ſenſu torreret aīo:prope attonitus miraculo rex:cum ab ſede ſua proſiluiſſent:amoueriqꝫ ab alta
ribus iuuenem iuſſiſſet:tum uero abi:inquit:in te magis:quam in me hoſtilia auſus iuberem macte uirtu
te eſſe:ſi pro mea patria iſta uirtus ſtaret:nunc iure belli liberum te intactum inuiolatumqꝫ hinc dimitto.
Tunc Mutius quaſi remunerans meritum. Quando quidem:inquit:eſt apud te uirtuti honos:ut benefi
cio tuleris a me quod minis nequiſti. ccc. coniurauimus principes iuuentutis romanæ:ut in te hac uia graſ
ſaremur:mea prima ſors fuit:cæteri:utcunqꝫ ceciderit:primi quoad te opportunum fortuna dederit: ſuo
quiſqꝫ tempore aderunt. Mutium dimiſſum:cui poſtea ſcæuolæ a clade dextræ manus cognomentum in
ditum:legati a Porſena Romam ſecuti ſunt(adeo mouerat eum & primi periculi caſus)quo nihil ſe ꝑter
errorem inſidiatoris texiſſet:& ſubeunda dimicatio totiens:quod coniurati ſupereſſent:ut pacis conditio
nes ultro ferret romanis. Iactatum in conditionibus nequicquam de Tarquiniis in regnū reſtituendis ma
gis:quia id negare ipſe nequiuerat Tarquiniis:quam quod negatum iri ſibi a romāis ignoraret:de agro ue
ientibus reſtituendo imperatum:expreſſaqꝫ neceſſitas obſides dandi romanis ſi ianiculo præſidium de
duci uellent. His conditionibus compoſita pace:exercitum ab ianiculo deduxit Porſena: & agro romano
exceſſit. Patres. C. Mutio uirtutis cum trans tyberim agrum dono dedere:quæ poſtea ſunt mutia prata ap
pellata. Ergo ita honorata uirtute:fœminæ quoqꝫ ad publica decora excitatæ. Chloelia uirgo una ex obſi
dibus cum caſtra ethruſcorum forte haud procul ripa tyberis locata eſſent:fruſtrata cuſtodes dux agminis

Chloelia Mutia prata

uirginum iter tæla hoſtium tyberim tranauit: ſopiteſqꝫ omnes Romam ad propinquos reſtituit. Quod
ubi regi nunciatum eſt primo incēſus ira oratores Romā miſit ad Chloeliam obſidem depoſcendam alias
haud magnificare:deinde in admirationem uerſus ſupra Coclites Mutioſqꝫ dicere id facinus eſſe: & præ
ſe ferre quemadmodum:ſi nō dedatur obſes:pro rupto ſe fœdus habiturum:ſic deditam inuiolatamqꝫ ad
ſuos remiſſurum. Vtrinqꝫ conſtitit fides:& romani pignus ex fœdere reſtituerūt:& apud regem ethruſcū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

non tuta ſolum:ſed honorata etiã uirtus fuit:laudataqꝫ uirgine partem obſidum ſe donare dixit:ipſa quos
uellet:legeret:ꝓductis oĩbus legiſſe impuberes dicit᷑:qđ & uirginitati decoꝝ & conſenſu obſidum ipſoꝝ
probabile erat:eam ætatem potiſſimum liberari ab hoſte:quæ maxime opportuna iniuriæ eſſet. Pace re/
dintegrata Romani nouam in fœmina uirtutem nouo genere honoris ſtatua equeſtri donare: in ſumma
ſacra uia fuit poſita uirgo inſidens equo. Huic tam pacatæ profectioni ab urbe regis Ethruſci abhorrens
mos traditus ab antiquis uſqꝫ ad noſtram ætatem inter cætera ſolemnia manet bonis uẽdendis:Bona Por
ſenæ regis uendendi. Cuius originem moris neceſſe eſt:aut inter bellum natam eſſe neque omiſſam in pa/
ce:aut a mitiore creuiſſe principio:quam hic præ ſe ferat titulus bona hoſtiliter uendendi. Proximum ue
ro eſt ex iis:quæ traduntur:Porſenam diſcedentem a ianiculo caſtra opulenta:conuecto ex propinquis ac
fertilibus ethruriæ aruis cõmeatu romanis dono dediſſe:inopi tum urbe ab longinqua obſidione: ea de/
inde:ne populo ĩmiſſo diriperentur hoſtiliter ueniſſe:bonaqꝫ Porſenæ appellata:gratiam muneris magis
ſignificante titulo:quam auctionem fortunæ regiæ:q̃ ne in poteſtate quidem Po.Ro.eſſet. Omiſſo roma
no bello Porſena:ne fruſtra in ea loca exercitus adductus uideretur:cum parte copiarum filium Aruntem
Ariciam oppugnatum mittit. Primo aricinos res nec opinata perculerat:accerſita deinde auxilia & a lati/
nis populis:& a Cumis tantum ſpei fecere:ut acie decernere auderent. Prælio inito adeo concitato impetu
ſe intulerant ethruſci:ut funderent ipſo incurſu aricinos. Cumanæ cohortes arte aduerſus uim uſæ declina
uere paululum:effuſeqꝫ prælatos hoſtes conuerſis ſignis a tergo adortæ ſunt:ita in medio prope iam uicto
res cæſi ethruſci:pars exigua:duce amiſſo:quia nullum perfugium erat:Romam inermes fortuna ac ſpe/
cie ſupplicum delati ſunt:ibi benigne excepti:diuiſiqꝫ in hoſpicia:curatis uulneribus alii profecti domos
nuncii hoſpitalium beneficiorum:multos Romæ hoſpitum urbiſqꝫ caritas tenuit. Iis locus ad habitãdũ
datus:quem deinde Tuſcum uicum appellauere. P. Lucretius inde & P. Valerius Publicola conſules facti.
Eo anno poſtremum legati a Porſena de reducendo in regnum Tarquinio uenerunt:quibus cum reſpon/
ſum eſſet miſſurum ad regem ſenatum legatos:miſſi confeſtim honoratiſſimus quiſqꝫ e patribus:nõ quin
breuiter reddi reſponſum potuerit non recipi reges:ideo delectos potius patrum ad eum miſſos: quam le
gatis eius romæ daretur reſponſum:ſed ut in perpetuum eius rei mentio finiretur:neu in tantis mutuis be
neficiis animi ſolicitarentur:cum ille peteret:quod contra libertatem populi romani eſſet:romani:niſi ſi p
nitiem ſuam faciles eſſe uellent:negarent. cui nihil negatum uellent non in regno populum romanum. ſed
in libertate eſſe:ita induxiſſe in animum hoſtibus potius quam portas regibus patefacere:eam eſſe uolũ/
tatem omnium:ut qui libertati erit:in illa urbe finis idem urbi ſit:proinde:ſi ſaluam eſſe uellet Romam:
ut patiatur liberam eſſe:orare: Rex uerecundia uictus quando id certum atqꝫ obſtinatum eſt:inquit: neqꝫ
ego obtundam ſæpius eadem ne quicquam agendo:nec Tarquinios ſpe auxilii:quod nullum in me eſt:
fruſtrabor:alium hinc:ſeu bello opus eſt:ſeu quieto exilio quærant locum:ne quid meam uobiſcum pa/
cem diſtineat. Dictis facta amiciora adiecit:obſidum quod reliquum erat:reddidit agrum ueientem:fœde
re ad ianiculum icto:ademptum reſtituit. Tarquinius ſpe omni reditus inciſa:exultatum ad generũ Ma/
milium Octauium Tuſculum abiit:Romanis pax fida ita cum Porſena fuit cõſules Marcus Valerius pu
blius poſthumius. Eo anno bene pugnatum cum ſabinis:conſules triumpharunt. Maiore inde molle ſa/
bini bellum parabant:aduerſus eos:& ne quid ſimul ab Tuſculo. unde & ſi non apertum:ſuſpectum tamẽ
bellum erat:repentini periculi oriretur. P. Valerius quar. T. Lucretius iterum conſules facti. Seditio inter
belli paciſqꝫ auctores orta in ſabinis aliquantum uirium tranſtulit ad romanos:namqꝫ. Ap. Clauſus: cui
poſtea. Ap. Claudio fuit Romæ nomen:cum pacis ipſe auctor a turbatoribus belli premeretur nec par fa
ctioni eſſet:ab Gn. Regillo magna clientium comitatus manu Romam tranſfugit. Iis ciuitas data agerqꝫ
trans Anienem uetus claudia tribus poſtea nouis additis tribulibus qui ex eo uenirẽt agro appellata. Ap
pius inter patres lectus:haud ita multo poſt in principum dignationem peruenit. Conſules infeſto exerci/
tu in agrum ſabinum profecti cum ita uaſtatione:deinde prælio afflixiſſent opes hoſtium:ut diu nihil in
de rebellionis timere poſſent:triumphantes Romam redierunt. P. Valerius omnium cõſenſu princeps bel
li paciſqꝫ artibus anno poſt. Agrippa Menenio. P. Poſthumio conſulibus:moritur gloria ingenti:copiis
familiaribus adeo exiguis:ut funeri ſumptus deeſſet:de publico eſt datus:luxere matronæ:ut Brutũ. Eo/
dem anno duæ coloniæ latinæ Pometia & Cora ad Auruncos deficiunt. Cum auruncis bellum initũ:fu/
ſoqꝫ ingenti exercitu:qui ſe ingredientibus fines conſulibus ferociter obtulerat: omne auruncum bellum
Pometiam cõpulſum ẽ. Nec magis poſt ꝑlium:qua in prælio cædibus temperatum ẽ:& cæſi aliq̃to plu/
res erant:quam capti:& captos paſſim trucidauerunt ne ab obſidibus quidẽ:qui.ccc.accepti numero erãt:
ira belli abſtinuit:& hoc anno Romæ triumphatum. Secuti conſules Opiter Virginius. SP. Caſſius prĩo
Pometiã ui:deinde uineis aliiſqꝫ operibus oppugnauerũt:in quos aurunci magis iam inexpiabili odio:
quam ſpe aliqua aut occaſione coacti:cum plures igni:quam ferro armati excurriſſent:cæde incẽdioqꝫ cũ/
cta cõplent:uineis incenſis multis hoſtium uulneratis & occiſis:cõſulum quoqꝫ alterꝫ:ſed uerum nomen
auctores nõ adiiciunt:graui uulnere ex equo deiectum prope interfecerũt. Romam inde male geſta re redi/
tum:inter multos ſaucios cõſul ſpe incerta uitæ relictus. Interiecto deinde haud magno ſpacio quod uul
neribus curandis ſupplendoqꝫ exercitui ſatis eſſet:cum ira maiore:tum uiribus etiam aucti: Pometiæ ar/
ma illata:& cum uineis refectis aliaqꝫ mole belli iam in eo eſſet ut in muros euaderet miles:deditio ẽ facta
cæterum nihilominus fœde dedita urbe:quam ſi capta foret:aurunci paſſim principes ſecuri percuſſi:ſub
corona uenierũt coloni alii oppidum dirutum:ager ueniit. Conſules ob iras magis grauiter ultas: quã ob

Plutar. & Phunus Valeria & publicolæ filiæ ſtatuam erectã aiunt

Aruns Porſe. filius circa ariciam periit

Vnde tuſcus. P. Lucre. P. Valer. conſul

Tarquinius a porſena ad Mamiliũ generũ abiit. M. Valerius & P. poſthumius conſul

P. Val. & T. Lucre. cõſ. Videne a Lauiregillo ſit legendum potius qđ Diony. ſentire uſ

Agrippa menenius P. poſthumius conſul Pometia & cora

Opiter uirginius & SP. caſſius conſ.

Poſthumius cominiꝰ.&.T. largiꝰ cō. T.Largiꝰ primꝰ putatur. Sp. Caſſiꝰ magi. equitū Seruilius ſulpitius M. Māliꝰ cō. T.ebutiꝰ.G.Vetuſius cō.

magnitudinem perfecti belli triumpharunt. Inſequens annus Poſthumium Cominium. &. T. Largium cōſules habuit. Eo anno Romæ cū per ludos ab ſabinoꝝ iuuentute per laſciuiā ſcorta raperent: concurſu hominum rixa ac prope prælium fuit: paruaq; ex re ad rebellionem ſpectare res uidebatur. Supra belli latini metū id quoq; acceſſerat: quadraginta iam coniuraſſe populos concitante Octauio Mamilio ſatis cōſtabat. In hac tantaꝝ expectatione rerum ſollicita ciuitate dictatoris primum creandi mētio orta: ſed nec quo anno: nec quibus factis conſulibus: qa ex factiōe tarquiniana eſſent. Id quoq; enim traditur: parum creditum ſit: nec quis primū dictator ſit creatus: ſatis cōſtat: apud ueterrimos tantum auctores. T. Largium dictatorem primū. SP. Caſſium magiſtrū equitum creatos inuenio: conſulares legere: ita lex iubebat de dictatore creando lata: eo magis adducor: ut credam: Largium: qui conſularis erat: potius quam. M. Valeriū Fuſium Voleſi nepotem: qui nondum conſul fuerat: moderatorem & magiſtrum conſulibus appoſitum qui ſe maxime ex ea familia legi dictatorem uellent: patrem multo potius. M. Valerium ſpectatæ uirtutis conſularem uirum legiſſent. Creato dictatore primum Romæ: poſteaq̄ præferri ſecures uiderunt: magnus plebem metus inceſſit: ut intentiores eſſent ad dicto parendum: neq; enim ut in conſulibus qui pari poteſtate eſſent: alterius auxilium: neq; prouocatio erat neq; ullum uſquam: niſi in cura parendi auxilium: ſabinis etiam creatus Romæ dictator eo magis: quod propter ſe creatum crediderant: metum incuſſit: itaq; legatos de pace mittunt: quibus orantibus dictatorem ſenatumq;: ut ueniam erroris hominibus adoleſcētibus darent: reſponſum ignoſci adoleſcentibus poſſe: ſenibus non poſſe: qui bella ex bellis ſererent: actum tamen eſt de pace: impetrataq; foret: ſi quod impenſæ factum in bellum erat: præſtare ſabini( id enim poſtulatum erat )in animum induxiſſent: bellum indictum: tacitæ induciæ quietum annum tenuere. Conſules Seruilius Sulpicius. M. Manlius Tullus: nihil dignum memoria actum. T. Ebutius deinde: &. G. Vetuſius.

Aulus poſthumius dictator

His conſulibus Fidenæ obſeſſæ: Cruſtumeria capta: Præneſte ab latinis ad romanos deſciuit: nec ultra bellum latinum gliſcens iam per aliquot annos dilatum. Aulus Poſthumius dictator. T. Ebutius magiſter equitum magnis copiis peditum equitumq; profecti ad lacum regillum in agro tuſculano agmini hoſtium occurrerunt: & quia Tarquinios eſſe in exercitu latinoꝝ auditum eſt: ſuſtineri ira non potuit qn extemplo confligerent. Ergo etiam prælium aliquanto: quam cætera grauius atq; atrocius fuit: non enim duces ad regendam modo conſilio rem affuere: ſed ſuis metipſis corporibus dimicātes miſcere certamina: nec quiſquam procerum ferme hac aut illa ex acie ſine uulnere præter dictatorem romanū exceſſit. In poſthumium prima in acie ſuos adhortantem inſtruentemq; Tarquinius Superbus quanquam iam ætate

Attꝰ ducū cōgreſſus

& uiribus erat grauior: equum infeſtus admiſit: ictuſq; a latere concurſu ſuorum receptus in tutum ē. Et ad alterum cornu Ebutius magiſter equitum in Octauium Mamilium impetum dederat: nec fefellit uenïens tuſculanum ducem: contra quem & ille concitat equum: tantaq; uis infeſtis uenientium haſtis fuit: ut brachium Ebutio traiectum ſit. Mamilio pectus percuſſum: hunc quidem in ſecundam aciem latini recepere. Ebutius cum ſaucio brachio tenere tælum non poſſet: pugna exceſſit. Latinus dux nihil deterritus uulnere prælium ciet: & quia ſuos perculſos uidebat: acerſit cohortem exulum romanorum: cui. L. Tarquinii filius præerat: ea quoniam maiore pugnabat ira ob erepta bona patriamq; ademptam: pugnam

Valerii interitus

parumper reſtituit. Referentibus iam pedem ab ea parte Romanis. M. Valerius Publicolæ frater conſpicatus ferocem iuuenem Tarquinium oſtentantem ſe in prima exulum acie domeſtica etiam gloria accenſus: ut cuius familiæ decus eiecti reges erant eiuſdem interfecti forent: ſubdit calcaria equo & Tarquinium infeſto ſpiculo petit: Tarquinius retro in agmen ſuorum infenſo ceſſit hoſti: Valerium inuectum temere in exulum aciem ex tranſuerſo quidem adortus tranfugit: nec quicq̄ equitis uulnere equo retardato: mori-

Mamilii interitus

bundus romanus labentibus ſuper corpus armis ad terram defluxit. Dictator Poſthumius: poſteaquam cecidiſſe talem uirum exules ferociter citato agmine īuehi ſuos perculſos cedere animaduertit: cohorti ſuæ: quam delecta manu præſidii cauſa circa ſe habebat: dat ſignum: ut quem ſuorum fugientem uiderint: pro hoſte habeant: ita metu ancipiti uerſi a fuga romani in hoſtem & reſtituta acies Cohors dictatoris tū pri-

Vota caſtori ædē

mum prælium iniit: integris corporibus animiſq; feſſos adorti exules cedūt. Ibi alia inter proceres cohorta pugna: imperator latinus: ubi cohortem exulum a dictatore romano circūuentam uidit: ex ſubſidiariis manipulos aliquot in primam aciem ſecum rapit: hos agmine uenientes. T. Herminius legatus conſpicatus inter eos inſignem ueſte armiſque Mamilium noſcitans tanto ui maiore: quam pauloante magiſter equitum cum hoctium duce prælium init: ut & uno ictu tranſfixum per latus occideret Mamilium: & ipſe inter ſpoliandum corpus hoſtis ueruto percuſſus: cum uictor in caſtra eſſet: relatus inter primam curationem expirauerit. Tum ad equites dictator aduolat obteſtans: ut feſſo iam pedite deſcendant ab equis: & pugnam capeſſant: dicto paruere: deſiliunt ex equis: prouolant in prælium & pro anteſignatis parmas obiiciunt. recipit extemplo animum pedeſtris acies poſteaquam iuuentutis proceres æquato genere pugnæ ſecum partem periculi ſuſtinentes uidit. Tum demum impulſi latini: perculſaq; inclinauit acies: equitibus admoti equi: ut perſequi hoſtem poſſent: ſecuta & pedeſtris acies: ibi nihil nec diuinæ nec huma-

Qu. chloelius & T. Lartius conſul

næ opis dictator prætermittens ædem Caſtori nouiſſe fertur: ac pronunciaſſe militi præmia: qui primus: qui ſecundus caſtra hoſtium intraſſet: tantuſque ardor fuit: ut eodem impetu: quo fuderant hoſtem: romani caſtra caperent. Hoc modo ad lacum regillum pugnatum eſt. Dictator: & magiſter equitum triumphantes iu urbem rediere. Trienniō deinde: nec certa pax: nec bellum fuit Conſules. Qu. Chloelius: &. T. Lartius inde. A. Sempronius: &. M. Minutius: his conſulibus ædes Saturno dedicata: ſaturnalia inſtitutus feſtus dies. A. deinde Poſthumius &. T. Virginius conſules facti. Hoc demum āno ad regillū lacum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pugnatum apud quoſdam inuenio. A. Poſthumium: quia collega dubiæ fidei fuerit: ſe conſulatu abdicaſ
ſe: dictatorem inde factum. Tanti errores implicant temporum aliter apud alios ordinatis magiſtratibꝰ:
ut nec qui conſules ſecundum quoſdam: nec quid quoq; anno factum ſit: in tāta uetuſtate non rerum mo/
do: ſed etiam auctorum digerere poſſis. Ap. Claudius: deinde &. P. Seruilius conſules facti: īſignis hic an/
nus eſt nuncio Tarquinii mortis: mortuus eſt Cumis: quo ſe poſt fractas opes latinorum ad Ariſtode/
mum Tyrannum contulerat. Eo nuncio erecti patres: erecta plebs: ſed patribus nimis luxurioſa fuit læ/
ticia. Plebi: cui ad eam diem ſumma ope inſeruitum erat: iniuriæ a primoribus fieri cœpere. Eodem an/
no Signia colonia: quam rex Tarquinius deduxerat: ſuppleto numero colonorum iterum deducta eſt.
Romæ tribus una &. xxx. factæ. Aedes Mercurii dedicata eſt idibus maiis. Cum uolſcorum gente latino
bello neq; bellum fuerat: nam & uoſci comparauerant auxilia: quæ mitterent latinis: ni maturatum ab
dictatore Ro. eſſet: & maturauit Romanus: ne prælio uno cum latino uolſcoq; contenderet. Hac ira con/
ſules in uolſcum agrum legiones duxere: uolſcos conſilii pœnam metuentes: nec opinata res perculit: ar/
morum immemores obſides dant. ccc. principum a Cora: atq; Pometia liberos: ita ſine certamine in/
de abductæ legiones. Nec ita multo poſt uolſcis leuatis metu ſuum rediit ingenium: rurſus occultum
parant bellum hernicis in ſocietatem armorum aſſumptis legatos quoq; ad ſollicitādum Latium paſſim
dimittunt: ſed recens ad regillum lacum accepta clades: latinos ira odioq; eius quicunq; arma ſuaderet:
ne ab legatis quidem uiolandis abſtinuit: compræhenſos uolſcos Romam duxere: ibi traditi conſuli/
bus: indicatumq; eſt uolſcos hernicoſq; parare bellum romanis: Relata re ad ſenatum adeo fuit gratum
patribus: ut & captiuorum ſex millia latinis remitterent: & de fœdere: quod prope in perpetuum nega
tum fuerat: rem ad nouos magiſtratus traiicerent. Enimuero tam latini gaudere facto: pacis auctores in
ingenti gloria eſſe: coronam auream Ioui donum in capitolium mittunt: cum legatis donoq; qui capti/
uorum remiſſi ad ſuos fuerant magna circunfuſa multitudo uenit pergunt domos eorum: apud quem
quiſq; ſeruierant: gratias agunt liberaliter habiti cultiq; in calamitate ſua: inde hoſpitia iungunt. Nun/
quam alias ante publice priuatimq; latinum nomen Romano imperio coniunctius fuit. Sed & bellum
uolſcum imminebat: & ciuitas ſecum ipſa diſcors inteſtino inter patres plebemq; flagrabat odio: ma/
xime propter nexos ob æs alienum: fremebant ſe foris pro libertate & imperio dimicantes domi a ciui/
bus captos & oppreſſos eſſe: tutioremq; in bello quam in pace: inter hoſtes: quam inter ciues libertatem
plebis eſſe: inuidiamque eam ſua ſponte gliſcentem inſignis unius calamitas accendit. Magno natu qui/
dam cum omnium maiorum ſuorum inſignibus ſe in forum proiecit: obſita erat ſquallore ueſtis: fœ/
dior corporis habitus pallore ac macie perempti: ad hoc prolixa barba: & capilli efferauerant ſpeciem
oris: noſcitabatur tamen iu tanta deformitate: & ordinem duxiſſe aiebant: aliaq; militiæ decora uulgo
miſerantes eum iactabant: ipſe teſtes honeſtatum aliquot locis pugnarum cicatrices aduerſo pectore ob
ſtentabat. Sciſcitantibus unde ille habitus: unde deformitas: cum circunfuſa turba eſſet: prope in con/
cionis modum ſabino bello ait ſe militantem: quia propter populationes agri non fructu modo carue/
rit: ſed uilla incenſa fuerit: direpta omnia pecora abacta: tributum iniquo ſuo tempore imperatum:
æs alienum feciſſe: id cumulatum uſuris: primo ſe agro paterno auitoq; exuiſſe: deinde fortunis aliis:
poſtremo uelut tabem perueniſſe ad corpus: ductum ſe ab creditore non in ſeruitium: ſed in ergaſtu/
lum: & carnificinam: inde oſtentare tergum fœdum recentibus ueſtigiis uerberum. Ad hæc uiſa audi/
taq; clamor ingens oritur: non iam foro ſe tumultus continet: ſed paſſim totam urbem peruadit: nexu
uincti ſolutiq; ſe undique in publicum proripiunt: implorant quiritium fidem: nullo loco deeſt ſedi/
tionis uoluntarius comes: multis paſſim agminibus per omnes uias cum clamore in forum curritur.
Magno cum periculo ſuo: qui forte patrum in foro erant: in eam turbam inciderunt: nec temperatum
manibus foret: ni propere conſules. P. Seruilius & Ap. Claudius ad comprimendam ſeditionem inter/
ueniſſent: in eos multitudo uerſa oſtentare uincula ſua deformitatemq; aliam: hæc ſe meritos dicere ex/
probrantes ſuam: quiq; alius alibi militiam: poſtulare magis minaciter: quam ſuppliciter: ut ſenatum
uocarent: curiamq;: ipſi futuri arbitri moderatoreſq; publici conſilii circunſiſtunt. Pauci ad modum
patrum: quos caſus obtulerat contracti ad conſules. cæteros metus non curia modo: ſed etiam foro arce
bat: nec agi quicquam per infrequentiam poterat ſenatus. Tum uero eludi atq; extrahi ſe multitudo puta
re: & patrum qui abeſſent: non caſu non metu: ſed impediendæ rei cauſa abeſſe: & conſules ipſos tergi/
uerſari: nec dubie ludibrio eſſe miſerias ſuas. Iam prope erat: ut ne conſulum quidem maieſtas coerceret
iras hominum: cum incerti morando: an ueniendo plus periculi contraheret: tandem in ſenatum ueni
unt: frequentique tandem curia non modo inter patres: ſed ne inter conſules quidem ipſos ſatis conuenie/
bat. Appius uæhementis ingenii uir imperio conſulari rem agendam cenſebat: uno aut altero arrepto
quieturos alios. Seruilius lenibus remediis aptior: concitatos animos flecti: quam frangi putabat: cum
tutius: tum facilius eſſe. Inter hæc maior alius terror: latini equites cum tumultuoſo aduolant nuncio.
Volſcos infeſto exercitu ad urbem oppugnandam uenire: quæ audita: adeo duas ex una ciuitate diſcor/
dia fecerat: longe aliter patres ac plebem effecere: exultare gaudio plebes: ultores ſuperbiæ patrum adeſ/
ſe dicere deos: alius alium confirmare: ne nomina darent: cum omnibus potius: quam ſolos perituros:
patres militarent: patres arma caperent: ut penes eoſdem pericula belli: penes quos præmia eſſent. At ue/
ro curia mœſta ac trepida ancipiti metu & ab ciue: & ab hoſte. Seruilium conſulem: cui ingenium ma/
gis populare erat: orare ut tantis circūuentam terroribus expediret rempublicam. Tum conſul miſſo ſe/

An. Sempronius &. M. Minutiꝰ cō. A. poſthumiꝰ &. T. Virginiꝰ cōſ. Ap. Claudius. P. Seruilius conſ.

Romane latiūq; officiis intē dunt

Att̄ unde orta p̄rm & plebis diſcordia Attur tumultū ob nexum

Seruilii ad populū orō tpi accōmodata

natu in concionem prodiit: ibi curæ eſſe patribus oſtendit: ut conſulatur plebi:cæterum deliberationi de
maxima qdem illa:ſed tamen parte ciuitatis metum pro uniuerſa republica interueniſſe:nec poſſe:cũ ho-
ſtes prope ad portas eſſent:bello præuertiſſe qcquam:nec ſi ſit laxamenti aliquid:aut plebi honeſtum eſſe:
niſi mercede prius accepta arma pro patria non cepiſſe:neq; patribus decoꝝ ſatis p metum potius: quã
poſtmodum uoluntate afflictis ciuium ſuoꝝ fortunis conſuluiſſe. Concioni deinde edicto addidit fidem
quo edixit:neqs ciuem Ro.uinctum:aut clauſum teneret. quo minus ei nominis ædendi apud conſules
poteſtas fieret:neu qs militis:donec in caſtris eſſet:bona poſſideret:aut uẽderet:liberos nepoteſue eius mo
raret. Hoc propoſito edicto:& q aderant nexi profiteri extemplo nomina:& undiq; ex tota urbe ꝓripien
tium ſe ex priuato:cum retinendi ius creditori non eſſet:concurſus in forum:ut ſacramentum dicerent fie
ri:magna ea manus fuit:neq; alioꝝ magis in uolſco bello uirtus atq; opera enituit. Conſul copias contra
hoſtem educit:paruo dirimente interuallo caſtra ponit:proxima inde nocte uolſci diſcordia romana fræ
ti:ſiqua nocturna trãſitio ꝓditione fieri poſſet:tẽptant & caſtra ſenſere uigiles:excitatus exercitus ſigno da
to:concurſum eſt ad arma:Ita fruſtra id inceptum uolſcis fuit:reliquum noctis utrinq; qeti datum:poſte
ro die prima luce uolſci foſſis repletis uallum inuadunt. Iamq; ab omni parte munimenta uallabantur:
cum conſul:q̃q̃ cuncti undiq; & nexi ante omnes:ut ſignum daret:clamabant:experiendi animos militũ
cauſa parumper moratus:poſteaq̃ ſatis apparebat ingens ardor:dato tandem ad erumpendum ſigno:mi
litem auidum certaminis emittit:primo ſtatim ĩcurſu pulſi hoſtes:fugiẽtibus:quoad inſequi pedes potu
it:terga cæſa:eques uſq; ad caſtra pauidos egit:mox ipſa caſtra legionibus circundatis:cum uolſcos ẽt pa-
uor inde expuliſſet:capta direptaq;. Poſtero die ad Sueſſam Pometiam:quo confugerant hoſtes:legioni-
bus ductis intra paucos dies oppidum capit:captum prædæ datum ĩde paulum recreatus egẽs miles:Cõ

Volſci uicti caſtris exuuntur

ſul cum magna gloria ſua uictorem exercitum Romam reducit:decedentem Romam Mecetranoꝝ uol-
ſcoꝝ legati rebus ſuis timentes poſt Pometiam captam adeunt. His ex ſenatuſconſulto data pax: ager adẽ
ptus. Confeſtim & ſabini romanos territauere, tumultus enim fuit uerius:quam bellum nocte in urbe nũ

Sabinius tumultus

ciatum eſt exercitum ſabinum ꝑdabundum ad anienem ꝑueniſſe:ibi paſſim diripi atq; incendi uillas:miſ
ſus extemplo eo cũ oĩbus copiis eqtum. A. Poſthumius:q dictator bello latino fuerat:ſecutus conſul Ser
uilius cũ delecta peditum manu. Plæroſq; palantes eques circũuenit:nec aduenienti peditum agmini reſti
tit ſabina legio:feſſi tum populatiõe nocturna:magna pars in uillis repleti cibo uinoq;: uix fugæ: qđ ſa
tis eẽt uirium:habuere. Nocte una audito ꝑfectoq; bello ſabino:poſtero die in magna iam ſpe undiq; pa
triæ pacis legati aurũci ſenatum adeũt:ni decedat uolſco agro bellum ĩdicentes cum legatis ſimul exercit⁹
aurũcoꝝ domo ꝓfectus erat:cuius fama haud ꝓcul iam ab Aricia uiſi tanto tumultu conciuit romanos
ut nec conſuli ordine patres:nec pacatum reſponſum arma inferentibus arma ipſi capientes dare poſſent.

Aurũci acie uincuntur

Ariciam infeſto agmine itur:nec procul inde cum auruncis ſigna collata:prælioq; uno debellatum eſt.

Fuſis auruncis uictor tot ĩtra paucos dies bellis Romanus promiſſa conſulis fidemq; ſenatus expecta-
bat:cum Appius & inſita ſupbia animo:& ut collegæ uanam faceret fidem:quam aſperrime poterat ius
de creditis pecuniis dicere:deinceps & q ante nexi fuerãt:creditoribus tradebant: & nectabant alii. Quod
ubi:cui militi ĩciderat:collegã appellabat:concurſus ad ſeruiliũ fiebat:illius promiſſa iactabant illi expro-
brabãt ſua qſq; belli merita:cicatriceſq; acceptas:poſtulabãt:ut aut referret ad ſenatum aut ut auxilio eſſet
cõſul ſuis imperator militibus. Mouebant conſulẽ hæc:ſed tergiuerſari res cogebat:adeo in alteram cãm
non collega ſolum ꝑceperat:ſed oĩs factio nobilium: ita medium ſe gerendo nec plebis uitauit odiũ: nec
apud patres gratiã iniit:patres mollẽ conſulem:& ambitioſum rati plebs fallacẽ:breuiq; apparuit æquaſ
ſe eum Appii odium. Certamẽ conſulibus ĩciderat:uter dedicaret Mercurii ædem:ſenatus a ſe rem ad po-

Vide ne ꝑceps ierat ſit legẽdum

pulũ reiecit. utri eoꝝ dedicatio iuſſu populi data eſſet:cum præeſſe annonæ:mercatoꝝ collegium inſtitue
re:ſolẽnia pro pontifice iuſſit ſuſcipere populus:dedicationẽ ædis dat. M. Lectorio primipili centurioni:
qđ facile appareret non tam ad honorem eius:cui curatio altior faſtigio ſuo data eſſet:factum quã ad con
ſulum ignominiam. Sæuire inde utiq; conſulum alter patreſq;:ſed plebi creuerant animi : & longe alia:
quam primo inſtituerant uia graſſabantur:deſperato.n.conſulum ſenatuſq; auxilio:cum in ius duci de-
bitorem uidiſſent:undiq; conuolabant:neq; decretum exaudiri conſulis præ ſtrepitu:& clamore poterat:
neq; cum decreuiſſet:quiſq̃ obtemperabat:ui agebat:metuſq; omnis & periculum libertatis:cum in con-
ſpectu conſulis ſinguli a pluribus uiolarent:in creditores a debitoribus uerterant. Super hæc timor ĩceſſit
ſabini belli:delectuq; decreto:nemo nomen dedit:furente Appio & inſectante ambitionem collegæ:q po-
pulari ſilentio rempublicam proderet:& ad id:qđ de credita pecunia ius non dixiſſet:adiiceret:ut ne dele-
ctum qdem ex ſenatuſconſulto haberet:non eſſe tamen omnino deſertam rempublicam : neq; proiectum
conſulare imperium:ſe unum & ſuæ:& patrum maieſtatis uindicem fore. Cum circunſtaret quottidiana
multitudo licentia accenſa:arripi unum inſignem ducem ſeditionum iuſſit:ille:cum a lictoribus iam tra
heretur:prouocauit:nec ceſſiſſet prouocationi cõſul:qa non dubium erat populi iudicium:niſi ægre uicta
pertinacia foret conſilio magis & auctoritate principum : quam populi clamore:adeo ſupererant animi
ad ſuſtinendam inuidiam. Creſcere inde malum in dies non clamoribus modo apertis : ſed quod multo

A. Verginius & T. uetuſius cõſ.

pernicioſius erat: ſeceſſione occultiſq; colloquiis. Tandem inuiſi plebi conſules magiſtratu abeunt. Ser-
uilius neutris:Appius patribus mire gratus. A. Verginius inde & T. Vetuſius conſulatum ineunt. Tum
uero plebs incerta:quales habitura cõſules eẽt:cœtus nocturnos pars exqliis:pars in auentino facere:ne in
foro ſubitis trepidaret conſiliis:& omnia temere ac fortuito ageret. Eam rem conſules rati : ut erat perni-

cioſam ad patres referunt: ſed delatam conſulere ordine nõ licuit: adeo tumultuoſe excepta eſt clamoribus
undiq; & indignatione patrũ: ſi quod imperio cõſulari exequendum eſſet: inuidiam eius conſules ad ſena
tum reiicerent: profecto: ſi eſſent in republica magiſt ratꝰ: nullum futurũ fuiſſe Romæ: niſi publicum con
cilium: nunc in mille curias concioneſq; cum alia in eſquiliis: alia in auentino fiant concilia: diſperſam &
diſſipatam eſſe Rempu. unum hercule uirum: id enim plus eẽ: quam conſulem: qualis Ap. Claudius fue
rit momento temporis diſcuſſurum illos cœtus fuiſſe. Correpti conſules: cũ quid ergo ſe facere uellent: ni-
hil enim ſegnius molliuſue: quam patribus placeat acturos: percũctarentur: decernũt: ut delectum quam
acerrimum habeant: otio laſciuire plebem. Dimiſſo ſenatu: conſules in tribunal aſcendunt: citant nomi-
natim iuniores: cum ad nomen nemo reſponderet: circũfuſa multitudo in concionis modum negaret ul-
tra decipi plebem poſſe: nunquam unum militem habituros: ni præſtaretur fides publica libertatem uni-
cuiq; prius reddendam eſſe: quam arma danda: ut pro patria ciuibuſq;: non pro dominis pugnent: conſu
les: qd mandatum eẽt a ſenatu: uidebant: ſed eoꝝ: q intra parietes curiæ ferociter loquerent: neminẽ adeſſe
inuidiæ ſuæ participem: & apparebat atrox cum plebe certamen: prius itaq;: qua ultima experirentur: ſe-
natum iterũ conſulere placuit: tum uero ad ſellas conſulũ prope conuolauere: minimus quiſq; natu patꝝ
abdicare cõſulatu iubentes: & deponere imperiũ: ad quod tuendũ animus deeſſet: Vtraq; re ſatis experta:
tũ demum cõſules: ne præditũ negetis patres cõſcripti: adeſt ingens ſeditio: poſtulamus: ut ii qui maxime
ignauiá increpant: adſint nobis habẽtibus delectũ: cuiuſcũq; acerrimi arbitrio. quando ita placet: rẽ age
mus. Redeũt in tribunal ſcitari nominatim unum ex iis: q in conſpectu erant: dedita opa iubent: cum ſta
ret tacitus: & circa eum aliquot hominum: ne forte uiolaret: conſtitiſſet globus: lictorem ad eum conſu-
les mittunt: quo repulſo: tum uero indignum facinus clamitantes: q patrum conſulibus aderant: deuolãt
de tribunali: ut lictori auxilio eſſent: ſed ab lictore nihil aliud: quam præhendere prohibito: cum conuer-
ſus in patres ĩpetus eſſet: conſulum intercurſu rixa ſedata eſt: in qua tamẽ ſine lapide: ſine tælo plus clamo-
ris: quam iniuriæ fuerat. Senatus tumultuoſe uocatus: tumultuoſius conſulit quæſtionem poſtulantibꝰ
iis: q pulſati fuerant: decernente ferociſſimo quoq; non ſententiis magis quam clamore & ſtrepitu: tandẽ
cum iræ reſediſſent: exprobrantibus conſulibus: nihilo plus ſanitatis in curia: quam in foro eſſe: ordine
conſuli cœpit: Tres fuere ſententiæ: Publius Verginius rem nõ uulgabat: de iis tantum: q fidem ſecuti Pu-
blii Seruilii conſulis uolſco aurunco ſabinoq; militaſſent bello: agendum cenſebat. T. Largius non id tem
pus eſſe: ut merita tantummodo exoluerentur: totam plebem ære alieno demerſam eſſe: nec ſiſti poſſe: ni
omnibus conſulatur: quin ſi alia aliorum ſit condicio: accendi magis diſcordiam: quam ſedari. Ap. Clau
dius & natura immitis & efferatus hinc plebis odio: illinc patrum laudibus: non miſeriis ait: ſed licentia
tantum cõcitum turbarum: & laſciuire magis plebem quam ſæuire: id adeo malum ex prouocatione na-
tum: quippe minas eſſe conſulum: non imperium: ubi ad eos: qui una peccauerint: prouocare liceat age-
dum inquit: dictatorem: a quo prouocatio non eſt: creemus: iam hic: quo nunc omnia ardent: contice-
ſcet furor: pulſet tum mihi lictorem: qui ſciet ius de tergo uitaq; ſua penes unum illum eſſe: cuius maieſta
tem uiolauit. Multis: ut erat: horrida & atrox uidebatur Appii ſententia: rurſus Verginii Largiiq; exẽplo:
haud ſalubrem utiq; Largii putabant ſententiam: q̃ totam fidem tolleret: medium maxime & moderatũ
utroq; conſilium Verginii habebatur: ſed factione reſpectuq; rerum priuatarum: quæ ſemper offecere of-
ficientq;: publicis conſiliis Appius uicit: ac prope fuit: ut dictator ille diem crearetur: quæ res utiq; alienaſ
ſet plebem periculoſiſſimo tempore: cum uolſci: equiq;: & ſabini forte una omnes in armis eſſent: Sed cu
ræ fuit conſulibus & ſenioribus patrum: ut imperium ſuo uæhemens manſueto permitteretur ingenio.
M. Valerium dictatorem Voleſi filium creant. Plebs: & ſi aduerſus ſe creatum dictatorem uidebat: tamẽ
cum prouocationem: fratris lege haberet: nihil ex ea familia triſte: nec ſuperbum timebat: edictum deinde
a dictatore propoſitum confirmauit animos Seruilii fere conſulis edicto conueniens: ſed & homini & po
teſtati melius rati credi omiſſo certamine nomina dedere: quantus nunquam ante exercitus legiones decẽ
effectæ: ternæ inde datæ conſulibꝰ: quattuor dictatori: nec poterat iam bellum differri. Equi latinum agrũ
inuaſerant. Oratores latinorũ a ſenatu petebant: ut aut mitterent ſubſidium: aut ſeipſos tuendorum finiũ
cauſa capere arma ſinerent. Tutius uiſum eſt defendi inermes latinos: quam pati retractare arma. Vetu-
ſius conſul miſſus eſt: is finis populationibus fuit: Ceſſere. Equi campis locoq; magis quam armis freæ
ti: ſummis ſe iugis montium tutabantur. Alter conſul in uolſcos profectus: ne & ipſe tereret tempus: ua-
ſtandis maxime agris hoſtem ad conferenda propius caſtra: dimicandumq; acie exciuit: medio inter ca-
ſtra campo ante ſuum quiſq; uallum infeſtis ſignis conſtitere. Multitudine aliquãtum uolſci ſuperabant:
itaq; effuſi & contemptim pugnam iniere. Conſul Ro. nec promouit aciem: nec clamorem reddi paſſus:
defixis pilis ſtare ſuos iuſſit: ubi ad manum ueniſſet hoſtis: tum cohortes tota ui gladiis rem gerere. Vol-
ſci curſu & clamore feſſi: cum ſe uelut ſtupentibus metu intuliſſent romanis poſteaquam impreſſionẽ ſen
ſere ex aduerſo factam: & ante oculos micare gladios: haud ſecus: quã ſi ĩſidias incidiſſent: turbati uertunt
terga: & ne ad fugam qdem ſatis uirium fuit: qa curſu in prælium ierant Ro. cõtra: quia in principio pu-
gnæ quieti ſteterant: uigentes corporibus facile adepti feſſos: & caſtra impetu cœperunt: & caſtris exutum
hoſtem Velitras perſecuti uno agmine uictores cum uictis in urbem irrupere: pluſq; ibi ſanguinis promi
ſcua omnium generum cæde: quam in ipſa dimicatione factum. Paucis data uenia: qui inermes in dedi-
tionem uenerunt. Dum hæc in uolſcis geruntur: dictator ſabinos: ubi longe plurimũ belli fuerat: fundit
fugatq;: exuitq; caſtris eqtatu miſſo mediam turbauerat hoſtium aciẽ: qua dum ſe cornua latius pandũt

Attur certaminis ſpecies inter pres & plebẽ

Varinæ patrum de nexu ſniæ

Res priuatæ ſp offecere publicis conſiliis

M. Valerius dictator

Attur Verginii ſtratagema

Volſci uicti caſtris exiuntur. Velitræ capiunť. Attur ro. ĩ hoſtes ferociam

parum apte ĩtrorſus or[d]inibus aciem firmauerant: turbatos pedes inuaſit: eodē ĩpetu caſtra capta: debellatũq; eſt. Poſt pugnam ad regillum lacum nõ alia illis annis pugna clarior fuit. Dictator triumphans Romam inuehiť. Super ſolitos honores locum ĩ circo ipſi: poſteriſq; ad ſpectaculum datus ſella in eo loco curulis poſita: Volſcis deuictis ueliternus ager adeptus. Velitras coloni ab urbe miſſi & colonia deducta. Cũ Equis poſt aliquanto pugnatum eſt: ĩuito qdem cõſule: qa loco iniquo ſubeundum erat ad hoſtes ſed milites extrahi rem criminantes: ut dictator prius: quam ipſi redirent ĩ urbem: magiſtratu abiret: irritaq; ſicut ante conſulis promiſſa eius caderent: ꝑpulerunt: ut forte temere in aduerſos montes agmen erigeret. Id male cõmiſſum ignauia hoſtium in bonum uertit: q priuſq̃ ad coniectum tæli ueniret: ob ſtupefacti audacia Ro. relictis caſtris: q̃ munitiſſimis tenuerant locis: in aduerſas ualles deſiluere: ubi ſatis prædæ & uictoria ĩcruenta fuit. Ita trifariam rebello bene geſta de domeſticarum reꝝ euentu nec patribus: nec plebi cura deceſſerat: tanta cum gratia: tum arte ꝑparauerãt fœneratores: qđ non modo plebem ſed ipſum ēt dictatorē fruſtrarenť. Namq; Valerius poſt Vetuſii conſulis reditum oĩum actionum in ſenatum primam habuit pro uictore populo: retulitq; qd de nexis fieri placeret. Quæ cum reiecta relatio eſſet: non placeo: inqt: cõcordiæ auctor: optabitis mediuſſidius propediem: ut mei ſimiles romana plebs patronos habeat: qđ ad me attinet: neq; fruſtrabor ultra ciues meos: neq; ipſe fruſtra dictator ero. Diſcordiæ inteſtinæ: bellum externum facere: ut hoc magiſtratu egeret reſpublica: pax foris parta eſt: domi impeditur: priuatus potius: quam dictator ſeditioni intereo: ita curia egreſſus dictura ſe abdicauit. Apparuit cauſa plebis ſuam uicē indignantem magiſtratu abiſſe: Itaq; uelut ꝑſoluta fide: quoniam per eum non ſtetiſſet: quin præſtaretur:

Attur ſeditionem. Plebs ĩ ſacrum mõtē ſeceſſit

decedentem domum cum fauore ac laudibus proſecuti ſunt. Timor ĩde patres inceſſit: ne ſi dimiſſus exercitus foret: rurſus cœtus occulti: cõiurationeſq; fierent: itaq; q̃q̃ per dictatorē delectus habitus eſſet: tamen quia in conſulum uerba iuraſſent: ſacramento teneri militem rati: per cauſam renouati ab Equis belli educi ex urbe legiones iuſſere: quo facto maturata eſt ſeditio: & primo agitatum dicitur de conſulum cæde: ut ſoluerentur ſacramento: doctos deinde nullam ſcelere religionē exolui. Sicinio quodam auctore: iniuſſu conſulũ in ſacrũ montē receſſiſſe trãs aniené amnē tria ab urbe millia paſſuũ. Ea frequentior fama eſt: quã cuius Piſo auctor eſt in auentinũ ſeceſſionē factam eſſe. Ibi ſine ullo duce: uallo foſſaq; cõmunitis caſtris: qeti rē nullã niſi neceſſariã ad uictũ ſumēdo: ꝑ aliquot dies neq; laceſſiti neq; laceſſentes ſeſe tenuere: pauor ingens in urbe: metuq; mutuo ſuſpenſa erant omnia: timere relicta ab ſuis plebes uiolētiam patrum: timere patres reſidem in urbe plebem incerti manere eam: an abire mallent: quamdiu autem tranquillam: quæ ſeceſſerit multitudinem foreť: quid futurum deinde: ſi quod externum interim bellum exiſtať: nullam profecto niſi in concordia ciuium ſpē reliquam ducere: eam per æqua: per iniqua reconciliandam ciuitati eē. Placuit igitur oratorem ad plebem mitti Menenium Agrippam facundum uirum: & quod inde oriun-

Meneniꝰ Agrippa ad plebē recõciliãdã mittiť

dus erat plebi carum. Intromiſſus in caſtra priſco illo dicēdi & horrido modo nihil aliud: quam hoc narraſſe fertur: Tempore: quo in homine non ut nunc omnia in unum conſentiebat: ſed ſingulis membris ſuum cuiq; conſilium ſuus ſermo fuerat: indignatas reliquas partes: ſua cura: ſuo labore: ac miniſterio uentri omnia quæri: uentrem in medio quietum nihil aliud quam datis uoluptatibus frui cõſpiraſſe inde ne manus ad os cybum ferrent: nec os acciperet datum: nec dentes conficerent: hac ira dum uentrem fame domare uellent: ipſa una membra totumq; corpus ad extremam tabem ueniſſe: inde apparuiſſe uentris quoq; haud ſegne miniſterium eſſe: nec magis ali: quam alere: eum reddentem in omnes corporis partes: hũc quo uiuimus uigemuſq;: diuiſum pariter in uenas, maturum confecto cybo ſanguinem. Comparando hinc quam inteſtina corporis ſeditio ſimilis eſſet iræ plebis in patres: flexiſſe mentes hominum. Agi deinde de concordia cœptum: conceſſumq; in condiciones: ut plebi ſui magiſtratus eſſent ſacroſancti quibus auxilii latio aduerſus conſules eſſet: neue cui patrum capere eum magiſtratum liceret: ita tribuni plebeii creati duo. G. Licinius: & L. Albinus. Hi tres collegas ſibi creauerunt: in his Sicinium fuiſſe ſeditiõis au-

C. Liciniꝰ & L. Albinꝰ primi Tri. Sp. Caſſius & poſthumius cominius conſul. Attur Martii ſtrēnitatē circa Coriolos

ctorum: de duobus: qui fuerint: minus conuenit. Sunt qui duos in ſacro monte creatos tribunos eſſe dicant: ibi ſacratam legem latam: per ſeceſſionem plebis. SP. Caſſius: & Poſthumius Cominius conſulatum inierunt. His conſulibus cum latinis populis ictum fœdus: ad id feriendum conſul alter Romæ manſit alter ad uolſcum bellum miſſus. Antiates uolſcos fundit fugatq;: compulſos in oppidum Longulam perſecutus mœnibus potitur: ĩde protinus Mucamitem uolſcorum capit: tum magna ui adortus eſt Coriolos: Erat tum in caſtris inter primores iuuenum Gn. Martius adoleſcens & conſilio & manu promptus: cui cognomen poſtea Coriolano fuit. Cum ſubito exercitum Ro. Coriolos obſidentem. atq; in oppidanos: quos intus clauſos habeat intentum: ſine ullo metu extrinſecus ĩminentis belli uolſcæ legiões profectæ ab Antio inuaſiſſent: eodemq; tempore ex oppido erupiſſent hoſtes: forte in ſtatione Martius fuit. Is cum delecta militum manu non modo impetum erumpentium retudit: ſed per patentem portam ferox irrupit: cædeq; in proximo urbis facta ignē temere arreptũ ĩminentibus muro ædificiis iniecit. Clamor inde oppidanoꝝ mixtus puerili muliebriq; ploratu ad terrorē: ut ſolet: prĩo ortus & romanis auxit aĩum: & turbauit uolſcos: utpote capta urbe: qui ad ferendam opem uenerant. Ita fuſi uolſci antiates: Corioli oppidum captum: tantũq; ſua laude obſtitit famæ conſulis Martius: ut niſi fœdus cũ latinis columna ahenea inſculptum monumeuto eſſet ab Sp. Caſſio uno: quia collega abfuerat: ictum: Poſthumium Cominium bellum geſſiſſe cum uolſcis memoria ceſſiſſet. Eodem anno Agrippa Menenius moritur uir omni uita pariter patribus ac plebi carus: poſt ſeceſſionē plebi carior factus. Huic ĩterpretari: arbitroq; cõcordiæ ciuiũ legato patꝝ ad plebē: reductori plebis Ro. ĩ urbē ſũptus funeri defuit: extulit eũ plebs ſextãtibus collatis in

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

capita:Conſules deinde. T. Greganius. P. Minutius facti. Eo anno cum & foris quieta omnia bello eēnt:
& domi ſanata diſcordia:aliud multo grauius malum ciuitatem inuaſit. Caritas primum annonæ ex in-
cultus per ſeceſſi nem plebis agris:fames deinde: qualis clauſis ſolet:uentumq; ad interitum ſeruitiorum:
utiq; & plebis eſſet: ni conſules prouidiſſent:dimiſſis paſſim ad frumentum coemendum non in Ethru-
riam modo:dexteris ab Hoſtia littoribus:leuoq; per Volſcos mari uſq; ad Cumas: ſed quæſitum in Sici-
lia quoq;:adeo finitimorum odia longinquis coegerant indigere auxiliis. Frumentum cum Cumis co-
emptum eſſet: naues pro bonis Tarquiniorum ab Ariſtodemo Tyranno: qui hæres erat: retentæ ſunt.
In Volſcis:Pomptinoq; ne emi quidem potuit: periculum quoq; ab impetu hominum ipſis frumenta-
toribus fuit. Ex ethruſcis frumentum tyberi uenit:eo ſuſtentata eſt plebs. Incommodo bello in tam arctis
commeatibus uerſati forent: ni uolſcos iam mouentes arma peſtilentia ingens inuaſiſſet:ea clade conterri-
tis hoſtium animis: ut etiam: ubi ea remiſiſſet:terrore aliquo tenerentur:& Velitris auxere numerum co-
lonorum romani: & Norbæ in montes nouam coloniam quæ arx in Pomptino eſſet: miſerunt. M. Mi
nutio deinde &. A. Sempronio conſulibus magna uis frumenti ex Sicilia aducta: agitatumq; in ſenatu
quantum plebi daretur. Multi ueniſſe tempus premendæ plebis putabant:recuperandiq; iura:quæ extor
ta ſeceſſione:ac ui patribus eſſent. In primis Martius Coriolauus hoſtis tribunitiæ poteſtatis: ſi anno-
nam:inquit: ueterem uolunt: ius priſtinum reddant patribus:cur ego plebeios magiſtratus: cur Siciniū
pollentem uideo ſub iugum miſſus tanquam a latronibus redemptus? ego ne has indignitates diutius pa
tiar: quam neceſſe eſt? Tarquinium regem:qui non tulerim: Sicinium feram? ſecedat nunc auocet plebē:
patet uia in ſacrum montem alioſq; colles:rapiant frumenta ex agris noſtris: quemadmodum tertio an-
no rapuere:utantur annona: quam furore ſuo fecere:audeo dicere:hoc malo domitos ipſos:potius culto
res agrorum fore quam ut armati per ſeceſſionem coli prohibeant. Haud tam facile dictu eſt: faciendum
ne fuerit: quam potuiſſe arbitror fieri:ut conditionibus laxandi annorum:& tribunitiam poteſtatem:&
omnia inuitis iura impoſita patres demerent ſibi:& ſenatui. Nimis atrox uiſa ſententia eſt: & ira plebem
prope armauit: fame iam ſe ſicut hoſtes peti:cybo uictuq; fraudari:peregrinum frumentum:quæ ſola ali
menta ex inſperato fortuna dederit:ab ore rapi:niſi Gn. Martio uincti dedant̄ tribuni:niſi de tergo plebis
Ro. ſatiſfiat:eum ſibi carnificē nouum exortum: q aut mori:aut ſeruire iubeat. In exeuntem in curia ipe-
tus factus eſſet:ni popportune tribuni diem dixiſſent. Vbi ira eſt ſuppreſſa: ſe iudicē quiſq;: ſe dominum
uitæ neciſq; inimici factū uidebat. Contēptim primo Martius audiebat minas tribunitias:auxilii nō pœ
næ ius datum illi poteſtati:plebiſq; non patrū tribunos eſſe:ſed adeo coorta erat īfenſa plebs:ut unius pœ
na defungendum eſſet patribus. Reſtiterunt tamen aduerſa inuidiaq;:uſiq; ſunt qua ſuis qſq;: qua totius
ordinis uiribus:ac primo tēptata res ē:ſi diſpoſitis clientibus abſterrendo ſingulos a cōcionibus conciliiſ
q; diſiicere rē poſſent: uniuerſi deinde ꝓceſſere:qcqd erat patrum reos dicere ꝑcibus plebem expoſcentes:
unum ſibi ciuē:unum ſenatorē:ſi innocentē abſoluere nollent:ꝓ nocētē darent. Ipſe:cum die dicta nō adeſ
ſet:pſeueratū in ira ē:damnatus abſens in uolſcos exulatū abiit:minitans patriæ:hoſtileſq; iam tum ſpiri-
tus gerens. Venientem uolſci benigne excepere:benigniuſq; in dies colebāt:quo maior ira in ſuos emine-
bat:crebæq; nūc querelæ: nūc minæ ꝑcipiebant̄ hoſpitio utebat̄ Actii Tullii. Longe is tū princeps uolſci
nominis erat romanis ſemp infeſtus:ita cū alterꝫ uetus odium:alterꝫ ira recens ſtimularet: conſilia confe-
runt de Romano bello:haud facile credebant plebē ſuam impelli poſſe: ut totiens infeliciter tēptata arma
caperent:multis ſæpe bellis:peſtilentia poſtremo amiſſa iuuentute fractos ſpiritus eſſe:arte agēdū in exo-
leto iam uetuſtate odio:ut recēti aliqua ira exacerbarent̄ animi. Ludi forte ex inſtauratione magni Romæ
parabant̄:Inſtaurandis hæc cā fuerat ludis:mane ſeruum qdam paterfamiliæ nondnm cōmiſſo ſpectacu-
lo ſub furca cæſum medio egerat circo:cœpti inde ludi:uelut ea res nihil ad religionem ptinuiſſet:haud ita
multo poſt. T. Latino de plebe homini ſomnium fuit. uis Iuppiter dicere ſibi ludi pſultorem diſplicuiſſe
niſi magnifice īſtaurarent̄. Ii ludi piculū urbi fore iret:ea conſulibus nunciaret. Quāq̄ haud ſane liber erat
religione animus:uerecundia tamen maieſtatis magiſtratuū timorem uicit: ne in ora hoīum ꝓ ludibrio
abiret:magno illi ea cunctatio ſtetit:filiū nāq; īt͡ra paucos dies amiſit:cuius repente cladis: ne cauſa dubia
eſſet: ægro animi eadē illa in ſomniis obuerſata ſpecies uiſa eſt rogare ſat in magnam ſpreti numinis habe-
ret mercedem? maiorem inſtare:ni eat propere:ac nunciet cōſulibus:iam præſentior res erat: cunctantē ta
mē ac prolatātem ingens uis morbi adorta eſt debilitate ſubita:tum enimuero deorum ira admonuit:feſ-
ſus igitur malis præteritis inſtantibuſq; conſilio propinquorum adhibito:cum uiſa atq; audita & obſer-
uatum totiens ſomno Iouem:minas iraſq; cæleſtes repſentatis caſibus ſuis expoſuiſſet:cōſenſu inde haud
dubio omnium: qui aderant:in forum ad conſules lectica defertur:inde in curiam iuſſu conſulum dela-
tus:eadem illa cum patribus ingenti omnium admiratione enarraſſet:ecce aliud miraculū:qui captus om
nibus membris delatus in curiam eſſet:eum functum officio pedibus ſuis domum rediſſe traditum me-
moriæ eſt. Ludi quam ampliſſimi ut fierent. Senatus decernit:ad eos ludos auctore Actio Tullio uis ma
gna uolſcorum uenit. Priuſquam committerentur ludi. Tullius:ut domi compoſitum cum Martio fue-
rat:ad conſules uenit:dicit eſſe:quæ ſecreto agere de Repu. uelit arbitris remotis. Inuitus:inquit:quos ſe-
qui iuſſi de meis ciuibus loquor: non tamen admiſſum quicquam ab iis criminatum uenio: ſed cautum
ne admittant: nimio pluſquam uelim noſtrorum ingenia ſunt mobilia:multis id cladibus ſenſimus: qp
pe qui non noſtro merito: ſed ueſtra patientia incolumes ſumus:magna hic uolſcorum multitudo eſt:
ludi ſunt:ſpectaculo intenta ciuitas erit:memini quid per eandem occaſionem ab ſabinorum iuuētute in

Menenii īteritus
T. Greganius
P. Minutius cōſul.
M. Minutius
A. Sēpronius coſ.
Martio a tribunis dies dicit̄
Dānat̄ abſens Marti⁹ coriolanus
Plu. Tulliū Amphidium uocat.
T. Latinus Lactanti⁹ L. Atiniū appellat
Attur de monum pſtigias

hac urbe cõmiſſum ſit:horret animus:neqd inconſultos ac temere fiat:hæc noſtra ueſtraqꝫ cã primum di
cenda uobis conſulibus ratus ſum:qđ ad me attinet:extemplo hinc domum abire in aĩo eſt:ne cuius facti
dictiqꝫ contagione præſens uiolet:hæc locutus abiit. Conſules cũ ad patres rem dubiam ſub auctore certo
detuliſſent:auctor magis:ut fit:quã res ad pcauendũ uel ex ſupuacuo mouit:factoqꝫ ſenatuſconſulto:ut ur
be excederent uolſci: pcones dimittunt: qui oẽs proficiſci ante noctem iuberent. Ingens pauor primo di-
ſcurrentes ad ſuas res tollendas in hoſpitia pculit:proficiſcentibus deĩde indignatio aborta: ut cõſceleratos
contaminatoſqꝫ ab ludis feſtis diebus cœtu quodãmodo hominũqꝫ deorũqꝫ abactos. Cum ppe continua
to agmine irent:pgreſſus Tullius ad caput ferentinum:ut qſqꝫ eueniret: primores eoꝝ excipiens q̃rendo
indignandoqꝫ:& eos ipſos ſedulo audientes ſecũda iræ uerba:& p eos multitudinem aliã in ſubiectũ uiæ

Actii Tullii orõ ad ſuos

cãpum deduxit. Ibi in concionis modũ orationem exorſus. Veteres Po. Ro. iniurias cladeſqꝫ gentis uol-
ſcoꝝ:ut oĩa:inqt:obliuiſcamini alia:hodiernã hanc contumeliam quo tandem aĩo fertis? qua p noſtram
ignominiã ludos cõmiſcere:an nõ ſenſiſtis triũphatum hodie de uobis eſſe? uos oĩbus ciuibus: peregrinis
tot finitimis populis ſpectaculo abeuntes fuiſſe? ueſtras coniuges:ueſtros liberos traductos p ora hoĩum
qd eos:q audiuere uocem præconis? qd qui:uos uidere abeũtes? qd eos:q huic ignominioſo agmini fuere
obuii:exiſtimaſſe putatis:niſi aliqđ profecto nefas eſſe: quod ſi ĩterſimus ſpectaculo: uiolaturi ſimus lu-
dos:piaculũqꝫ merituri:ideo nos ab ſede pioꝝ:cœtu concilioqꝫ abigi:qd inde illud non ſuccurrit? uiuere
nos:qui maturauimus proficiſci:ſi hæc profectio & nõ fuga eſt:& hanc urbẽ uos non hoſtiũ duceris? ubi
ſi unum diẽ morati eſſetis:moriendũ oĩbus fuit? & bellũ uobis indictũ eſt magno illoꝝ malo:q indixere:
ſi uiri eſtis. Ita & ſua ſponte iraꝝ pleni & incitati domos inde digreſſi ſunt: inſtigandoqꝫ ſuos qſqꝫ popu-

Actius Tulli⁹ & Martius Coriolanus belli duces

los effecere:ut oẽ uolſcũ nomen deficeret. Impatores ad id bellũ de omniũ populoꝝ ſñia lecti Actius Tul-
lius & Gn. Martius exul Romanus:in quo aliquãto plus ſpei repoſitum:q̃ ſpem nequaq̃ fefellit: ut facile
appareret ducibus ualidiorẽ:quã exercitu rem Romanã eſſe. Circeios profectus primũ colonos inde Ro-
manos expulit:liberãqꝫ eam urbẽ uolſcis tradidit:inde in latinã uiam trãſuerſis tramitibus trãſgreſſus. Sa

Bolam quoqꝫ Diony. ait a Martio occupatã.

tricũ Longulam Poluſtiã Coriolos Nollã:hæc romanis oppida ademit:inde Lauiniũ recepit: tunc dein-
ceps Corbionẽ Veteliam Trebiũ Labicos pedum cepit:poſtremũ ad urbem a Pedo ducit:& ad foſſas clu-
uillas quinqꝫ ab urbe millia paſſuũ caſtris poſitis populatur inde agrum Ro. cuſtodibus inter populato-
res miſſis:q patricioꝝ agros intactos ſeruarent: ſiue infenſus magis plebi:ſiue ut diſcordia inter patres ple
bẽqꝫ oriret:quæ pfecto orta eſſet:adeo tribuni ferocẽ p ſe plebem criminando in primores ciuitatis inſti-
gabant:ſed externus timor maximum concordiæ uinculum:q̃uis ſuſpectos infeſtoſqꝫ iter ſe iungebat ani
mos: Id modo non conueniebat:qđ ſenatus conſuleſqꝫ nuſq̃ alibi ſpem:quam in armis ponebant: plebs

Sp. Nauci⁹ & Sex. furi⁹ cõſ. M. Minuti⁹ Poſt cõmunus Sp. Largius. P. Pinarius Q. Supplicius

oĩa:quam bellum malebat. Sp. Naucius iam & Sex. Furius conſules erant:eos recenſentes legiones:præ-
ſidia p muros aliaqꝫ:in quibus ſtationes uigiliaſqꝫ eſſe placuerat:loca diſtribuentes: multo ingens pacem
poſcentium multitudo primum ſeditioſo clamore conterruit:deinde uocare ſenatum: referre de legatis ad
Gn. Martium mittendis coegit. Acceperũt relationem patres:poſteaquam apparuit labore plebis animos
miſſiqꝫ de pace ad Martium oratores:atrox reſponſum rettulerunt. Si uolſcis ager redderetur:poſſe agi de
pace:ſi præda belli p otium frui uelit:memorem ſe & ciuium iniuriæ:& hoſpitum beneficii: anniſurum
ut appareat exilio ſibi irritatos non fractos animos eſſe. Iterum deinde iidem miſſi non recipiuntur in ca-
ſtra. Sacerdotes quoqꝫ ſuis inſignibus uelatos iſſe ſupplices ad caſtra hoſtium traditum eſt:nihilo magis:
quam legatos flexiſſe animum. Tum matronæ ad Veturiam matrem Coriolani Volumniãqꝫ uxorẽ
frequentes coeunt:id publicum conſilium an mulieribus timor fuerit:parum inuenio:peruicere certe: ut
& Veturia magno natu mulier & Volumnia duos paruos ex Martio ferens filios ſecum in caſtra hoſtiũ
irent:& quam armis uiri defendere urbem non poſſent: mulieres precibus lachrymiſqꝫ defenderent. Vbi

Ad Coriolanũ miſſi Sacerdotes Augures & Aruſpices miſſi ut Plu. ait Cõſiliũ ipm & ualeria ortũ ait Plu.

ad caſtra uentum eſt:nunciatumqꝫ Coriolano eſt adeſſe ingens mulierum agmen:ut qui nec publica ma-
ieſtate in legatis:nec in ſacerdotibus tanta effuſa oculis animoqꝫ religione motus eſſet: multo obſtinatior
aduerſus lachrymas muliebres erat:deinde familiarium quidam:qui inſignem mœſticia inter cæteras co-
gnouerat Veturiam inter nurum nepoteſqꝫ ſtantem:niſi me fruſtrantur:inquit:oculi:mater tibi coniunx
qꝫ adſunt & liberi. Coriolanus propere ut amens conſternatus ab ſede ſua:cum ferret matri obuiæ com-
plexum:mulier in iram ex precibus uerſa:ſine priuſquã complexum accipio:ſciam:inqt ad hoſtem:an ad
filium uenerim captiua mater ne in caſtris tuis ſim:in hoc me longa uita infelix ſenecta traxit: ut exulẽ te:
deinde hoſtẽ uiderem? Potuiſti populari hanc terram:q te genuit atqꝫ aluit? non tibi q̃uis infeſto aĩo & mi
naci pueneras ingredieti fines ira cecidit? non cum in conſpectu Roma fuit:ſuccurrit:intra mœnia illa do
mus ac penates mei ſunt? mater coniunx liberiqꝫ? Ergo:ego niſi peperiſſem:Roma non oppugnaret? niſi
filium haberem:libera in libera patria mortua eſſem? Sed ego nihil iam pati:nec tibi turpius:q mihi mi-
ſerius poſſum:nec ut ſim miſerrima:diu futura ſum:de his uideris:quos: ſi pgis: aut ĩmatura mors: aut
longa ſeruitus manet: Vxor deinde ac liberi amplexi:fletuſqꝫ ab omni turba mulieꝝ ortus:& complora-
tio ſui patriæqꝫ fregere tandẽ uiꝝ:cõplexus inde ſuos dimittit:ipſe retro ab urbe caſtra mouit:abductis de
inde legionibus ex agro Ro. inuidia rei oppſſum:piſſe tradũt:alii alio lœto:apud Fabiũ lõge antiqſſimũ
auctorẽ uſqꝫ ad ſenectutẽ eundẽ uixiſſe inuenio:refert certe hãc ſæpe eũ exacta ætate uſurpaſſe uocẽ: mul-
to miſerius ſeni exiliũ eſſe. Nõ inuiderũt laudes ſuas mulieribus uiri Ro. adeo ſine obtrectatione gloriæ
alienæ uiuebat monumento quoqꝫ:qđ eſſet tẽplũ mulieri Fortunæ edificatũ dedicatũqꝫ ẽ. Rediere deinde
uolſci:adiunctis Equis:in agrum Ro. ſed equi Actium Tulliũ haud ultra tulere ducem. Hinc ex certami-

ne uolſci Equi ne imperatorem coniuncto exercitui darent ſeditio: deinde atrox prælium ortum. Ibi fortuna Po. Ro. duos hoſtium exercitus haud minus pnicioſo: quam ptinaci certamine cōfecit: Conſules. T. Sicinius &. C. Aqlius. Sicinio uolſci: Aquilio hernici: nam ii quoq̃ ī armis erant: ꝓuincia euenit eo āno hernici deuicti: cū uolſcis æquo marte diſceſſum eſt. Sp. Caſſius deīde & Proculus Verginius conſules facti: cū hernicis fœdus ictū: agri partes adéptæ: īde dimidiū latinis dimidiū plebi diuiſurus conſul Caſſius erat: adiiciebat huic muneri agri aliq̃tum: quē publicū poſſideri a priuatis criminabat̃. Id multos qdem patrū ipſos poſſeſſores periculo rex̃ ſuax̃ terrebat: ſed & publica patribus ſollicitudo inerat largitione cōſulē piculoſas libertati opes ſtruere. Tum primū lex agraria ꝓmulgata eſt: nunquā deīde uſq̃ ad hanc memoriā ſine maximis motibus rex̃ agitata. Cōſul alter largitōi reſiſtebat auctoribꝰ pribꝰ: nec oī plebe aduerſante: q primo cœperat faſtidire munus uulgatū a ciuibus iſſe ī ſocios: ſæpe deīde & Virginiū conſulē ī cōcióibus uelut uaticinantē audiebat: peſtilēs collegæ munus eē: agros illos ſeruitutē iis: q acceperant: laturos: regno uiā fieri. Quid. n. ita aſſumi ſocios nomēq̃ latinum? qd attiuuiſſet hernicis pauloante hoſtibꝰ capti agri tertiā ptem reddi? niſi ut hæ gētes ꝓ Coriolano duce Caſſium habeant? popularis iā eſſe diſſuaſor & īterceſſor legis agrariæ cœperat: uterq̃ deīde conſul certatim plebi īdulgere: Verginius dicere paſſurum ſe aſſignari agros: dum necui: niſi ciui Ro. aſſignent̃. Caſſius: qa in agraria largitione ambitioſus in ſocios eoq̃ ciuibus uilior erat: ut alio munere ſibi recōciliaret ciuium animos: iubere ꝓ ſiculo frumento pecuniam acceptā retribui populo. Id uero haud ſecus: quā præſentē mercedē regni aſpernata plebs: adeo pp ſuſpicionem inſitā regni uelut abūdarent oīa: munera eius ī animis hominū reſpuebant̃: quem ubi primum magiſtratu abiit: dānatum necatumq̃ cōſtat. Sunt q patrem auctorem eius ſupplicii ferant: eū cognita domi cā uerberaſſe ac necaſſe: peculiūq̃ filii Cereri cōſecrauiſſe: ſignum īde factū eſſe & īſcriptum ex Caſſia familia datum. Inuenio apud quoſdā: idq̃ ꝓpius fidei eſt: a q̃ſtoribus Ceſone Fabio &. L. Valerio diē dictam pduellionis: damnatūq̃ populi iudicio: dirutas publice ædes: ea ē area ante Telluris ædē. Cæterx̃ ſiue illud domeſticum: ſiue publicum fuit iudicium: damnat̃. Seruilio Cornelio. Qu. Fabio conſulibus. Haud diuturna ira populi ī Caſſiū fuit: dulcedo agrariæ legis ipſa per ſe dempto auctore: ſubibat animos: accenſaq̃ ea cupiditas eſt malignitate patrum: q deuictis eo anno uolſcis: equiſq̃ militē præda fraudauere: qcquid captum ex hoſtibus eſt: uendidit Fabius conſul: ac redegit ī publicum: Inuiſum erat Fabiū nomen plebi propter nouiſſimum conſulem: tenuere tamē patres: ut cum. L. Aemylio Ceſo Fabius conſul crearetur: eo infeſtior facta plebs. Seditio domeſtica bellū externum exſciuit: bello deīde ciuiles diſcordiæ ītermiſſæ: uno animo patres ac plebs rebellantes uolſcos & equos duce Aemylio proſpera pugna uicere: plus tamen hoſtium fuga: quā prælium abſumpſit: adeo ptinaciter fuſos inſecuti ſunt equites. Caſtoris ædes eodem anno idibus quintilibus dedicata eſt: uota erat latino bello Poſthumio dictatore: filius eiꝰ duumuir ad idipſum creatus dedicauit. Sollicitati & eo anno ſunt dulcedine agrariæ legis animi plebis. Tr. Pl. popularem pōteſtatē lege populari celebrant: patres ſatis ſuperq̃ gratuiti furoris in multitudine credentes eſſe: largitiones temeritatiſq̃ inuitamenta horrebant: acerrime patribus duces ad reſiſtendum conſules fuere. Ea igit̃ pars reipublicæ uicit: nec in præſens modo: ſed ī ueientem etiam annum. M. Fabium Ceſonis fratrem: & magis īuiſum alterum plebi accuſatione. Sp. Caſſii. L. Valerium conſulem dedit. Certatum eo quoq̃ anno cum tribunis eſt: uana lex: uaniq̃ legis auctores iactando irritum munus facti. Fabium īde nomen ingens poſt tres continuos cōſulatus: unoq̃ uelut tenore omnes expertos tribuniciis certaminibus habitum: itaq̃ ut bene locatus manſit ī ea familia aliquādiu honos. Bellum inde ueiens initū: & uolſci rebellarunt: ſed ad bella externa prope ſupererant uires: abutebanturq̃ iis īter ſemetipſos certando. Acceſſere ad ægras iam omnium mentes prodigia cæleſtia prope quottidianas in urbe agriſq̃ oſtentātia minas: motiq̃ ira numinis cauſam nullam aliam uates canebant: publice priuatimq̃ nunc extis: nunc per aues cōſulti quam haud rite ſacra fieri: qui terrores eo euaſere: ut Oppia uirgo ueſtalis damnata inceſti pœnas dederit. Qu. Fabius inde &. C. Tullius conſules facti: eo anno non ſegnior diſcordia domi: & bellum foris atrocius fuit. Ab Equis arma ſumpta. Veientes quoq̃ agrum Romanox̃ populantes inierunt. Quorum bellox̃ creſcente cura Ceſo Fabius & Sp. Furius conſules fiunt. Artonam latinam urbem equi oppugnabant: ueientes pleni iam populationum Romam ipſam ſe oppugnaturos minitabantur: q terrores cum compeſcere deberent: auxere inſuper animos plebis: redibatq̃ non ſua ſponte plebi mos detrectandi militiam: ſed. Sp. Publius Licinius Tr. Pl. ueniſſe tempus ratus per ultimam neceſſitatem legis agrariæ patribus iniungendæ: ſuſceperat rem militatem impediendam. cæterum tota inuidia tribunitiæ poteſtatis uerſa in auctorem eſt: nec in eum conſul acrius: quam ipſius eius collegæ coorti ſunt: auxilioq̃ eorum delectum conſules habent. Ad duo ſimul bella exercitus ſcribitur ducendus: Fabio in ueientes: In equos Spurio datur: & in equis quidem nihil dignum memoria geſtum eſt: Fabio aliquanto plus negoti cum ciuibus: quam hoſtibus fuit. Vnus ille uir ipſe conſul rēpublicam ſuſtinuit: quam exercitus odio conſulis: quantum ī ſe fuit: prodebat: Nam cum cōſul præter cæteras imperatorias artes: quas parādo gerendoq̃ bello ædidit plurimas: ita inſtruxiſſet aciem: ut ſolo equitatu emiſſo exercitum hoſtium funderet: inſequi fuſos pedes noluit: nec illos & ſi non adhortatio inuiſi ducis: ſuum ſaltem flagitium: & publicum in præſentia dedecus: poſtmodum periculū, ſi aīus hoſti rediſſet: cogere potuit gradū accelerare: aut ſi aliud nihil inſtare inſtructos: Iniuſſu ſigna referunt: mœſtiq̃ crederes uictos: execrātes nūc īperatorē: nūc nauatam ab equite operam redeunt in caſtra. Nec huic tam peſtilenti exemplo remedia ulla ab īperatore quæſita ſunt: adeo excellētibus ingeniis citius defuerit ars: qua ciuem regant: quam qua hoſtem ſuperent.

Plu. uergiliam coriolam cōiugem & nō uolummam uocat.

T. Sicinius &. G. aqlius conſ.

SP. Caſſius & proculus uerginiꝰ cōſ.

Pria lex agraria

SP. caſſii dānatio

Seruilius Corneliꝰ &. Q. Fab. conſul.

L. Aemiliꝰ Cæſo fabius conſul

M. Fab. L. Valerius cō.

Oppia ueſtalis dānat̃.

Q. fab. &. SP. furiꝰ conſul

M. Fabiꝰ & Gn. Maniliꝰ coſ.

Conſul Romam rediit non tam belli gloria aucta: quam irritato exacerbatoq; ī ſe militū odio obtinuere
tn̄ patres: ut ī fabia gente cōſulatus maneret. M. Fabium cōſulē creant: Fabio collega. Gn. manilius dat̄.
Et hic annus tribunū auctorē legis agrariæ habuit. T. Pōtificiꝰ fuit: is eadē uiam uelut ꝓceſſiſſet. Sp. Lici
nio īgreſſus: delectū pauliſper īpediit. Perturbatis iteꝝ patribus. Ap. claudius uictā tribunitiam ptātem di
cere priore anno ī pſentia: Reipub. exēplo ī ppetuum: q̄do inuentum ſit: ſuis ipſam uiribus diſſolui: neq;
n. unq̄ defutuꝝ: q ex collega uictoriā ſibi: & gratiā melioris partis bono publico uelit eſſe q̄ſitā: & plures:
ſi pluribus opus ſit tribunos ad auxiliū conſulū paratos fore: & unū uel aduerſus oēs ſatis eē: darēt mō &
cōſules & primores patrū opam: ut ſi minus oēs aliquos tn̄ ex tribunis reipu. ac ſenatui cōciliarēt. Præce
ptis Appii moniti patres uniuerſi comiter ac benigne tribunos appellare: & cōſulares: ut cuiq; eoꝝ priua
tim aliqd iuris aduerſus ſingulos erat: partim gratia: partim auctoritate obtinuere: ut tribunitiæ ptātis ui
res ſalubres uellēt reipu. eē: nouēq; tribunoꝝ aduerſus unū moratorem publici cōmodi auxilio: delectum
cōſules habēt. Inde ad ueiens bellum ꝓfecti: quo undiq; ex Ethruria auxilia cōuenerāt: nō tā ueientiū gra
tia cōcitata: quā qd ī ſpem uētum erat diſcordia īteſtina diſſolui rē Ro. poſſe: pricipeſq; ī oīum Ethruriæ
populoꝝ cōciliis fremebāt: æternas opes eē romanas: niſi īter ſemetipſi ſeditionibus ſæuiant: id unū uene
num eā labē ciuitatibus opulētis reptam: ut magna impia mortalia eēnt: diu ſuſtētatū id malum partim
patrū cōſiliis: parti patiētia plebis: iā ad extrema ueniſſe: duas ciuitates ex una factas: ſuoſq; cuiq; parti ma
giſtratus ſuas leges eē: primum ī delectibus ſæuire ſolitos: eoſdē in bello tn̄ parere ducibus: q̄licunq; urbis
ſtatu manēte diſciplina militari ſiſti potuiſſe: iam non parēdi magiſtratibus morē: ī caſtra quoq; romanū

Cur uictis eqs quū duobus locis ethruſcos ꝓuinciā Fabio datū ſupbiꝰ dixeris

militē ſeq. Proximo bello ī ipſa acie: ī ipſo certamine cōſenſu exercitus traditā ultro uictoriā uictis equis:
ſigna deſerta: īperatorē ī acie relictū: iniuſſu ī caſtra reditum: ꝓfecto ſi īſtetur: ſuo milite uinci Romam poſ
ſe: nihil aliud opus eē quā indici oſtēdiq; bellum: cætera ſpōte ſua fata: & deos geſturos. Hæ ſpes Ethru
ſcos armauerant multis īuicē caſibus uictos uictoreſq;. Cōſules quoq; romani nihil ꝑterea aliud: quam
ſuas uires: ſua arma horrebāt: memoria peſſimi ꝓximo bello exēpli terrebat: ne rem cōmitterent: eo ubi
duæ ſimul acies timēdæ eſſent: itaq; caſtris ſe tenebant tam ancipiti ꝑiculo auerſi: diē tpſq; forſitan ipſum
lenituꝝ iras ſanitatēq; animis allatuꝝ. Veiēs hoſtis ethruciſq; eo magis ꝑpropere ageř: laceſſere ad pugnā
primo obequitādo caſtris: prouocādoque: poſtremo ut nihil mouebat tam cōſules ipſos: quā exercitū in
crepādo: ſimulationē inteſtinæ diſcordiæ remediū timoris inuētū: & cōſules magis nō cōfidere: quā non
credere ſuis militibus: nouū ſeditionis genus ſilentiū otiumque inter armatos. Ad hæc in nouitatē generis
originiſq; tā falſa: q̄ uera iacere. Hæc cū ſub ipſo uallo portiſq; ſtreperēt. Haud ægre cōſules pati: at īperitæ
multitudini nunc indignatio: nunc pudor pectora uerſare: & ab inteſtinis auertere malis: nolle inultos ho
ſtes: nolle ſucceſſum non patribus: non cōſulibus: externa & domeſtica odia certare ī animis: tādem ſupe
rant externa: adeo ſuperbe īſolenterq; hoſtis eludebat: frequentes ī prætorium conueniūt: poſcunt pugnā:
poſtulant: ut ſignum detur. Cōſules uelut deliberabundi capita conferunt: diu colloquuntur: pugnare cu
piebant: ſed retro reuocāda & addenda cupiditas erat: ut aduerſando remorandoq; īcitato ſemel militi ad
derent īpetum. Redditř reſponſum īmaturam rem agi: nondum tēpus pugnæ eſſe: caſtris ſe tenerent: edicūt
īde: ut abſtineant pugna: ſiqs iniuſſus pugnauerit: ut ī hoſtem animaduerſuros: ita dimiſſis: quo minꝰ con
ſules uelle credunt: creſcit ardor pugnandi: accendunt īſuper hoſtes ferocius multo: ut ſtatuiſſe non pugna
re conſules creditum ē: quippe impune ſe inſultaturos: non credi militi arma: rem ad ultimum ſeditionis
erupturam: finemq; ueniſſe Romano īperio. His fræti occurſant portis: ingerunt probra: ægre abſtinent:
qui caſtra oppugnēt. Enimuero non ultra contumelia pati romanus poſſe: totis caſtris undiq; ad conſu
les curritur: non tam ſenſim ut ante per centurionum principes poſtulant: ſed paſſim omnes clamoribus
agunt: matura res erat tergiuerſantur tamen. Fabius deīde ad creſcentem tumultū iam metu ſeditionis col
lega concedente: cum ſilentium claſſico feciſſet: ego iſtos Manili poſſe uincere ſcio: uelle ne ſcirem: ipſi fece
runt: itaq; certum atq; decretum eſt non dare ſignum: niſi uictores ſe redituros ex hac pugna iurent: conſu
lem Romanum miles ſemel in acie fefellit: deos nunquam fallet. Centurio erat. M. Flauoleius īter primo

Attur pugnādi cupiditatē

res pugnæ flagitator: uictor: inquit. M. Fabi reuertar ex acie: ſi fallat: Iouem patrem Gradiuumq; Mar
tem alioſq; iratos inuocat deos: inde deiceps omnis exercitus in ſe quiſq; iurat. Iuratis datur ſignum: ar
ma capiunt: eunt in pugnam iraꝝ ſpeiq; pleni nunc iubent ethruſcos probra iacere: nunc armato ſibi qſ
q; lingua promptum hoſtem offerri. Omnium illo die: qua plebis: qua patrum eximia uirtus fuit: fabia
gens maxime enituit: multis ciuilibus certaminibus infenſos plebis animos illa pugna ſibi recōciliare ſta
tuunt: inſtruitř acies. Nec ueiens hoſtis ethruſcæq; legiones detrectant: prope certa ſpes erat: non magis ſe
cum pugnaturos: quam pugnauerint cum equis: maius quoq; aliquod ī tam irritatis animis: & occaſiōe
ancipiti haud deſperandum eſſe facinus: res aliter longe euenit: nam non alio ante bello infeſtior romanus

Immo cū ethruſcis ſi uera ſuꝑbius dixiſti. Q. Fabii interitus

adeo hīc contumeliis hoſtes: hinc conſules mora exacerbauerant: præliū iniit. Vix explicandi ordinis ſpa
tium ethruſcis fuit: cum pilis īter primam trepidationem abiectis temere magis: quam emiſſis: pugna iā
ad manus: iam ad gladios: ubi mars eſt: atrociſſimus uenerat. Inter primores genus Fabium inſigne ſpe
ctaculo exēploq; ciuibus erat: ex his. Qu. Fabium: tertio hic anno ante conſul fuerat principem in confer
ctos ueientes euentē ferox uiribus & armoꝝ arte: tuſcus incautum inter multas uerſantē hoſtium manus
gladio ꝑpectus tranſfigit: tælo extracto præceps Fabius in uulnus abiit. Senſit utraq; acies unius uiri ca
ſum: cedebat inde Romanus: cū. M. Fabius cōſul trāſiliit iacētis corpus: obiectaq; parma hoc iuraſtis inq̄
qt milites: fugiētes uos ī caſtra redituros? adeo ignauiſſimos hoſtes magis timetis: quā Iouē Marteq; per

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quos iuraſtis?at ego iniuratus:aut uictor reuertar:aut ꝓpe te hic. Q. Fabi dimicás cadam:Conſuli tú.C.
Fabius prioris anni cóſul:uerbis ne iſtis frater:ut pugnent:te ípetraturú credis?dii impetrabunt:per quos
iurauere:& nos:ut decet ꝓceres:ut Fabio noíe eſt dignú pugnádo potius:quá adhortando accédamus mi
litum aíos:ſic in primum infeſtis haſtis ꝓuolant duo Fabii:totáq; mouerunt ſecú acié. Prælio ex pte una
reſtituto nihilo ſegnius in altero cornu Manilius cóſul pugná ciebat:ubi ꝓpe ſimilis fortuna eſt uerſata:
ná ut altero cornu. Qu. Fabiú:ſic in hoc ipm cóſulem maniliú iam uelut fuſos agenté hoſtes: & ípigre mi
lites ſecuti ſunt:& ut ille graui uulnere ictus ex acie ceſſit interfectum rati gradú retulere:ceſſiſſentq; loco:ni
cóſul alter cú aliquot turmis eqtum in eá partem citato equo aduectus uiuere clamitans collegam ſe uicto
rem effuſo altero cornu adeſſe:rem inclinatam ſuſtinuiſſet: Manlius quoq; ad reſtituendá aciem ſeipſe co-
ram offert:duoꝶ cóſulú cognita ora accendunt militú aíos:ſimul & uanior iam erat hoſtium acies: dum
abundáte multitudine fræti ſubtracta ſubſidia mittunt ad caſtra oppugnáda:in quæ haud magno certami
ne facto impetu dum ꝑdæ magis:quá pugnæ memores terrerent tps:triarii romani: q primá irruptioné
ſuſtinere nó potuerát:miſſis ad cóſules núciis:quo loco res eént cóglobati ad ꝑtoriú redeunt:& ſua ſponte
ꝑlium ipſi renouant:& Manilius cóſul reuectus in caſtra ad oés portas milite oppoſito hoſtibus uiá clau Manilii
ſerat. Ea deſperatio tuſcis rabiem magis:quá audaciá accendit:ná cum incurſantes quacunq; exitum oſté- cóſulis in
deret ſpes uano aliquotiés ípetu eſſent globus iuuenú in ipm cóſulé inſigné armis inuadit: prima excepta teritus
a circúſtantibus tæla:ſubſtineri deinde uis nequit:cóſul mortifero uulnere ictus cadit:fuſiq; circa oés. Tu-
ſcis creſcit audacia:Romanos terror ꝑ tota caſtra trepidos agit:& ad extrema uentú foret:ni ligati rapto có
ſulis corpore pateſeciſſent una porta hoſtibus uiam:ea erumpunt:cóſternatoq; agmine abeuntes in uicto- Triúphꝰ
rem alteꝶ incidunt cóſulem:ibi iteꝶ cæſi fuſiq; paſſim:uictoria egregia parta:triſtis tamen duobus tá cla- tépeſtiue
ris funeribus. Itaq; cóſul decernente ſenatu triúphum:ſi exercitus ſine imperatore triumphare poſſit:ꝓ exi- repudiatꝰ
mia belli opa ſe paſſuꝶ:reſpondit ſe familia funeſta. Qu. Fabii fratris morte:Rep. ex parte orba:cóſule al- dantur oí
tero amiſſo publico priuatoq; deformé luctu laureá non acceptuꝶ:omni acto triumpho depoſitus trium triúpho
phus clarior fuit:adeo ſpreta in tpe gloria interdú cumulatior redit:funera deinde duo collegæ fratriſq; du- clarior
cit. idé in utroq; laudat:cú cócedendo illis ſuas laudes: ipſe maximá pté eaꝶ ferret. Neq; ímemor eius:qđ
initio cóſulatus imbiberat reconcilandis aíos plebis:ſaucios milites curandos diuidit patribus. fabiis plu
rimi dati:neq; alibi maiore cura habiti:inde populares iam eé Fabii:nec hoc ulla re niſi ſalubri rep. parte.
Igiť nó patrú magis:q̃ plebis ſtudiis. Gn. Fabiꝰ cú. T. Verginio cóſul factus:neq; bella:neq; delectus: neq;
ullam aliá prioré curam agere:quam ut iá aliqua ex arte inchoata concordiæ ſpe:primo quoq; tépore cú
patribus coaleſcerent animi plebis:Itaq; principio anni cenſuit:priuſquá quiſquá agrariæ legis auctor tri-
bunus exiſteret:occuparent patres ipſi ſuum munus facere:captiuum agrum plebi quá maxime æquali-
ter darent:æquum eé habere eos:quorum ſanguine ac ſudore partus ſit. Aſpernati atres ſunt equeſtri quo-
q; qdá nimia gloria luxuriare & euaneſcere uiuidum illud quondá Ceſonis ingeniú:nullæ deinde urbanæ
factiones fuere. Vexabanť incurſionibus equorum latini:eo cú exercitu Ceſo miſſus in ipſoꝶ equorum
agrú depopulandú tranſit. Equi ſe in oppida receperunt:muriſq; ſe tenebant:eo nulla pugna memorabilis
fuit. At a ueiente hoſte clades accepta temeritate alterius cóſulis:actúq; de exercitu foret:ni Ceſo Fabius in
tpe ſubſidio ueniſſet. Ex eo tpe neq; pax:neq; bellum cú ueientibus fuit. Res proxime in formá latrocinii
uenerat:legionibus romanis cedebant in urbem:ubi abductas ſenſerant legiones:agros incurſabant:bellú
quiete:quietem bello inuicé eludentes:ita neq; omitti tota res:neq; perfici poterat:& alia bella aut ꝑſentia
inſtabant:ut ab Equis:Volſciſq; non diutius:quá dolor recens ꝓxime cladis tranſiſſet quieſcentibus: aut
mox moturos ſe apparebat ſabinos ſemp infeſtos Etruriáq; oém. Sed ueiens hoſtis aſſiduus magis: quá Fabia gés
grauis:cótumeliis ſæpius:quam piculo aíos agitabat:quod nullo tpe negligi poterat:aut auerti alio ſine- ueiés bel-
bat. Tum fabia gens ſenatú adiit:cóſul ꝓ gente loquiť. Aſſiduo magis quá magno ꝑſidio:ut ſcitis patres lú ſuſcipit
cóſcripti:bellú ueiens eget:uos alia bella curate:Fabios hoſtes ueientibus date:auctores ſumus tutá ibi ma
ieſtatem Ro. nominis fore:noſtrum id nobis uelut familiare bellum priuato ſumptu gerere in animo eſt:
reſpu. & milite illic & pecunia uacet. Gratiæ ingentes actæ:cóſul e curia egreſſus comitante Fabioꝶ agmi
ne:q in ueſtibulo curiæ ſenatuſconſultum expectátes ſteterant:domum rediit:iuſſi armati poſtero die ad
limé conſulis adeſſe:domos inde diſcedunt. Manat tota urbe rumor:Fabios ad cælú laudibus ferunt:fami
liam unam ſubiſſe ciuitatis onus:ueiens bellum in priuatá curam:in priuata arma uerſum:ſi ſint duæ ro-
boris eiuſdé in urbe gentes depoſcant hæc uolſcos ſibi:illa equos:Po. Ro. pacem tranquillam agente oés
finitimos ſubigi populos poſſe. Fabii poſtero die arma capiunt:quo iuſſi erant:conueniunt. Cóſul plau-
datus egrediens in ueſtibulo gentem oém ſuá inſtructo agmine uidet:acceptus in mediú ſigna ferri iubet.
Nunq̃ exercitus neq; minor numero:neq; clarior fama & admiratione hoíum ꝑ urbé inceſſit. *Sex & .ccc.* *Sed & ccc. fabii*
milites oés patricii:oés unius gentis:quoꝶ neminé ducé ſperneret:egregius quibuſlibet tpibus ſenatꝰ:ibát
unius familiæ uiribus ueienti populo peſtem minitantes:ſequebať turba propria:alia cognatorum ſodali
umq;:nihil medium nec ſpem:nec curá:red ímenſa oía uoluentium aío:alia publica ſollicitudine excitata
fauore & admiratione ſtupens:ire fortes ire fœlices iubent:inceptis euentus pares reddere:conſulatus inde
ac triumphos omnia præmia ab ſe:omnes honores ſperare. Prætereúťbus capitolium arcemq; & alia té-
pla quicquid deorum oculis:quicquid aío occurrit:præcantur:ut illud agmen fauſtum atq; fœlix mittát
ſoſpites breui in patriam ad parentes reſtituant. Incaſſum miſſæ preces: infœlici uia a dextero Iano portæ
carmentalis profecti ad cremeram flumé ꝑueniunt:is opportunus uiſus locus communiendo præſidio.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

L. Aemilius. G. Seruilius

L. Aemylius inde: &. C. Seruilius cõſules facti: & donec nil aliud: quã in populatiõibus res fuit: nõ ad p̄ſidiũ mõ tutandũ Fabii ſatis erant: ſed tota regione: qua tuſcus ager romano adiacet: ſua tuta oĩa: infeſta hoſtium uagantes ꝑ utrunqꝫ finẽ facere. Interuallũ deinde haud magnũ populatiõibus fuit: dum & ueientes: accito ex ethruria exercitu: p̄ſidium cremeræ oppugnãt: & romanæ legiões ab. L. Aemylio cõſule abductæ cominus cũ ethruſcis dimicãt acie: q̄q̄ uix dirigẽdi aciem ſpaciũ ueientibus fuit: adeo ĩter primã trepidationem: dum poſt ſigna ordines introeunt: ſubſidiaqꝫ locãt: inuecta ſubito ab latere romana ala eqtũ nõ pugnæ modo incipiendæ: ſed conſiſtẽdi ademit locũ: ita fuſi retro ad Saxa rubra ibi caſtra habebãt: pacem ſupplices petunt: cuius ĩpetratæ ab inſita aĩs leuitate ante deductũ cremera romanũ præſidiũ pœnituit

Fabiorũ ſucceſſus

Rurſum cũ Fabiis erat ueienti populo ſine ullo maioris belli apparatu certamẽ: nec erant incurſiones mõ in agros aut ſubiti impetus incurſantiũ: ſed aliquotiẽs æquo cãpo collatiſqꝫ ſignis certatũ: genſqꝫ una Po. Ro. ſæpe ex opulentiſſima: ut tum res erant: ethruſca ciuitate uictoriã tulit. Id primo acerbũ indignũqꝫ ueientibus eſt uiſum: inde cõſilium ex renatũ inſidiis ferocẽ hoſtem captandi: gaudere ẽt multo ſucceſſu Fabiis audaciã creſcere: itaqꝫ & pecora p̄dantibus aliquotiẽs uelut caſu incidiſſent obuiã acta: & agreſtiũ fuga uaſti relicti agri: & ſubſidia armatoꝝ ad arcendas populationes miſſa: ſæpius ſimulato: quã uero bello

Fabii oẽs ad unum ceduntur

refugerunt. Iamqꝫ fabii adeo contẽpſerant hoſtẽ: ut ſua inuicta arma neqꝫ loco: neqꝫ tpe ullo crederẽt ſuſtineri poſſe: hæc ſpes prouexit ut ad cõſpecta ꝓcul a cremera magno campi ĩteruallo pecora: q̄q̄ rara hoſtiũ apparerent arma: decurrerent: & cũ improuidi effuſo curſu inſidias circa ipſum iter locatas ſupaſſent: palanteſqꝫ paſſim uaga: ut fit: pauore iniecto raperent pecora: ſubito ex inſidiis cõſurgitur: & aduerſi & undiqꝫ hoſtes erant. Primo clamor circũlatus exterruit: deinde tæla ab omni parte accedebant: coeuntibuſqꝫ ethruſcis iam cõtinenti agmine armatoꝝ ſepti: quo magis ſe hoſtis inferebat: cogebant breuiore ſpatio: & ipſi orbẽ colligere: quæ res paucitatẽ eoꝝ inſignẽ: & multitudinẽ ethruſcoꝝ multiplicatis in arcto ordinibus faciebat: tum omiſſa pugna: quã in oẽs partes parem intẽderat: in unũ locũ ſe oẽs inclinãt: eo niſi corporibus armiſqꝫ rupere cuneo uiã: duxit uia in æditũ leniter collẽ: inde primo reſtitere: mox ut reſpirandi ſuperior locus ſpaciũ dedit: recipiendiqꝫ a pauore tãto aĩum pepulere ẽt ſubeuntes: uincebatqꝫ auxilio loci paucitas: ni iugo circũmiſſus ueiens in uerticẽ collis euaſiſſet. Ita ſuperior rurſus hoſtis factus: Fabii cæſi: ad unum omnes preſidiumqꝫ expugnatum. ccc. vi. periſſe ſatis conuenit: unum prope puberem ætate relictum ſtirpẽ genti Fabiæ: dubiiſqꝫ rebus po. Ro. ſæpe domi belliqꝫ maximũ futurũ auxiliũ. Cum hæc accepta clades eẽt: iam. C. Horatius &. T. Menenius conſules erãt: Menenius aduerſus tuſcos uictoria elatos

G. Horatius. T. Meneniuſ cõſul. A. Verginiuſ &. SP. Seruilius conſul.

cõfeſtim miſſus: tum quoqꝫ male pugnatũ eſt: & ianiculum hoſtes occupauere: obſeſſaqꝫ urbs foret ſuper bellum annona premẽte: tranſierãt enim ethruſci tyberim: ni Horatius conſul e uolſcis eẽt reuocatus: adeo qꝫ id bellũ ipſis inſtitit mœnibus: ut primo pugnatũ ad ſpei ſit æquo marte: iterum ad portam collinam: ibi quãquam paruo momẽto ſuperior Ro. res fuit: meliorem tamen militẽ recepto priſtino animo in futura prælia id certamẽ fecit. A. Verginius: &. SP. Seruilius cõſules fiunt. Poſt acceptã proximam pugnæ cladem ueientes abſtinuere acie: populationes erant: & uelut ab arce ianiculi paſſim in Ro. agrum impe°dabant: nõ uſquã pecora tuta: nõ agreſtes erant: capti deinde eadẽ arte ſunt: qua cœperant Fabios. Secuti dedita opera paſſim ad illecebras ꝓpulſa pecora præcipitauere in ĩſidias: quo plures erant: maior cædes fuit: ex hac clade atrox ira maioris cladis cauſa: atqꝫ initiũ fuit: traiecto enim nocte tyberi caſtra Seruilii cõſulis adorti ſunt oppugnare: inde fuſi magna cæde in ianiculũ ſe ægre receperunt. Confeſtim cõſul & ipſe trãſit tyberim: caſtra ſub ianiculo cõmunit: poſtero die luce orta nõ nihil & heſterna felicitate pugnæ ferox: magis tamẽ inopia frumẽti: quãuis p̄cipitia: dum celeriora eſſent: agebant cõſilia temere aduerſo ianiculo ad caſtra hoſtiũ aciẽ erexit: fœdiuſqꝫ inde pulſus: quã pridie pepulerat: interuẽtu collegæ ipſe exercituſqꝫ ẽ ſeruatus: inter quas acies ethruſci cũ inuicem his atqꝫ illis terga darent occidione occiſi: ita oppreſum temeritate felici ueiens bellum. Vrbi cũ pace laxior ẽt annona rediit: & aduecto ex Campania frumẽto: & poſteaq̃

Ethruſci Verem q ianiculũ occupa‑rant ceſi ſunt. T. Menenio diem. T. Statio dicit. L. Cæditio dies dicta

timor ſibi cui futuræ inopiæ abiit eo quod abditum fuerat ꝓlato: Ex copia deinde ocioqꝫ laſciuere rurſus animi & priſtina mala: poſteaq̃ foris deerant: domi quærere: tribuni plebem agitare ſuo ueneno agraria lege in reſiſtentes incitare patres: nec in uniuerſos modo: ſed in ſingulos. Qu. Conſidius &. T. Genutius auctores agrariæ legis. T. Menenio diẽ dicunt: inuidiæ erat amiſſum Cremeræ p̄ſidium: cũ haud ꝓcul inde ſtatiua cõſul habuiſſet: eã oppreſſit: cũ patres haud minus quã ꝓ Coriolano annixi eſſent & patris Agrippæ fauor haud dum exoleuiſſet. In mulcta tẽperarũt tribuni: cũ capitis anqſiſſent: duo milia æris dãnato mulctã edixerũt: ea in caput uertit: negant tuliſſet ignominiã ægritudinẽqꝫ: inde morbo abſumptũ eẽ: ali° inde reus. SP. Seruili° ut cõſulatu abiit Gaio Nautio & publio Valerio conſulibus initio ſtatim anni ab L. Cæditio &. T. Statio tribunis die dicta: nõ ut Menenius p̄cibus ſuis aut patrũ: ſed cũ multa fiducia ĩnocentiæ gr̃aqꝫ tribinitios ĩpetus tulit: & huic p̄liũ cũ tuſcis ad ianiculũ erat crimini: ſed feruidi animi uir ut in publico periculo ante: ſic tũ in ſuo nõ tribunos mõ ſed plebẽ orõne feroci refutando, exprobrãdoqꝫ. T. Menenii dãnationẽ: mortẽqꝫ: cuius patris munere reſtituta quõdã plebs: eos ipſos: quibus cum ſæuiret magiſtratus eas leges hr̃et: piculũ audacia diſcuſſit: iuuit & Verginius collega teſtis productus p̄ticipãdo laudes magis tamẽ menenianũ: adeo mutauerant aĩum: ꝓfuit iudiciũ: Certamina domi finita: ueiens bellum exortũ: qbus ſabini arma cõiũxerant. P. Valerius cõſul: accitis latinoꝝqꝫ auxiliis: cum exercitu Veios miſſus: caſtra ſabina: quæ pro mœnibus ſocioꝝ locata erant confeſtim aggredit̃: tãtãqꝫ trepidationẽ iniecit ut dum diſpſi alii: alii manipulatĩ excurrũt ad arcẽdã hoſtiũ uim: ea porta: ubi ſignũ intulerat caperet̃: ĩtrauallũ deinde cædes magis q̃ p̄liũ eẽ tumultus e caſtris in urbẽ penetrat tanq̃ Veiis captis ita pauidi ueiẽtes

ad arma currunt:pars ſabinis eunt ſubſidio:pars romanos toto ĩpetu intẽtos ĩ caſtra adoriunt̃: pauliſper
auerſi turbatiqꝫ ſunt:deinde & ipſi utroqꝫ uerſi ſignis reſiſtũt:& eques ab cõſule immiſſus tuſcos fundit fu
gatqꝫ eadẽqꝫ hora duo exercitus:duæqꝫ potẽtiſſimæ & finitimæ gẽtes ſuperatæ ſunt. Dum hæc ad Veios
gerunt̃:uolſci equiqꝫ in latino agro poſuerat caſtra populatiqꝫ fines erant eos:per ſe ipſi latini aſſũptis her
nicis ſine romano aut duce aut auxilio caſtris exuerunt:ingenti p̄da p̄ter ſuas recuperatas res potiti ſunt:
miſſus tamẽ ab roma cõſul in uolſcos. C. Nautius. mos:credo:nõ placebat ſine romano duce exercituqꝫ
ꝓpriis ſocios uiribus cõſiliiſqꝫ bella gerere nullũ genus calamitatis cõtumeliæqꝫ nõ æditũ in uolſcos ẽ:nec
tamẽ perlici potuere:ut acie dimicarent. L. Furius inde &. C. Manilius conſules Manilio Veientes ꝓuin
cia euenit:nõ tamẽ bellatũ induciæ in annos. xl. petentibus datæ frumẽto ſtipendioqꝫ imperato. Paci ex
ternæ confeſtim cõtinuatur diſcordia domi:agrariæ legis tribunitiis ſtimulis plebs furebat:conſules nihil
Menenii dãnatione:nihil periculo deterriti Seruilii ſumma ui reſiſtunt:abeũtes magiſtratu conſules Genu
tius tribunus plebis arripuit. L. Aemilius & Opiter Verginius cõſulatũ ineunt. Vopiſcũ Iulium ꝓ Vergi
nio in qbuſdam annalibus cõſulẽ inuenio. Hoc anno quoſcũqꝫ cõſules habuit:rei ad populũ Furiꝰ & Ma
nilius:circũeant ſordidati nõ plebũ magis:quã iuniores patrũ:ſuadent:monẽt:honoribus & adminiſtra
tione reipu. abſtineãt:cõſulares uero faſces:p̄textã:curulẽqꝫ ſellã:nihil aliud quã pompã funeris putẽt:cla
ris inſignibus uelut infulis uelatos ad mortẽ deſtinari:ꝙ ſi cõſulatus tanta dulcedo ſit, iã nunc ita in ani
mũ inducãt:conſulatũ captũ & oppreſſum ab tribunitia ptãte eẽ:cõſuli uelut apparitori tribunitio oĩa ad
nutũ impiũqꝫ tribuni agẽda eẽ:ſi ſe cõmouerit:ſi reſpexerit p̄res:ſi aliud:ꝙ plebẽ eẽ in rep. crediderit:exiliũ
Gn. Martii:Menenii dãnationẽ:& mortẽ ſibi ꝓponant ante oculos. His accenſi uocibus p̄res cõſilia inde
nõ publica:ſed in priuato:ſeductaqꝫ a pluriũ cõſcientia habuere:ubi cũ id mõ conſtaret iure an iniuria eri
piendos eſſe reos:atrociſſima quæqꝫ maxime placebat ſñia:nec auctor q̃uis audaci facinori deerat. Igit̃ iu
dicii die cũ pleps in foro erecta expectatione ſtaret mirari primo ꝙ nõ deſcẽderet tribunus:deinde cũ iam
mora ſuſpectior fieret:deterritũ a primatibus credere & deſertã ac ꝓditã publicã cãm q̃ri:tandẽ:q obſerua
ti ueſtibulo tribuni fuerant:nũciant domi mortuũ inuentũ:ꝙ ubi ĩ totã cõcionẽ ꝑtulit rumor:ſicut acies
fundit̃ duce occiſo:ita dilapſi paſſim alii alio:p̄cipuus pauor tribunos inuaſerat : quã nihil auxilii ſacra
tæ leges haberent morte collegæ monitos. Nec ſatis p̄res moderate ferre lætiϲiã:adeoqꝫ neminẽ noxæ pœ
nitebat:ut ẽt ĩſontes feciſſe uideri uellent:palãqꝫ ferret̃ malo domandã tribunitiã ptãtem. Sub hac peſſimi
exẽpli uictoria delectus edicit̃:pauentibuſqꝫ tribunis ſine interceſſione ulla cõſules rẽ peragũt. Tum uero
iraſci plebs tribunorũ magis ſilẽtio:quã cõſulũ imperio:& dicere actũ eſſe de libertate ſua: rurſus ad anti
qua reditũ:cũ Genutio una mortuã ac ſepultã tribunitiã ptãtem:aliud agendũ ac cogitãdum qũo reſiſtat̃
p̄ribus:id hoc unũ cõſiliũ eẽ:ut ſe ipſa plebs qñ aliud nihil auxiliũ habeat:defendat:quattuor & uiginti li
ctores apparere cõſulibus:eos ipſos plebis hoĩes nihil contẽptius neqꝫ infirmius:ſi ſint:q cõtẽnãt: ſibi quẽ
qꝫ ea magna atqꝫ horrẽda facere. His uocibus alii alios cũ incitaſſent ad Voleronem Publiũ de plebe homi
nẽ:qa ꝙ ordines duxiſſet:negaret ſe militẽ fieri debere:lictor miſſus eſt a cõſulibus. Voleroꝰ appellat tri
bunos:cũ auxilio nemo eẽt:cõſules ſpoliari hoĩem:& uirgas expediri iubent ꝓuoco inqt ad populũ Vo
lero:qm̃ tribuni ciuẽ Roma. in cõſpectu ſuo uirgis cædi malunt:quam ipſi ĩ lecto ſuo a uobis trucidari:
quo ferocius clamitabat:eo infeſtius circũſcindere & ſpoliare lictor:tum Volero & præualẽs ipſe & adiu
uantibus aduocatis:repulſo lictore:ubi indignantiũ ꝓ ſe acerrimus erat clamor: eo ſe in turbã confertiſſi
mã recipit:clamitãs ꝓuoco & fidẽ plebis ĩploro:adeſte ciues adeſte cõmilitones:nihil eſt quod expectetis
tribunos:qbus ipſis ueſtro auxilio opus eſt. Cõcitati hoĩes ueluti ad p̄liũ ſe expediunt apparebatqꝫ omne
diſcrimẽ adeſſe:nihil quã ſanctũ nõ publici fore:nõ priuati iuris:Huic tantæ tẽpeſtati cũ ſe cõſules obtuliſ
ſent:facile experti ſunt parũ tutã maieſtatẽ ſine uiribus eẽ: uiolatis lictoribus:faſcibus fractis:e foro ĩ cu
riam cõpellunt̃ incerti quatenus Volero exerceret uictoriã. Conticeſcẽte deinde tumultu:cũ ſenatũ uocari
iuſſiſſent querunt̃ iniurias ſuas:uim plebis: Voleronis audaciã: Multis ferociter dictis ſentẽtiis uicere ſe
niores:quibus ira patrũ aduerſus temeritatẽ plebis certari nõ placuit. Voleronẽ amplexa plebs proximis
comitiis tribunũ creat in eũ annũ:q. L. Pinariũ. P. Furiũ cõſules habuit cõtraqꝫ hoĩum opinionẽ:q eũ ue
xandis prioris anni cõſulibus adminiſtraturũ tribunatũ credebant:poſt publicã cãm priuato dolore habi
to:ne uerbo quidẽ uiolatis cõſulibus rogationẽ tulit ad populum:ut plebei magiſtratus tributis comitiis
fierent. Haud parua res ſub titulo prima ſpecie minime atroci ferebatur:ſed quæ patriciis omnẽ poteſtatẽ
per clientiũ ſuffragia creãdi:quos uellẽt:tribunos auferret. Huic actioni gratiſſimæ plebi cũ ſumma ui re
ſiſterent patres:nec quæ una uis ad reſiſtendum erat:ut intercederet aliquis ex collegio:auctoritate aut con
ſulum:aut p̄cipũ adduci poſſet:res tamẽ ſuo ipſa molimine grauis certaminibus in annũ extrahit̃. Plebs
Voleronem tribunũ reficit:patres ad ultimũ dimicationis rati rem uenturã. Ap. Claudiũ. Appii filium
iam inde a paternis certaminibus inuiſum infeſtũqꝫ plebi cõſulẽ faciunt:collega ei Quintius dat̃. Princi
pio ſtatim anni nihil prius:quã de lege agebat̃:ſed ut inuentor legis Volero:ſic Lectorius collega eius au
ctor tũ recẽtior tũ acrior erat:ferocẽ faciebat belli gloria ingẽs:ꝙ ætatis eiꝰ haud qſquã manu promptior
erat:is cũ Volero nihil p̄terq̃ de lege loqueret̃:inſectatiõe abſiſtens conſulũ in accuſationẽ Appii:familiæqꝫ
ſuperbiſſimæ ac crudeliſſimæ in plebẽ romanã exorſus:cũ a patribus nõ cõſulem:ſed carnificẽ ad uexan
dam & lacerandã plebẽ creatũ eſſet cõtẽderet:rudis ĩ militari hoĩe linguã nõ ſuppetebat libertati animoqꝫ.
Itaqꝫ deficiente orõne quãdoquidẽ nõ facile loquor ĩquit: quirites:quã ꝙ locutus ſum: Præſto craſtina
die adeſte:aut hic ego in cõſpectu uro moriar: aut perferã legẽ. Occupant tribuni tẽplum poſtero die:con

Sabini & Veientes uincũtur

L. Furius G. Manilius cõſul

L. Aemilius Opiter Verginius

Genutiis tribuni Pleb. domi occiſus

Volero

Violãtur littores faſces frangũtur pelluntur in curia conſules.

L. Pinariuſ. P. Furiꝰ cõſul.

Ap. claudius Quintiꝰ conſul.

Atſ certamen inter plebē & patres Viator lictor

ſules nobilitaſqꝫ ad impediendā legē in cōcione conſiſtunt: ſummoueri Lectorius iubet: ꝑterq̄ q ſuffragi-
um ineant: adoleſcentes nobiles ſtabāt nihil cedētes uiatori: tum ex his ꝓhendi quoſdā Lectorius iubet: cō
ſul Appius negare ius eē tribuno in quēq̄ niſi in plebiū: nō enim populi: ſed plebis eū magiſtratū eſſe: nec
illum ipſm ſummouere ꝓ īperio poſſe more maioꝝ: qa ita dicat: ſi uobis uidet: diſcedite quirites. Facile
& contēptim de iure diſſerēdo perturbare Lectoriū poterat: ardens igitur ira tribunus uiatorē mittit ad cō
ſulē: cōſul lictorē ad tribunū: priuatū eſſe clamitās ſine īperio: ſine magiſtratu: uiolatuſqꝫ eēt tribunus: ni
concio oīs atrox coorta ꝓ tribuno in cōſulē eēt: & cōcurſus hoīum in forū ex tota urbe concitatæ multitu
dinis fieret: ſuſtinebat tamē Appius pertinacia tantā tēpeſtatē: certatūqꝫ haud incruēto ꝓlio foret: ni Quin
tius conſul alter cōſularibus negocio dato ut collegā ui: ſi aliter nō poſſent: de foro abducerēt: ipſe nunc ple
bem ſæuientē ꝓcibus lenire: nūc orare tribunos: ut cōciliū dimitterent: darent iræ ſpaciū: num uim ſuā illis
tp̄s adepturū: ſed cōſiliū uiribus additꝰꝝ: & p̄res in populi: & conſulē in ꝓatrū fore ptāte. Aegre ſedata ab
Quintio plebs: multo ægrius cōſul altera a patribus. Dimiſſo tādē cōcilio plebis: ſenatū conſules habent:
ubi cū timor atqꝫ ira inuicē ſententias uariaſſent: quo magis ſpatio interpoſito ab īpetu ad cōſultandū ad-
uocabant: eo plus abhorrebant a certatiōe animi: adeo ut Quintio grās agerent: qd eius opa mīgrata diſ
cordia eēt: ab Appio petit: ut tantā conſularē maieſtatē eē uellet: q̄ta in cōcordi ciuitate eē poſſet: dū tribu-
ni & cōſules ad ſe qſqꝫ oīa trahant: nihil relictū eſſe uiriū in medio: diſtractā laceratāqꝫ rēp. per magiſtratꝰ
quoꝝ in manu ſit: quā ut incolumis ſit q̄ri. Appius cōtra: teſtari deos atqꝫ hoīes: remp. ꝓdi ꝑ metū ac de-
ſeri nō conſulē ſenatui: ſed ſenatū conſuli deeſſe: grauiores accipi leges: quā in ſacro mōte acceptæ ſint: uictꝰ

Lex de tributis comitiis perfertur

tamen patrū cōſenſu q̄euit: lex ſilentio ꝑfert. Tum primū tributis comitiis creati tribuni ſunt: numero etiā
addito: tres ꝑinde ac duo antea fuerint: Piſo auctor ē: nominat quoqꝫ tribunos Gn. Siccium. L. Numito
rium. M. Duelliū. SP. Illicium. L. Meciliū Volſcum: Equicūqꝫ inter ſeditionē romanā eſt bellū coortū: ua
ſtauerant agros ut ſi qua ſeceſſio plebis fieret: ad ſe receptū haberent: cōpoſitis deinde rebus caſtra retro mo
uere. Ap. Claudius in uolſcos miſſus: Quintio eq ꝓuincia euenit. Eadē in militia ſæuitia Appii: q̄ domi
eſſe: eo liberior: quod ſine tribunitiis uinculis erat: odiſſe plebē pluſquā paterno odio: qd ſe uictū uidebat
ab ea: ſe unico cōſule obiecto aduerſus tribunitiā poteſtatē: perlatū legē eſſe: quam minore conatu nequa-
quā tanta patrū ſpe priores impedierāt conſules. Hæc ira indignatioqꝫ ferocē animū ad uexandū ſæuo im-

Atſ militū contumaciā in cōſulē. Iā tertio ducāt a liuio aliter ſupra traditum

perio exercitū ſtimulabat: nec ulla ui donari poterat: tantū certamē animis imbiberat: ſegniter ocioſe negli
genter cōtumaciter oīa agere: nec pudor: nec metus coercebat: ſi citius agi uellet agmen: tardius ſedulo īce-
dere: ſi adortator operis adeſſet: oēs ſua ſponte motā remittere induſtriam: præſenti uultus dimittere tacite
prætereūtem execrari: ut inuictus ille odio plebeio animus interdū moueret: omni nequicquā acerbitate
prompta nihil iam cū militibus agere: a centurionibus corruptū exercitum dicere: tribunos plebeios cauil
lans: interdū & Volerones uocare. Nihil eorū uolſci neſciebant: inſtabantqꝫ eo magis ſperantes idem certa-
men animorū aduerſus Appium habiturū exercitū romanū: quod aduerſus Fabium cōſulem habuiſſet:
Cæterū multo Appio: quam Fabio uiolētior fuit: nō enim uincere tm̄ noluit ut fabianus: ſed uinci uoluit
ꝓductus in aciē turpi fuga petit caſtra: nec ante reſtitit: quā ſigna īferentē uolſcum munimentis uidit: fœ-
damqꝫ extremi agminis cædē: tum expreſſa uis ad pugnādū ut uictor iam a uallo ſummoueret hoſtis: ſa-
tis tm̄ appareret: capi tantū caſtra militē romanū noluiſſe: alii gaudere ſua clade atqꝫ ignominia. Quibus
nihil infractus ferox Appii aīus: cū inſuper ſcæuire uellet: cōcionēqꝫ aduocaret cōcurrunt ad eum legati tri
buniqꝫ monētes: ne utiqꝫ experiri uelle imperiū cuius uis oīs in cōſenſu obedientiū eſſet: negare milites uul
go ſe ad concionē ituros: paſſimqꝫ exaudiri uoces poſtulantiū ut caſtra ex uolſco agro moueantur: hoſtē
uictorem paulo ante ꝓpe in portis ac uallo fuiſſe: ingentiſqꝫ mali nō ſuſpitionē mō: ſed apertā ſpeciē ob-
uerſari ante oculos: Victus tandē quādoqdē nihil ꝑter tp̄s noxæ lucraretur: remiſſa cōcione iter in īſequē-
tem diē ꝓnunciari cū iuſiſſet: prima luce claſſico ſignū ꝓfectionis dedit. Cū maxime agmē e caſtris expli-
caretur: uolſci: ut eodē ſigno excitati: nouiſſimos adoriunt: a qbus perlatus ad primos tumultus eo pauo
re ſignaqꝫ: & ordines turbauit: ut neqꝫ īperia exaudiri: neqꝫ inſtrui acies poſſet: nemo ullius niſi fugæ me-
mor: ita effuſo agmine per ſtragē corporū armorūqꝫ euaſere: ut prius hoſtis deſiſteret ſeq: quā romanus
fugere. Tandem collectis ex diſſipato curſu militibus: conſul cū reuocando nequicq̄ ſuos perſecutus eſſet
in pacato agro caſtra poſuit: aduocataqꝫ cōcione inuectus haud falſo in ꝓditorē exercitū militaris diſcipli
næ deſertorē ſignorum: ubi ſigna ubi arma eſſent ſingulos rogitans: inermes milites: ſigno amiſſo ſignife
ros: ad hoc cēturiōes dupliciarioſqꝫ: q reliquerant ordines: uirgis cæſos ſecuri percuſſit. cætera multitudo

Atſ appii aīaduerſioné & ī ſuos

ſorte decimus quiſqꝫ ad ſupplicium lecti. Contra ea in equis inter conſulem ac militem comitate ac bene-
ficiis certatum eſt: & natura Quintius erat lenior: & ſæuitia infœlix collegæ: quo is magis gauderet inge-
nio ſuo: effecerat. Huic tantæ concordiæ ducis exercituſqꝫ non auſi offerre ſe equi: uagari pupulabundum
hoſtem per agros paſſi nec ullo ante bello latius inde actæ prædæ omnis militi data eſt: addebantur &
laudes quibus haud minus quam præmio gaudent militum animi: Tum duci tum propter ducem patri
bus quoqꝫ placatior exercitus rediit ſibi parentem: alteri exercitui dominum datum ab ſenatu memorās

L. Valerius & . T. Aemilius conſul.

Variatum fortuna belli atroci diſcordia domi foriſqꝫ annum exactum inſignem maxime comitia tribu-
nitia efficiunt: res maior uictoria ſuſcepti certaminis: quam uſu plus enim dignitatis comitiis ipſis detra-
ctum eſt patribus ex conſilio ſummouendis: quam uirium aut plebi additum aut demptum patribus.

Turbulentior inde annus excœpit. L. Valerio. T. Aemylio cōſulibus: tum ꝓpter certamina ordinū de
lege agraria: tum ꝑꝑ iudicium Ap. Claudii: cui acerrimo aduerſario legis: cauſamqꝫ poſſeſſorum publici

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*Atẽ. A. Claudii rei contumacis ſpiritus*

*Eiuſdem mors*

agri tanq̃ tertio cõſuli ſuſtinenti. M. Duellius & Gn. Siccius diem dixere nunquam ante tam inuiſus plebi reus ad iudicium uocatus populi eſt: plenus ſuarum plenus paternarũ iraꝝ: patres quoq; nõ temere ꝓ ullo æque annixi ſunt: ꝓpugnatorẽ ſenat⁹ maieſtatiſq; uindicẽ: ſuæ: ad oẽs tribunitios plebeioſq; oppoſitũ tumultus: modũ dũtaxat in certamine egreſſũ obiici iratæ plæbi. Vnus e patribus ipſe Appius claudi⁹ & tribunos: & plebẽ: & ſuum iudiciũ ꝓ nihilo habebat: illũ nõ minæ plebis: nõ ſenatus ꝑces perpellere unq̃ potuere: nõ modo ut ueſtẽ mutaret: aut ſupplex ꝑhenſaret hoĩes ſed ne ut ex cõſueta qdẽ aſperitate orationis: cũ ad populũ agenda cã eſſet: aliqd leniret atq; ſummitteret: idẽ habitus oris: eadẽ cõtumacia in uultu: idẽ in oratione ſpiritus erat, adeo ut magna pars plebis Appium nõ minus reũ timeret: quã cõſulẽ timuerat: ſemel cauſam dixit: quo ſemꝑ agere oĩa ſolitus erat accuſatorio ſpiritu: adeoq; cõſtãtia ſua & tribunos obſtupefecit & plebẽ ut diẽ ipſi ſua uoluntate ꝓducerent: trahi deinde rem ſinerent: haud ita multũ interim tẽporis fuit: ante tamẽ: quã prædicta dies ueniret: morbo moritur, cuius cũ laudationẽ tribuni plebis ĩpedire conarentur: plebs fraudari ſolẽni honore ſupremũ diem tanti uiri noluit: & laudationem tam æquis auribus mortui audiuit: quã uiui accuſationẽ audierat: & exequias frequẽs celebrauit.

*Plebei ſtudii uariatio*

Eodẽ anno Valerius conſul cũ exercitu in equos ꝓfectus: cum hoſtẽ ad præliũ elicere nõ poſſet: caſtra oppugnare eſt adort⁹ prohibuit fœda tempeſtas cũ grandine ac tonitribus cælo deiecta: admirationẽ: deinde auſit ſigno receptui dato: adeo trãquilla ſerenitas reddita: ut uelut numine aliquo defenſa caſtra: oppugnare iterũ religio fuerit: omnis ira belli ad populationẽ agri uertitur. Alter cõſul Aemylius in ſabinis bellum geſſit: & ibi: quia hoſtis mœnibus ſe tenebat: uaſtati agri ſunt. Incendiis deinde nõ uillarũ modo: ſed etiam uicorũ: quibus frequenter habitabatur: ſabini exciti: cũ prædatoribus occurriſſent ancipiti ꝓlio digreſſi. Poſtero die retulere caſtra in tutiora loca: id ſatis cõſuli uiſum cũ ꝓ uicto relinqueret hoſtem integro inde decedẽs bello.

*T. Nũitius Priſc⁹ A. Verginius coſ.*

Inter hæc bella manente diſcordia domi, T. Numitius Priſcus, A. Verginius cõſules facti. Nõ ultra uidebatur latura plebs dilationẽ agrariæ legis ultimaq; uis parabatur: cũ uolſcos adeſſe fumo ex incendiis uillarũ fugaq; agreſtiũ cognitũ eſt: ea res maturã iam ſeditionem ac prope erumpentẽ oppreſſit. Conſules coacti extemplo ab ſenatu ad bellum educta ex urbe iuuentute: tranquilliorẽ cæterã plebem fecerunt: & hoſtes quidem nihil aliud: q̃ perfuſis uano timore romanis citato agmine abeunt. Numitius Antium aduerſus uolſcos: Verginius cõtra equos profectus: ibi ex inſidiis ꝓpe magna accepta clade: uirtus militũ rem ꝑlapſam negligentia conſulis reſtituit. Melius in uolſcis imperatũ eſt: fuſi primo ꝓlio hoſtes: & in urbẽ antiũ: ut tũ res erant opulentiſſimã acti: quã cõſul oppugnare nõ auſus. Cenonẽ aliud oppidũ nequaq̃ tã opulẽtũ ab antiatibus cepit. Dum equi uolſciq; romanos exercitus tenent: ſabini uſq; ad portas urbis populantes inceſſere: deinde ipſi paucis poſt diebus a duobus exercitibus: utroq; ꝑ irã cõſule ingreſſo in fines: plus cladiũ q̃ intulerant: acceperũt. Extremo anno pacis aliquid fuit: ſed ut ſemꝑ alias ſollicitæ pacis certamine patrũ: & plebis: irata plebs intereſſe conſularibus comitiis noluit ꝑ patres clientesq; patrũ cõſules creati.

*P. Quintius Quintius Seruilius conſul.*

P. Quintius & Quintius Seruili⁹: ſimilẽ annũ priori cõſules habent: ſeditioſa initia bello deinde externo trãquilla. Sabini cruſtuminos campos citato agmine tranſgreſſi: cũ cedes & incẽdium circũ Anienẽ flumẽ feciſſent: a porta ꝓpe collina mœnibuſq; pulſi: ingẽtes tamẽ ꝓdas hoĩum pecudumq; egere: quos Seruilius conſul infeſto exercitu inſecutus: ipſum qdem agmẽ adipiſci æquis locis nõ potuit: populationẽ adeo effuſa fecit ut nihil bello intactum relinqueret: multipliciq; capta ꝓda rediret. Et in Volſcis reſpublica ægregie geſta: tũ ducis: tum militũ opera primũ æquo cãpo ſignis collatis pugnatũ: ingẽti cæde utrinq; plurimo ſanguine: & romani quia paucitas dãno ſentiendo ꝓprior erat gradũ rettuliſſent ni ſalubri mẽdacio cõſul fugere hoſtes a cornu altero clamitãs cõcitaſſet aciẽ: impetu facto: dum ſe putant uinci: uicere. Conſul metuẽs ne nimis inſtando renouaret certamẽ: ſignũ receptui dedit. Interceſſere pauci dies uelut tacitis ĩduciis utrinq; qete ſumpta: ꝑ quos ingens uis hoĩum ex oĩbus uolſcis: equiſq; populis in caſtra uenit: haud dubitãs: ſi ſenſerint romanos nocte abituros: itaq; tertia fere uigilia ad caſtra oppugnãda ueniũt.

*Quintii ſtratagema conſ.*

Quinti⁹ ſedato tumultu: quẽ terror ſubitus exciuerat: cũ manere ĩ tentoriis qetum militẽ iuſſiſſet: hernicoꝝ cohortẽ ĩ ſtationem educit cornicines tibicineſq; ĩ equos ĩpoſitos canere añ uallũ iubet: ſollicitũq; hoſtẽ ad lucẽ tenere: reliquũ noctis adeo tranqlla oĩa in caſtris fuere: ut ſõni quoq; romanis copia eẽt. Volſcos ſpẽs armatoꝝ peditum quos & plures eẽ: & romanos putabãt: fremitus hinnituſq; equoꝝ: q inſueto ſedẽte eqte: & ĩſuꝑ aures agitãte ſonitu ſæuiebã: intẽtos uelut ad ĩpetũ hoſtium tenuit: Vbi illuxit romanus integer: ſatiatuſq; ſõno: ꝓductus ĩ aciẽ feſſum ſtãdo & uigiliis uolſcũ primo ĩpetu ꝑculit q̃q̃ ceſſere magis: q̃ pulſi hoſtes ſunt qa a tergo erãt cliui: in quos poſt prĩcipia integris ordinibus tutus receptus fuit.

*Atẽ. ro. miſerociam*

Cõſul ubi ad iniquũ locum uentũ eſt: ſiſtit aciẽ miles ægre teneri: clamare & poſcere ut ꝑculſis inſtare liceat: ferocius agũt equites circũfuſi ducib⁹: uociferantʳ ſe ante ſigna ituros: Dũ cũctatʳ cõſul uirtute militũ fretus: loco paꝝ fidẽs cõclamat ſe ituros: clamoreq; res eſt ſecuta: fixis in terrã pilis: quo leuiores ardua euaderẽt: curſu ſubeũt: uolſcus effuſis ad primũ ĩpetũ miſſilibus telis: ſaxa obiacentia pedibus ĩgerit in ſubeuntes turbatoſq; ictib⁹ crebris urget ex ſuperiore loco. ſic ꝓpe oneratũ eſt ſiniſtrũ romanis cornu: ni referentibus gradũ cõſul increpando ſimul temeritatẽ: ſimul ignauiã: pudore motũ excuſſiſſet: reſtituere primo obſtinatis aĩs: deinde ut obtinentes locũ uires ferebãt: audẽt ultro gradũ ĩferre: & clamore renouato cõmouent aciẽ: tũ rurſus ĩpetu capto enituntʳ: atq; exuperant iniqtatẽ loci: iã ꝓpe erat: ut in ſummũ cliui iugũ euaderẽt: cum terga hoſtes dedere effuſoq; curſu pene agmine uno fugientes ſequẽteſq; caſtris incidere: in eo pauore caſtra capiuntur: q uolſcoꝝ effugere potuerunt. Antium petunt Antiũ & romanus exercitus ductus: paucos circũſeſſum dies deditur nulla oppugnantium ui noua: ſed quod iam inde ab infelici pugna caſtris amiſſis ceciderant animi.

*Antiũ capitur a roma.*

T.Aemy lius
Quintiꝰ Fabius conſul.

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI AB VRBE CONDITA LIBER TERTIVS.

ANTIO CAPTO.T.Aemylius:& Quintius Fabius cõſules fiunt:hic erant Fa
bius Quintius:qui unus extinctæ ad cremerá genti ſupfuerat.Iam priore cõſu
latu Aemylius dandi agri plebi fuerat auctor:itaq̃ ſecũdo quoq̃ cõſulatu eiꝰ &
agrarii ſe in ſpem legis erexerant:& tribuni rẽ cõtra conſules ſæpe tẽptatam adiu
tore utiq̃ cõſule obtineri poſſe rati ſuſcipiunt:& cõſul manebat in ſnĩa ſua.Poſ
ſeſſores & magna pars patrũ tribunitiis ſe iactare actiõibus principẽ ciuitatis:&

Coloni Antium miſſi

largiendo de alieno popularẽ fieri q̃rentes:totius inuidiá rei a tribunis in cõſulẽ
auerterát:Atrox certamẽ aderat:ni Fabiꝰ cõſilio neutri partium acerbo rem expe
diſſet.L.Quintii.ductu & auſpicio agri capti priore ãno aliquátulum a uolſcis
eſſe:Antium propinquã opportunã:& maritimã urbẽ coloniam reduci poſſe:ita ſine querelis poſſeſſoꝝ
plebem in agros ituram:ciuitatẽ in cõcordia fore.Hæc ſententia accepta eſt:triumuiros agro dando creat.
T.Quintium.A.Verginium.P.Furium:iuſſi nomina dare:qui agrũ accipere uellent.Fecit ſtatim:ut fit:

Quin. Seruius Sp.poſthumius conſul.

faſtidium copia:adeoq̃ pauci nomina dedere:ut ad explendũ numerum coloni uolſci adderẽtur:cætera
multitudo poſcere Romæ agrũ malle:quã alibi accipere Equi a Quintio Fabio:is eo cũ exercitu uenerat:
pacem petiere:irritáq̃ eam ipſi ſubita incurſione in agrũ latinum fecere.Q.Seruilius in ſequẽti anno:(is
enim cũ.SP.Poſthumio cõſul fuit)in equos miſſus:in latino agro ſtatiua habuit:quies neceſſaria morbo
implicitũ exercitũ tenuit.Extractum in tertiũ annũ bellũ eſt.Q.Fabio:&.T.Quintio cõſulibus:Fabio

Quin. Fabius T.Quintius

extra ordinẽ:qa is uictor pacẽ eqs dederat:ea ꝓuincia data q haud dubia ſpe ꝑfectus famá noĩs ſui paca
turá equos legatos in cõciliũ gentis miſſos nunciare iuſſit.Q.Fabiũ conſulẽ dicere ſe ex eqs romá pacem
tuliſſe:ab Roma eqs bellũ afferre eadẽ dextra armata:quá pacatá illis antea dederat:quorũ id piurio & per
fidia fiat deos nunc teſtes eẽ:mox fore ultores:ſe tañ:utcunq̃ ſit:ẽt nunc pœnitere ſua ſpõte equos:q̃ pati
hoſtilia malle:ſi pœniteat tutũ receptũ ad expertá clæmẽtiá fore:ſin periurio gaudeam diis magis iratis:
q̃ hoſtibus geſturos bellũ:hæc dicta adeo nihil mouerunt:queq̃ ut legati prope uiolati ſint:exercituſq̃ in

Vincunt̃ in algido equi

Algidum aduerſus romanos miſſus:Quæ ubi romá ſunt nũciata:indignitas rei magis q̃ periculũ conſulẽ
quēque ducere foſſam: & iacere uallum. Aedito imperio ſignum ſecutum eſt: iuſſa miles exequitur cla-
mor hoſtes circunſonat: ſuperat inde caſtra hoſtium: & in caſtra cōſulis uenit: alibi pauorem alibi gaudi-
um ingens facit. Romani ciuilem eſſe clamorem atq; auxilium adeſſe inter ſe gratulantes: ultro ex ſtationi

Idē tribuni Pl. q̃eto reficiūtur cenſa ro. cxxxii millia ciuiū. cccxix. L. minuti⁹. L. Nauti⁹ cōſul

Equitum bellum

Sabinoꝝ incurſus

Minuti⁹ Cōſul cū exercitu ab equis obſidetur

Quintius agreſti opi intentus dictator ſalutatur.

L. Tarquinius magiſter equitum

Att hortationes ī qntiano exercitu

bus ac uigiliis territant hoſtem:cõſul differendum negat:illo clamore nõ aduentũ modo ſignificari: ſed rẽ
ad ſuis cœptá,mirumq; eſſe:ni iam exteriori parte caſtra hoſtium oppugnentur:itaq; arma ſuos capere:
& ſe ſubſequi iubet. Nocte initũ prœliũ eſt:legionibus dictatoris clamore ſignificantibus ab ea quoq; par
te rem in diſcrimine eſſe. Iam ſe ad prohibenda circundari opera equi parabát:cũ ab interiore hoſſe prælio
cœpto:ne p media ſua caſtra fieret eruptio:a munientibus ad pugnátes introrſum uerſi uacuam noctẽ ope
ri dedere:pugnatumq; cũ conſule ad lucem eſt:luce prima iá circũuallati ab dictatore erant:& uix aduerſũ
unum exercitiũ pugnam ſuſtinebant:tum a quintiano exercitu:qui confeſtim a perfecto opere ad arma re-

Fit ex caſtris erupto

diit:inuaditur uallum:hic inſtabat noua pugna:illa nihil remiſerat prior:tum ancipiti malo urgente a p̃-
lio ad præces uerſi:hinc dictatorem:hinc conſulem orare: ne in occidione uictoriam ponerent:ut inermes
ſe inde abire ſinerent. Ab conſule ad dictatorẽ ire iuſſis ignominiam incenſus addidit Gracchum Chlodiũ

Quibus cõditionibus ſint eq ex algido miſſi Iugi forma eq iugo a rõanis ſubiiciuntur

ducem principeſq; alios uictos ad ſe adduci iubet:oppido Corbione decedi:ſanguinis ſe equorũ non ege-
re:licere abire:ſed ut exprimatur tandẽ confeſſio ſubactam domitamq; eſſe gentem ſub iugum habituros.
Tribus haſtis iugũ fit:humi fixis duabus ſuperq; eas una tráſuerſa deligata:ſub hoc iugo dictator equos
miſit. Caſtris hoſtium receptis plenis omniũ rerum:nudos.n.emiſerat:prædam omnem ſuo tantum mi-
liti dedit:conſularem exercitũ conſulemq; ipſum increpans:carebis:inquit:prædæ parte miles ex eo hoſte:
cui prope p̃dæ fuiſti:& tu.L.Minuti:donec conſularem aĩum incipias habere:legatus ſis:legionibus præ
eris. Ita ſe Minutius abdicat conſulatu:iuſſuſq; ad exercitũ manet. Sed adeo tum imperio meliori animis
manſuete obediens erat:ut beneficii magis:quam ignominiæ hic exercitus memor:& coronam aureá di-
ctatori libræ pondo decreuerit:& proficiſcentem eũ patronũ ſalutauerit. Romæ a.Qu.Fabio præfecto ur

Quintii triũphus

bis ſenatus habitus triumphátem.Quintium:quo ueniebat agmine:urbẽ ingredi iuſſit:ducti ante currũ
hoſtium duces:militaria ſigna prælata : ſecutus exercitus præda onuſtus epulæ inſtructæ dicuntur fuiſſe
ante oĩum domos:epulanteſq; cũ carmine triumphali:& ſolemnibus iocis comeſſantium modo currum

Dánatur uolſcius

ſecuti ſunt. Eo die.L.Manilio Tuſculano:approbantibus cunctis:ciuitas data eſt:confeſtimq; ſe dictator
magiſtratu abdicaſſet:ni comitia.M.Volſcii falſi teſtis tenuiſſent:ea ne impedirent:tribuni dictatoris ob-

Eretũ unꝰ ſabinorũ

ſtitit metus. Volſcius dánatus Lanuuium exulatum abiit. Quintius ſextodecimo die dictatura in ſex men
ſes accepta ſe abdicauit. Per eos dies conſul Nautius ad Eretũ cũ ſabinis egregie pugnat:ad uaſtatos agros

Fabiꝰ minutii loco in algidũ mittitur

ea quoq; clades acceſſit ſabinis. Minutio Fabius Quintius ſucceſſor in Algidum miſſus. Extremo anno
agitatum de lege ab tribunis ẽ:ſed quia duo exercitus aberant:nequid ferretur ad populum patres tenuere
plebes uicit:ut quinto eoſdem tribunos crearent:Lupos uiſos in capitolio ferunt a canibus fugatos:ob id
prodigium luſtratum capitolium eſſe. Hæc eo anno geſta. Sequuntur conſules Quintius Minutius.M.

Qu.Minutius cõſul.

Horatius Puluillus:cuius initio anni cum foris ocium eſſet:domi ſeditiões idem tribuni eadem lex facie-
bat ulteriuſq; foret uentum:adeo exarſerant animis:ni uelut dedita opera Nocturno impetu equorũ Cor
bione amiſſum præſidium nunciatum eſſet. Senatum conſules uocant:iubentur ſubitariũ ſcribere exercitũ
atq; in Algidum ducere. Inde poſito legis certamine noua de delectu contentio exorta:uincebaturq; conſu
lare imperium tribunitio auxilio:cum alius terror additur ſabinum exercitum prædatum deſcendiſſe in

Decẽ tribũi pleb. creantur

agros Romanos:inde ad urbẽ uenire:is metus perculit:ut ſcribi militẽ tribuni ſinerent non ſine pactione
tamen:ut quoniam ipſi quinquenniũ eluſi eſſent:parumq; id plebi præſidium foret:decem deinde tribu-
ni plebis crearent. Expreſſit hoc neceſſitas patribus:id mõ excepe:ne poſtea eoſdẽ tribunos iuberẽt. Tribu
nitia comitia:ne id quoq; poſt bellum ut cætera uanum eſſet extemplo habita trigeſimo ſexto anno a pri
mis tribunis plebis decem creati ſunt:bini ex ſingulis claſſibus:itaq; cautum eſt:ut poſtea crearentur: De-
lectu deinde habito Minutius contra ſabinos profectus non inuenit hoſtem. Horatius:cum iá equi Cor-
bione interfecto præſidio Hortanam etiam cepiſſent:in Algido pugnat:multos mortale occidit: fugat ho

M.Vale. Sp.Verginius cõſ.

ſtem non ex Algido modo:ſed a Corbione Hortanaq;:Corbionem etiam diruit propter proditum præſi
dium. Deinde.M.Valerius SP.Verginius conſules facti:domi foriſq; ocium fuit:annona propter aqua-
rum intemperiem laboratum eſt. De auentino publicando lata lex eſt. Tribuni plebis iidem refecti. Hi ſe-

T.Romulius G.Veturius cõſ.

quente anno.T.Romulio &.C.Veturio conſulibus legem oĩbus concionibus ſuis celebrát:Pudere ſe nu
meri ſui nequicq̃ aucti:ſi ea res æque ſuo biennio iaceret:ac toto ſuperiore luſtro iacuiſſet. Cum maxime
hæc agerent:trepidi nuncii a Tuſculo ueniunt equos in agro Tuſculo eſſe. Fecit pudorem recens eius po-
puli meritum morandi auxilii ambo conſules cũ exercitu miſſi:hoſtem in ſua ſede in Algido inueniũt:ibi
pugnatum ſupra quatuor millia hoſtium cæſa:alii fugati præda parta ingens eam:p̃p inopiam ærarii cõ-
ſules uendiderunt:inuidiæ tamen ad exercitum fuit:ea deniq; tribunis materiam criminandi ad plebẽ con
ſules præbuit. Ita ergo ut magiſtratu abiere.SP.Tarpeio &.A.Aternio conſulibus:dies dicta Romulio

S.Tarpeius.A. aterinus conſul.

ab.C.Claudio Cicerone tribuno plebis. Veturio ab.L.Halieno ædili plebis:uterq; magna patrum indi-
gnatiõe damnatus. Romulius decẽ millibus æris. Veturius.xii.millibus. Nec hæc priorum calamitas cõ-
ſulum ſegniores nouos fecerat conſules:& ſe damnari poſſe aiebant:& plebem & tribunos legem ferre nõ
poſſe tum abiecta lege:quæ promulgata conſenuerat:tribuni lenius agere cum patribus:finem tandẽ cer-
taminum facerent:ſi plebeiæ leges diſplicerent:at illi cõmuniter legum latores & ex plebe:& ex patribus:q
utriſq; utilia ferrent:quæq; æquandæ libertatis eſſent:ſinerent creari. Rem non aſpernabantur patres: da-
turum legem neminem niſi ex patribus aiebant. Cum de legibus conueniret: de latore tantum diſcrepa-
rent:miſſi legati Athenas Sp.Poſthumius Albus.P.Sulpicius Camerinus.A.Manlius iuſſiq; inclytas le
ges Solonis deſcribere:& aliarũ Græciæ ciuitatum inſtituta:mores iuraq; noſcere. Ab externis bellis quie

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tas annus fuit quietior inſequens. P. Curiatio & Sex. Quintilio conſulibus ꝑpetuo ſilentio tribunorum
qđ primo legatoꝝ: qui Athenas ierant: legumq; peregrinaꝝ expectatio præbuit: deīde duo ſimul mala in
gentia exorta: fames peſtilentiaq; fœda homini: fœda pecori: uaſtati agri ſunt: urbs aſſiduis exhauſta fune
ribus multæ & claræ lugubres dom⁹. Flamen qrinalis Ser. Cornelius mortuus augur. C. Horatius Pul-
uillus in cuius locum. C. Veturium eo cupidius: qa dānatus a plebe erat: augures legere: mortuus conſul
Quintilius: tres tribuni plebis: multiplici clade fœdatus annus: ab hoſte ocium fuit: domi motus orti. Iā
redierant legati cū atticis legibus: eo intentius inſtabant tribuni: ut tandem ſcribendaꝝ legum initiū fieret.
Placet creari decēuiros ſine prouocatiōe: & ne qs eo anno alius magiſtratus eſſet: ne admiſcerent plebei: cō
trouerſia aliq̄diu fuit: poſtremo cōceſſum patribus: modo ne lex acilia de auentino: aliæq; ſacratæ leges ab
rogarent. Anno trigēteſimo altero: quam cōdita Roma erat: iteꝝ mutat forma ciuitatis ab cōſulibus ad
decēuiros: quēadmodum a regibus ante ad cōſules uenerat: Trāſlato imperio minus īſignis: quia nō diu
turna mutatio fuit: læta. n. principia magiſtratus eius nimis luxuriauere: eo citius lapſa res eſt: repetitūq;
duobus uti mandaretur conſulū nomē imperiūq;. Decēuiri creati Ap. Claudius. T. Genutius. P. Seſtius.
L. Veturius. C. Iulius. A. Manlius. P. Sulpitius. P. Curiatius. T. Romulius. Sp. Poſthumius Claudio &
Genutio: q deſignati conſules ī eum annum fuerant: ꝓ honore honor redditus: & Seſtio alteri conſulum
prioris anni: qđ eam rem collega inuito ad patres rettulerat: his ꝓximi legati tres habiti: q Athenas ierāt:
ſimul ut pro legatiōe tam longinqua præmio eſſet honos: ſimul ꝑitos legum peregrinarum ad condenda
noua iura uſui fore credebāt: ſuppleuere cæteri numeꝝ graues quoq; ætate electos nouiſſimis ſuffragiis fe
runt: quo minus ferociter alioꝝ ſcitis aduerſarent. Regimen totius magiſtratus penes Appium erat fauo-
re plebis: adeoq; nouum ſibi īgenium induerat: ut plebicola repēte omniſq; auræ popularis captator eua-
deret pro truci ſæuoq; īſectatore plebis. Decimo die ius populo ſinguli reddebāt: eo die penes præfectū iu
ris faſces duodecim erāt: collegis nouē ſinguli accenſi apparebāt: & unica concordia īter ipſos: q conſenſus
in priuatis interdū īutilis eēt: ſumma aduerſus alios æquitas erat. Moderationis coꝝ argumētū exemplo
unius rei notaſſe ſatis erit: cū ſine prouocatione creati eēnt deſoſſo cadauere domi apud. P. Seſtiū patriciæ
gentis uiꝝ īuento ꝓlatoq; ī cōcionē: ī re iuxta manifeſta atq; atroci. C. Iulius decēuir diē Sextio dixit: &
accuſator ad populum extitit: cuius rei iudex legitimus erat: deceſſitq; iure ſuo: ut dēptū de ui magiſtratus
populi libertati adiiceret. Cum ꝓmptū hoc ius uelut ex oraculo incorruptū pariter ab his ſummi infimi
q; ferrēt tum legibus condēdis opera dabat: ingentiq; hominum expectatōe propoſitis decem tabulis po
pulū ad cōcionem aduocauerunt: & qđ bonum fauſtum felixq; Reipu. ipſis liberiſq; eoꝝ eſſet: ire & lege
re leges ꝓpoſitas iuſſere: ſe q̄tum decem hominum ingeniis prouideri potuerit: oībus ſummis infimiſq;
iura æquaſſe: plus pollere multoꝝ ingenia conſiliaq;: uerſarent in animis ſecum unamquāq; rem: agitarēt
deinde ſermonibus: atq; in medium qd in quaq; re plus minuſue eſſet: conferrent: eas leges habituꝝ Po.
Ro. quas cōſenſus oīum non iuſſiſſe latas magis: quā tuliſſe uideri poſſet. Cū ad rumores hoīum de uno
quoq; legum capite ædito ſatis correctæ uiderent: centuriatis comitiis. x. tabulaꝝ leges perlatæ ſunt: quæ
nunc quoq; in hoc īmenſo aliaꝝ ſuper alias aceruataꝝ legum cumulo: fons oīs publici priuatiq; eſt iuris.
Vulgat deinde rumor duas deeſſe tabulas: qbus adiectis abſolui poſſe uelut corpus oīs romani iuris. Ea
expectatio cum dies comitioꝝ appropinquaret: deſyderium decēuiros iteꝝ creandi fecit. Iam plebs: ꝑterq̄
qđ conſulum nomen haud ſecus quā regum peroſa erat: ne tribunitium qdem auxiliū: decedentibus inui
cem appellatione decēuiris: qrebat. Poſteaq̄ uero comitia decēuiris creandis in trinūdinum indicta ſunt tā
ta exarſit ambitio: ut primores quoq; ciuitatis: metu credo: ne tāti poſſeſſio imperii uacuo ab ſe relicto lo
co haud ſatis dignis pateret: præhenſarent homines: honorem ſumma ope ab ſe impugnatum ab ea plebe
cum qua contenderant: ſuppliciter petentes. Dimiſſa iam in diſcrimen dignitas ea ætate: hiſq; honoribus
actis: ſtimulabat Ap. Claudium: neſcires utrum inter decēuiros: an inter candidatos numerares: propior
interdum petendo: quam gerendo magiſtratui erat: criminari optimates: extollere candidatorum leuiſſi-
mū quenq; humillimūq; ipſe medius inter tribunitios duillos. Iciliosq; in foro uolitare: per illos ſe plebi
uendicare: donec collegæ quoq;: qui unice illi dediti fuerant ad id tēpus: coniecere in eum oculos: miran-
tes qd ſibi uellet: apparere nihil ſyncæri eſſe: profecto haud gratuitam in tanta ſuperbia comitatem fore:
nimium in ordinem ſeipſum cogere: & uulgari cum priuatis nō tam properantis obire magiſtratu: quā
uiam ad continuandum magiſtratum quærētis eſſe. Propalam obuiam ire: cupiditati parum auſi: obſe-
cundando mollire impetum aggrediuntur: comitiorum illi habēdorum quando minimus natu ſit: mu
nus conſenſu iniungunt: ars hæc erat: ne ſemetipſe creare poſſet: qđ præter tribunos plebis & idipſum peſ
ſimo exemplo nemo unquam feciſſet. Ille enim uero: qđ bene uertat: habiturum ſe comitia profeſſus im-
pedimentum pro occaſione arripuit deiectiſq; honore per concionē duobus Quintiis Capitolino & Cin
cinato & patruo ſuo. C. Claudio cōſtantiſſimo uiro in optimatium cauſa & aliis eiuſdem faſtigii ciuibus
nequaquam ſplendore uitæ pares decemuiros creat: ſe in primis: quod haud ſecus factum improbant bo-
ni: quam nemo facere auſurū crediderat. Creati cum eo. M. Cornelius Maluginenſis. M. Sergius Lucius
Minutius. Qu. Fabius Vibulauus. Qu. Petilius. T. Antonius Merenda Ceſo Duillius Sp. Oppius Cor
nicem. Marcus Robuleius. Ille finis alienæ perſonæ ferendæ Appio fuit: ſuo iam inde uiuere ingenio cœ
pit: nouoſq; collegas iam priuſquam iniret magiſtratum: in ſuos mores formare. Quottidie coibant: re-
motis arbitris: inde impotentibus inſtructi conſiliis: quæ ſecreto ab aliis coquebant: iam haud diſſimu-
lando ſuperbiam: rari additus colloquentibus difficiles iam ad idus Maias rem perduxere. Idus tū maiæ

Legati ad ſcribēdas leges athenas mittū tur. P. Curiatius & Sex. q̄ntilius cōſ.

Nouæ adminiſtratiōis rō. Decēuiri ad ſcribendas leges

Accēſi ui & de Tarq̄ lū ī cæſare

X. tabulæ

Ap. claudii ābitus

Decẽuiri ad tyrãni dẽ deſciſcunt

ſolemnes ineundis magiſtratibus erant. Initio igit᷑ magiſtratus primum honoris diẽ denunciatione ingẽ
tis terroris inſignẽ fecere:nã cum ita priores decẽuiri ſeruaſſent:ut unus faſces haberet:& hoc ĩſigne regium
in orbem ſuã cuiuſqꝫ uicem ꝑ oẽs iret: ſubito oẽs cum duodenis faſcibus prodiere:centum uiginti licto
res foꝝ ĩplerant:& cum faſcibus ſecures illigatæ præferebant᷑:nec attinuiſſe demi ſecurim:cum ſine prouo
catione creati eſſent:interpraetabant᷑:decem regum ſpecies erat. Multiplicatus terror nõ infimis:ſolum ſub
primoribus patrũ:ratis cædis cãm ac prĩcipium q̄ri:ut ſi qs memorem libertatis uocem aut in ſenatu aut
in populo miſiſſet:ſtatim uirgæ ſecureſqꝫ ẽt ad cæteroꝝ metum expedirent᷑:nam præterq̃ qd̄ in populo ni
hil erat p̄ſidii ſublata ꝓuocatione:interceſſionẽ quoqꝫ conſenſus ſuſtulerat:cũ priores decẽuiri appellatiõe
collegæ corrigi:reddita ab ſe iura tuliſſent:& q̃dã:q̃ ſui iudicii uideri poſſent:ad populũ reieciſſent. Aliquã
diu æquatus inter oẽs terror fuit:paulatim totus uertere in plebẽ cœpit:abſtinebat᷑ a patribus in humilio
res libidinoſe crudeliterqꝫ conſulebat᷑:hoĩum nõ cauſarum toti erant:ut apud quos gratia uim æqui habe
ret:iudicia domi cõflabant:pronunciabant in foro:ſi qs collegam appellaſſet:ab eo: ad quem uenerat : ita

Attur rumorem

diſcedebat:ut pœniteret nõ prioris decreto ſtetiſſe. Opinio ẽt ſine auctore exierat:nõ in præſentis modo tẽ
poris eos iniuriam cõſpiraſſe:ſed fœdus clandeſtinũ iter ipſos iureiurãdo ictum ne comitia haberẽt : ꝑpe
tuoqꝫ decẽuiratu poſſeſſum ſemel obtinerent ĩperium. Circunſpectare tum patricioꝝ uultus plebii: & ĩde
libertatis captare aurã:unde ſeruitutem timendo in eum ſtatum Remp. adduxerant. Primores patrũ odiſ
ſe decẽuiros:odiſſe plebẽ:nec probare:quæ fierent:& credere haud ĩdignis accidere:auide ruendo ad liber
tatẽ in ſeruitutẽ elapſos:iuuare nolle:cumulare quoqꝫ iniurias:ut tedio p̄ſentium conſules duo tandem &
ſtatus priſtinus reꝝ in deſyderium ueniant. Iam & proceſſerat ps maior anni:& duæ tabulæ legũ ad prio
ris anni decẽ tabulas erant adiectæ:nec qcq̃ iam ſuperat:ſi hæ quoqꝫ leges centuriatis comitiis platæ eẽnt:
cur eo magiſtratu Reip. opus eſſet. Expectabãt:quam mox cõſulibus creandis comitia edicerẽtur. Id mo
do plebs agitabat:quoniam modo tribuniciã poteſtatẽ munimẽtum libertatis rẽ ĩtermiſſam repararent:
cũ interim mẽtio comitioꝝ nulla fieri:& decẽuiri:q primo tribunicios homines:qa id populare habebat᷑
circum ſe obſtentarant plebi:patriciis iuuenibus ſepſerant latera:eoꝝ cateruæ tribunalia obſederant. Hi ſe

Atẽ plebis ſupplicia

re agere plebẽ:plebiſqꝫ res:cum fortuna qua:qcqd cupitum foret:potentioris eſſet ẽt ne tergo qdem abſti
nebat᷑:uirgis cædi alii:alii ſecuri ſubiici:& ne gratuita crudelitas eſſet: bonoꝝ donatio ſequi domini ſup
plicium. Hac mercede iuuentus nobilis corrupta:nõ modo non ire obuiam iniuriæ:ſed propallam licen
tiam ſuã malle:quam omniũ libertatem. Idus maiæ uenere nullis ſubrogatis magiſtratibus:priuati ꝓ de
cẽuiris neqꝫ animis ad ĩperium ĩhibendũ ĩminutis:neqꝫ ad ſpeciem honoris ĩſignibus prodeunt. Id uero
regnum haud dubie uideri:deplorat᷑ in perpetuum libertas nec uindex quiſquam exiſtit: aut futurus ui
det᷑. Nec ipſi ſolum deſponderant animos:ſed contẽni cœpti erant a finitimis populis: ĩperiumqꝫ ibi eẽ:
ubi non eſſet libertas:indignabãtur. Sabini manu magna incurſionẽ in agrum Romanũ fecere:lateqꝫ po
pulati cum hoĩum atqꝫ pecudũ multi prædas egiſſent:recepto ad Eretrum:qd̄ paſſim uagatum erat:agmi
ne:caſtra locãt:ſpem in romana diſcordia ponentes:eam ĩpedimentum delectui fore. Non nuncii ſolum:
ſed ꝑ urbem agreſtium fuga trepidationem iniecit. Decẽuiri conſultant:quid facto opus ſit: deſtitutis in
ter patrum & plebis odia addit terrorem inſup alium fortuna. Equi alia ex parte caſtra in Algido locant:
depopulãturqꝫ inde excurſionibus Tuſculanũ agrum legatiqꝫ ab Tuſculo præſidium orantes nunciant.
Is perculit pauor decẽuiros:ut ſenatum ſimul duobus circunſtantibus urbẽ bellis conſulerent:citari iubẽt
in curiam patres haud ignari quanta inuidiæ ĩmineret tempeſtas:omnes uaſtari agri periculorumqꝫ ĩmi
nentium cauſas in ſe cõgeſturos:temptationẽqꝫ eam fore abolendi ſibi magiſtratus ni cõſenſu reſiſterent:
imperioqꝫ inhibẽdo acriter in paucos præ ferocis animi conatus alioꝝ comprimerẽ. Poſteaq̃ audita in fo
ro uox eſt præconis patres in curiam ad decẽuiros uocantis:uelut noua res:quia intermiſerant iãdiu mo
rem conſulendi ſenatu mirabundam plebem conuertit:quid nam incidiſſet:cur ex tanto interuallo rem de
ſuetam uſurparent: hoſtibus belloqꝫ gratiam habendam: quod ſolitum quicquam liberæ ciuitatis fieret:
circunſpectare omnibus fori partibus ſenatorem : raroqꝫ uſquam noſcitare: curiam inde ac ſolitudinem
circa decẽuiros intueri : cum & ipſi conſenſu inuiſum imperium:& plebs : quia priuatis ius non eſſet uo
candi ſenatum : non conuenire patres interpraetarentur:iam caput fieri libertatem repetentium: ſi ſe plebs
comitem ſenatui det:& quemadmodum patres uocati non coeant in ſenatum:ſic plebs abnuat delectum:
hæc fremit plebs. Patrum haud fere quiſq̃ in foro in urbe rari erant : indignitate rerum ceſſerant in agros:
ſuarum rerum amiſſa publica tantum ſe abeſſe ab iniuria rati:quãtum a cœtu congreſſuqꝫ impotentium
dominorum ſe amouiſſent. Poſteaq̃ citati non conueniebant : dimiſſi circa domos apparitores ſimul ad
pignora capienda:ſciſcitandumqꝫ num conſulto detractarent:referunt ſenatum in agris eſſe. Lætius id de
cẽuiris accidit:quam ſi præſentes detractare imperium referrent : iubent acciri omnes:ſenatumqꝫ in diem
poſterum edicunt qui aliq̃to ſpe ipſorum frequentior conuenit. Quo facto proditam a patribus plebs li
bertatem rata:quod iis:qui iam magiſtratu abiſſent:tanquam iure cogentibus ſenatus paruiſſet. Sed ma
gis obediẽter uentum in curiam eſt:quam obnoxie dictas ſententias accepimus. L. Valerium Potitum ꝓ

Atẽ motũ ĩ curia. M. Horatii ferox oratio

ditum memoriæ eſt poſt relationem Ap. Claudii:priuſquam ordine ſententiæ rogarentur:poſtulando ut
de repu. liceret dicere:prohibentibus minaciter decẽuiris:proditurum ſe ad plebem denũtiantem tumul
tum exciuiſſe. Nec minus ferociter. M. Horatium Barbatum iſſe in certamen. x. Tarquinios appellãtem:
admonentẽqꝫ Valeriis & Horatiis ducibus pulſos reges:nec nominis homines tum perteſum eſſe:quip
pe quo Iouem appellari fas ſit:quo Romulum cõditorem urbis deincepſqꝫ reges appellatos:quod ſacris

etiam ut ſolẽne retẽrum ſit: ſupbiã uiolentiamq; tum poſos regis: q̃ ſi ĩ rege tũ eodẽ aut ĩ filio regis ferẽda
nõ fuerit: quẽ latuꝝ ĩ tot priuatis: uiderẽt ne uectãdo ĩ curia libere hoĩes loq extra curiã ẽt mouerẽt uocẽ:
neq; ſe uidere: q ſibi minus priuato ad cõcionẽ populũ uocare: quã illis ſenatũ cogere liceat: ubi uellẽt: ex
peritẽt q̃to fortior dolor ĩ libertate ſua uindicãda: q̃ cupiditas in iuſta dñatione eẽt. De bello ſabino eos
referre: tanq̃ maius ullum populo Ro. bellũ ſit: quã ĩ iis: q legũ ferendaꝝ cã creati: nihil iuris ĩ ciuitate re-
liquerint: q comitia: q ãnuos magiſtratus: q uiciſſitudinẽ ĩperitãdi: qđ unũ exequẽdæ ſit libertatis: ſuſtule
rint: q priuati faſces & regiũ impium habeãt. Fuiſſe regibus exactis patricios magiſtratus creatos: poſtea
poſt ſeceſſionẽ plebis plebeios: cuius illi ptis eẽnt rogitare: populares: qd enim eos p populũ egiſſe: opti-
mates: q ãno ꝓpe iã ſenatũ nõ habuerint: tũc ita habeãt: ut de republica loq ꝓhibeãt: ne nimiũ in metu alie
no ſpei ponerẽt: grauiora: q̃ patiantur: uideri iam hoĩbus: quã quæ metuãt. Hæc uociferante Horatio cũ
decemuiri: nec ire: nec ignoſcendi modũ reperirẽt: nec quo euaſura res eẽt: cernerẽt. C. Claudii qui patruus
Appii decemuiri erat: oratio fuit ꝑcibus: q̃ iurgio ſimilis: perorantis per ſui fratris parẽtiſq; eius manes:
ut ciuilis potius ſocietatis: in qua natus eſſet: quam fœderis nefarie icti cum collegis meminiſſet. Multo id
magis ſe illius cauſa orare: q̃ reipublice quippe rempu. ſi a uolentibus nequeat ab inuitis ius expetituram
ſed ex magno certamine magnas excitari ferme iras: eaꝝ euentum ſe horrere. Cum aliud: præterq̃ de quo
rettuliſſent: decemuiri dicere prohiberent. Claudium: interpellandi uerecũdia fuit: ſententiam igitur peregit
Nullum placere ſenatuſconſultum fieri: omneſq; ita accipiebãt priuatos eos a Claudio iudicatos: multiq;
ex cõſularibus uerbo aſſenſi ſunt. Alia ſententia aſperior in ſpeciem: uim minorem aliquanto habuit: quæ
patricios coire ad prodendum interregem iubebat: cẽſendo enim quoſcũq; magiſtratus eſſe: qui ſenatum
haberent: iudicabat: quos priuatos fecerat auctor nullius ſenatuſconſulti faciendi. Ita labente iam cau-
ſa decemuirorum. L. Cornelius Maluginẽſis. M. Cornelii decẽuiri frater: cum ex conſularibus ad ultimũ
dicendi locum conſulto ſeruatus eſſet: ſimulando curam belli fratrem collegaſq; eius tuebatur. Quoniam
fato incidiſſet. mirari ſe dictans: ut decemuiros: q decẽuiratũ petiſſent aut ſocii: aut hi maxime oppugna-
rent: aut quid ita per tot menſes uacua ciuitate nemo iuſti ne ingratus ſummæ reꝝ ꝑeſſent: cõtrouerſiam
fecerint: demum cum hoſtes ꝓpe ad portas ſint: ciuiles diſcordias ſerant. niſi qđ in turbido minus ꝑſpicuũ
fore putẽt qd agatur. Cæteꝝ nemine maior cura occupatis aĩs: ueꝝ eẽ ꝑiudiciũ rei tantæ afferre. Sibi pla-
cere de eo: qđ Valerius Horatiuſq; ante idus maias decemuiros abiſſe magiſtratu ĩſimulent: bellis: q̃ im-
mineant: perfectis: republica in trãquillũ redacta ſenatu diſcrepante agitẽt nũc ita ſe parare. Ap. Claudium
ut comitioꝝ: q decẽuiris creãdis decẽuir ipſe habuit: ſciat ſibi rationem reddẽdã eſſe; utrum in unum an-
num creati ſint: an donec leges: quæ deeſſent: perferantur: in pñtia oĩa ꝑter bellum mitti placere cuius ſi
falſo famam uulgatam uanamq; non nuncios ſolum: ſed tuſculanorum etiam legatos attuliſſe putent: ſpe
culatores mittendos cenſere: qui certius explorata referant: ſin fides & nunciis: & legatis habeatur: delectũ
quoq; primo tempore haberi: & decemuiros: quo cuiq; eorum uideatur: exercitus ducere: nec rem aliã ꝑuer
ti. In hãc ſñiam ut diſcederetur: iuuenes patꝝ euincebant: ferocioreſq; iterum cohorti Valerius Horatiuſq;
uociferari ut de republica licere: dicere dicturos ad populum ſi in ſenatu p factionem non liceat: neq; eñi

Vis ab Appio in tenditur Horatio

ſibi priuatos aut in curia: aut in concione poſſe obſtare neq; ſe imaginariis faſcibus eorum ceſſuros eſſe.
Tum Ap. iã ꝓpe eẽ ratus: ut in uiolẽtiæ eorum pari reſiſteret audacia uictum imperium eſſet: nõ erit me
lius: inqt niſi de quo conſulimus: uocem miſiſſe: & ad Valeriũ negantẽ ſe priuato reticere: lictorem accede
re iuſſit. Iã quiritiũ fidẽ ĩplorãte Valerio a curiæ limine. L. Cornelius cõplexus Appiũ non qđ ſimulabat
cõſulẽdo: diremit certamẽ: factaq; p Cornelium Valerio dicendi grã: quæ uellet: cũ libertas non ultra uo-
cem exceſſiſſet: decẽuiri ꝓpoſitum tenuere. Conſulares quoq; ac ſeniores: ab reſiduo tribunitiæ ptãtis odio
cuius deſiderium plebi multo acrius: q̃ conſularis ĩperii rebantur eſſe: ꝓpe malebant: poſtmodum ipſos
decemuiros uoluntate abire magiſtratu: q̃ inuidia eoꝝ exurgeret ruſſus plebem ſi leniter ducta res ſine po-
pulari ſtrepitu ad conſules rediſſet: aut bellis interpoſitis: aut moderatione cõſulum in imperiis exercen-
dis poſſe in obliuionem tribunorum adduci. Silentio patrum edicitur delectus: iuniores cum ſine prouo
catione imperium eſſet: ad nomina reſpondent. Legionibus ſcriptis inter ſe decemuiri comparabant quos
ire ad bellum: quos præeſſe exercitibus oporteret. Principes inter decemuiros erant. Qu. Eabius & Ap.
Claudius bellum maius domi: q̃ foris apparebat: Apii uiolentiam aptiorẽ rapti ad comprimẽdos urba-
nos motus. In fabio minus: in bono cõſtans q̃ ignauũ ingeniũ in malitia eſſe: hunc enim uirum egregium
olim domi militiæq; decemuiratus collegæq; ita mutauerant: ut Apii: q̃ ſui ſimilis mallet eſſe: huic bel-
lum in ſabinis. M. Rabuleio: &. Qu. Petilio: additis collegis: mandatum. M. Cornelius in algidum miſ-

Xuri impii admi niſtratiõe ĩ et ſe cõparant

ſus cũ. L. Minutio: & Ceſone Duillio: &. T. Antonio: &. M. Sergio. SP. Oppiũ. Ap. Claudio adiutorem
ad urbẽ tuendã æquo oĩum decẽuirorum imperium decernunt. Nihilo militiæ: q̃ domi melius reſp. ad
miniſtrata eſt illo modo in ducibus culpa: quod: ut odio eẽnt ciuibus: fecerant alia omnis penes milites
noxa erat: q nequid ductu atq; auſpitio decemuirorum ꝓſpere uſq̃ gereretur: uinci ſe per ſuum atq; illo-
rum dedecus patiebantur. Fuſi & ab ſabinis ad Eretum: & in Algido ab equis exercitus erant. Ab Ereto

Aduerſæ utraq; ꝓuincia ro. res.

per ſilentium noctis ꝓfugi: ꝓpius urbẽ ĩter Fideas Cruſtumeriaq; loco ædito caſtra cõmunierant: perſe
cutis hoſtis: nuſq̃ ſe æquo certamine committentes natura loci ac uallo non uirtute aut armis tutabantur
Maius flagitium in Algido. maior etiam clades accepta caſtra quoq; amiſſa erãt: exutuſq; oĩbus utenſili-
bus miles. Tuſculum ſe fide miſericordiaq; uicturus hoſpitiũ: quæ tamẽ nõ fefellerũt: cõtulerãt. Romã
tanti erant terrores allati: ut poſito iã decẽuirali odio pres uigilias in urbe habẽdas cenſerent: oẽs q p ætatẽ

arma ferre poſſent:cuſtodire mœnia:ac pro portis ſtationes agere iuberent:arma Tuſculū ad ſupplemētū
deſcernerēt decēuiroſqꝫ ab arce Tuſculi digreſſos in caſtris militē habere caſtra alia a Fidenis ī ſabinū agrū
trāſferri:belloqꝫ ultro īferēdo deterreri hoſtes a cōſilio urbis oppugnādæ. Ad clades ab hoſtibus acceptas:
duo nefanda facinora decēuiri belli domiqꝫ adiiciūt. L: Sicciū in ſabinis ꝑ īuidiā decēuiralē tribunorum
creādoꝝ:ſeceſſioniſqꝫ mētiones ad uulgus militū ſermonibus occultis ſerentē:ſpeculatū ad locū caſtris ca-
piēdū mittūt:datꝰ negociū militibus:quos miſerant expeditōis eius comites ut eū opportuno adorti loco
īterficerēt:haud inultū īterficere:nā circa repugnantē aliquot inſidiatores cecidere:cū ipſe ſe ꝑualidus pari
uiribus aīo circūuētus tutaretꝰ. Nūciāt ī caſtra cæteri ꝑcipitatū ī īſidias eē Sicciū egregie pugnātē:militeſqꝫ
quoſdā cū eo amiſſos. Prīo fides nūciātibus fuit:ꝓfecta deīde cohors ad ſepeliēdos:q ceciderāt: decēuiro-
Sicii cæ-
des.
rū ꝑmiſſu poſteaꝗ nullū ſpoliatū ibi corpꝰ. Sicciūqꝫ ī medio iacētē armatūqꝫ oībus ī eū uerſis corpibus ui-
dere:hoſtiū neqꝫ corpus ullū:nec ueſtigia abeūtiū:ꝓfecto a ſuis interfectū memorātes rettulere corpus īui-
diæqꝫ plena caſtra erāt. & Romā ferri Sicciū ꝓtinꝰ placebat:niſi decēuiri funus militare ei publica īpenſa
facere maturaſſent:Sepultus īgēti militū mœſtitia:peſſima decēuiroꝝ ī uulgus fama ē. Seqtur aliud in ur-
be nefas ab libidine ortū:haud minus fœdo euētu:ꝗ qđ ꝑ ſtrupū cædēqꝫ Lucreciæ urbe regnoqꝫ Traqnios
expulerat:ut nō finis ſolū idē decēuiris:q regibus: ſed cā ēt eadē impii amittēdi eēt Ap. Claudiū uirginis
plebeiæ ſtuprādæ libido cœpit:pater uirginis. L. Virginius honeſtū ordinē ī Algido ducebat:uir exēpli re-
cti militiæ domiqꝫ:ꝑinde uxor īſtituta fuerat liberiqꝫ īſtituebātꝰ:reſpōderat filiā. L. Icilio tribunicio uiro
Attur te-
merariū
appii con
ſilium in
uirginia
ſtuprāda.
acri:& ꝓ cā plebis expꝫtæ uirtutis. Hāc uirginē adulatā:forma excellētē: Appius amore amēs ꝑcio:ac ſpe
pellicere adortus:poſteaꝗ oīa pudore ſepta aīaduerterat:ad crudelē ſuperbāqꝫ ui aīum cōuertit. Mar. Clau-
dio clienti negociū dedit:ut uirginē in ſeruitutem aſſereret:neqꝫ cederet ſecundū libertatem poſtulantibus
uindicias:qđ pater puellæ abeſſet:locum iniuriæ eſſe ratus. Virginii uenienti ī forum (ibi nāqꝫ in tabernis
līraꝝ ludi erāt) miniſter decēuiri libidinis manū iniecit:ſerua ſua natam:ſeruāqꝫ appellās:ſequi iubebat:cū-
ctātem ui abſtracturum. Pauida puella ſtupēte ad clamorē nutricis fidē qritium īplorātis ſit concurſus:
Virginii patris:ſpōſiqꝫ Icilii populare nomē celebratꝰ:notos gratia eorum:turbā indignitas rei. Virgini
cōciliat. Iam a ui tuta erat:cum aſſertor nihil opus eſſe multitudine concitata ait:ſe iure graſſari:non ui.
uocat puellā ī ius:auctoribus q aderant:ut ſequeretꝰ:ad tribunal Apii peruētum ē. Notam iudici fabulā
petitor:quippe apud ipm auctorem argumenti:peragit:puellam domi ſuæ natā:furtoqꝫ inde tranſlatam
in domum Virginii ſuppoſitā ei eſſe:id ſe indicio compertum afferre. ꝓbaturumqꝫ uel ipſo Virginio iu-
dicem:ad quem maior pars iniuriæ eius pertineat:iterum dominum ſequi ancillā equū eē: Aduocati pu-
ellæ cū Virginium reip. cauſa abeſſe dixiſſent:biduo affutuꝝ:ſi nunciatū ei ſit:iniquū eſſe abſentem de li-
beris dimicare: poſtulant: ut rem integram in patris aduentum differat lege ab ipſo lata uindicias det ſe-
cundum libertatem:neu patiatur uirginem adulatam:famæ priuſquam libertatis periculum adire. Ap-
pius decreto præfatus:quam libertati fauerit eam ipſam legem declarare quā Virginii amici poſtulationi
ſuæ prætendant:cæterum ita ī ea libertatis fore præſidium:ſi nec cauſis:nec perſonis uariet:in his enim q
aſſerantur in libertatem. quia quiuis lege agere poſſit:id iuris eſſe: In ea quæ ī patris manu ſit: neminem
eſſe aliud:cui dominus poſſeſſione cedat:placare itaqꝫ patrem accerſiri:interea iuris ſui iacturam aſſerto-
rem non facere:quin ducat puellam:ſiſtendāqꝫ in aduentum eius:q pater dicatꝰ: ꝓmittat. Aduerſus īiuriā
decreti cum multi magis fremerent ꝗ quiſquā unus recuſare auderet. P. Numitorius puellæ auūculus:&
ſponſus Icilius interueniunt:dataqꝫ inter turbā uia:cū multitudo Icilii maxime īteruētū reſiſti poſſe Ap-
pio crederet:lictor decreſſe ait:uociferantēqꝫ Iciliū ſummouet. Placidum quoqꝫ ingeniū tā atrox īiuria ac-
cediſſet:ferro tibi hinc ſummouēdus ſum Appi:inquit:ut tacitū feras:qđ celari uis: uirginem ego hāc ſū
ducturus nuptam pudicam habiturus:proinde oēs collegaꝝ quoqꝫ lictores conuoca. expediri uirgas &
ſecures iube:non manebit extra domum patris ſponſa Icilii. Nō ſi tribunitium auxiliū & ꝓuocationem
plebi romanæ:duas arces libertatis tuendæ ademiſtis:ideo ī liberos quoqꝫ noſtros cōiugeſqꝫ regnū ueſtræ
libidini datū eſt:ſæuite in tergum & in ceruices noſtras:pudicitia ſaltē in tuto ſit. Huic ſi uis affertur: ego
ꝑſentiū qritiū pro ſpōſa. Virginius militum ꝓ unica filia oēs deoꝝ hominūqꝫ īplorabimus fidē neqꝫ tu
iſtud unꝗ decretū ſine cæde noſtra referes poſtulo. Appi ēt atqꝫ ēt conſideres:quo ꝓgrediare. Virginius ui-
derit de filia:ubi uenerit:qd agat:hoc tantū ſciat:ſi ipſe huius uindiciis ceſſerit:conditionē filiæ querendā
eſſe:me uindicantem ſponſam in libertatem uita citius deſeret:ꝗ fides. Cōcitata multitudo erat:certamen-
qꝫ inſtare uidebatur:lictores Icilium circūſteterant:nec ultra minas tamen ꝓceſſum eſt:cum Appius uir-
ginē nō defendi ab Icilio ſed inqetum hoīem & ad tribunatum ēt nunc ſpirantē locū ſeditionis quærere
diceret:nō præbituꝝ ſe illi eo die materiā:ſed ut iā ſciret nō id petulātiæ ſuæ:ſed Virginio abſenti & pa-
trio nomini & libertati datum:ius eo die ſe nō dicturum:neqꝫ decretū īterpoſiturum:a. M. Claudio pe-
titurū:ut decederet iure ſuo:uindicariqꝫ puellā ī poſterū diem pateretꝰ:quod niſi pater poſtero die affuiſ-
ſet:denunciare ſe Icilio ſimilibuſqꝫ Icilii:neqꝫ legi ſuæ latorem:neqꝫ decemuiro conſtantiā defore: nec ſe
utiqꝫ collegaꝝ lictores cōuocaturū ad coercendos ſeditōis auctores: contentum ſe ſuis lictoribus fore.
Cum dilatum tempus iniuriæ eſſet:seceſſiſſentqꝫ aduocati puellæ placuit oīum primum fratrem Icilii:fi-
liumqꝫ Numitori īpigros iuuenes pergere inde recta ad portam: & quantum accelerari poſſet Virgi-
nium acciri e caſtris. in eo uerti puellæ ſalutem:ſi poſtero die uindex iniuriæ ad tempus eſſet: Iuſſi per-
gunt: citatiſqꝫ equis nuncium ad patrem perferunt. Cum inſtaret aſſertor Puellæ:ut uindicaret: ſpon-
ſoreſqꝫ daret:atqꝫ idipſum agi diceret Icilius:ſedulo tempus terens dum præriperent iter nuncii miſſi ī ca-

ſtra:manus tollere undiq; multitudo:& ſe quiſq; paratũ ad ſpondendum Icilio oſtẽdere atq; ille lachry-
mabũdus gratũ ẽ:inq̄t:craſtino die ueſtra opa utar:ſponſoꝝ nũc ſatis ẽ. Ita uĩdicatur Virginia ſpõdẽtib᷒
ꝓpinqs: Appius pauliſp moratus ne eius cã ſediſſe uideret᷑. poſteaq̄ omiſſis rebus aliis præ cura unius
nemo eũ adibat domũ ſe recepit:collegiſq; ĩ caſtra ſcribit:ne Virginio cõmeatũ dẽt:atq; et ĩ cuſtodia habe
ant:improbũ cõſiliũ ſeũ:ut debuit:fuit:& iã cõmeatu ſumpto ꝓfectis Virginius pria uigilia erat:cum po
ſtero die mane de retinẽdo eo neq̄q̄ litteræ redant᷑. At ĩ urbe pria luce cũ ciuitas ĩ foro expectatione erecta
ſtaret: Virginius ſordidatus filiã ſecũ obſoleta ueſte:cõmitãtibus aliquot matronis:cũ ĩgẽti aduocatiõe
ĩ foꝝ adducit:circũire ibi:& ꝓhẽſare hoĩes cepit:& nõ orare ſolũ ꝑcariã opẽ:ſed ꝓ debita petere:ſe ꝓ libe
ris eoꝝ ac cõiugibus quotidie ĩ acie ſtare:nec aliũ uiꝝ eẽ:cuius ſtrenue ac ferociter facta ĩ bello plura me
morari poſſent:qd ꝓdeſſe:ſi ĩcolumi urbe: quæ capta ulĩa timeãtur liberis ſuis ſint patiẽda? Hæc ꝓpe con
cionabũdus circũibat hoĩes: Similia his ab Icilio iactabãtur comitatus muliebris plus tacito fletu: q̄ ulla
uox mouebat: Aduerſus quæ oĩa obſtinato animo Appius (tãta uis amẽtiæ uerius q̄ amoris mẽtẽ turba
uerat) ĩ tribunal aſcẽdit:& ultro querẽte pauca petitore:qđ ius ſibi pridie ꝑ ambitionẽ dictũ nõ eẽt:priuſq̄
ille poſtulatũ ꝑageret:aut Virginio reſpõdẽdi daret᷑ locus. Appius interfat᷑. Quẽ decreto ſermonẽ ꝓtende-

Decretæ uinciæ ſecundũ ſeruitutẽ.

rit:forſan aliquẽ uerũ auctores antiq tradiderint:qa nuſq̄ ullũ ĩ tãta fœditate decreti ueriſimilẽ inuenio:id
qđ cõſtat:nudũ uidet᷑ ꝓponẽdum:decreuiſſe uindicias ſcđm ſeruitutẽ. Primo ſtupor oẽs admiratione rei
atrocis defixit. Silẽtiũ ĩde aliquãdiu tenuit:deinde cum. M. Claudius circũſtantib᷒ matronis iret ad com-
prehendẽdam uirginẽ:lamentabiliſq; eoũ mulieꝝ cõploratio excepiſſet: Virginius intentans ĩ Appiũ ma-
nus: Icilio:iquit: Appi nõ tibi filiã deſpõdi:& ad nuptias nõ ad ſtuprũ educaui:placet pecudũ ferarumq;
ritu promiſcue in concubitus ruere? paſſuri ne hoc iſti ſint:neſcio:non ſpero eẽ paſſuros illos: q arma ha-
bẽt. Cum repelleret᷑ aſſertor uirginis a globo mulieꝝ circũſtãtium aduocatorum:ſilentium factum ꝑ præ
conem. Decẽuir:alienato ad libidinem animo negat:heſterno tantum cõuicio Icilii: uiolentiaq; Virginii
cuius teſtem romanum populum habeat:ſed certis quoq; indiciis cõpertum ſe habere:nocte tota cœtus in
urbe factos eſſe admonendam ſeditionem:itaq; ſe haud inſcium eius dimicationis cum armatis deſcendiſ-
ſe:nõ ut quẽquã quietum uiolaret:ſed ut turbantes ciuitatis otium pro maieſtate imperii coherceret: ꝓinde
q̄es erit melius:inquit lictor ſummoue turbam:& da uiam domino ad præhendendum mancipium.

Cũ hæc intonuiſſet plenus iræ:multitudo ipſa ſe ſua ſponte dimouit:deſertaq; præda iniuriæ puella ſta
bat. Tum Virginius:ubi nihil uſquam auxilii uidit quæſo inq̄t Appi primũ ignoſce patrio dolori. ſi qd
inclæmentius in te ſum inuectus deĩde ſinas hic coram uirgine nutricẽ percũctari:qd hoc rei ſit: ut ſi falſo
pater dictus ſum æquiore hinc aĩo diſcedã:data uenia ſeducit᷑ filiã ac nutricem prope Cloacinæ ad taber-
nas:quibus nũc nouis eſt nomen:atq; ibi ab lanio cultro arrepto:hoc te uno:quo poſſum ait modo filia ĩ
libertatem uendico pectus deinde puellæ trãſfigit:reſpectenſq; ad tribunal te:inq̄t Appi tuũq; caput ſan-
guine hoc cõſecro. Clamore ad tam atrox facinus orto:exercitus Appius cõprehẽdi Virginium iubet:ille

Tranſfigit Virginius filiã

ferro:quacũq; ibat:uiam facere. donec multitudinem ẽt ꝓſeq̄ntium iuuenũ tuẽre ad portã ꝑrexit. Icili᷒
Numitoriuſq; exãgue corpus ſublatũ oſtentant populo:ſcelus Appi puellæ ĩfœlicẽ formã neceſſite ẽ pris
deplorãt:ſequentes clamitant matronæ:eam ne liberorum ꝓcreãdoꝝ cõditionẽ:ea pudicitiæ præmia eſſe?
cæteraq;:q̄ in tali re muliebris dolor:quo eſt mœſtior imbecillo aĩo: eo miſerabilia magis querentibus
ſubiicit. Viroꝝ & maxime Icilii uox tota tribuniciæ ꝑtãtis ac ꝓuocationis ad populũ ereptæ publicarũq;
indignationũ erat. Concitat᷑ multitudo partim atrocitate ſceleris:partim ſpe per occaſionẽ repetẽdæ liber
tatis. Appius nũc uocari Iciliũ nũc retractãtem arripi:poſtremo cũ locus adeundi apparitoribus non dare
tur:ipſe cum agmine patricioꝝ iuuenũ ꝑ turbã uadẽs in uincula duci iubet. Iam circa Iciliũ nõ ſolũ mul-
titudo:ſed duces quoq; multitudinis erãt. L. Valerius. M. Horatius:qui repulſo lictore:ſi iure agerẽt:uin
dicare ſe a priuato Icilium aiebant:ſi uim afferre conarentur:ibi quoq; ſe haud ĩpares fore. Hic atrox rixa
orit᷑. Valeriũ Horatiũq; lictor decẽuiri inuadit:frangunt᷑ a multitudine faſces. In cõcionẽ Appius aſcẽdit
ſequuntur Horatius: Valeriuſq; eos cõcio audit:decẽuiro obſtrepitur. Iã ꝓ ĩperio Valerius diſcedere a pri-
uato lictores iubebat:cũ fractis aĩs Appius uitæ metuẽs ĩ domũ ſe ꝓpinq̄ foro ĩſciis aduerſariis:capite ob

Eiicitur foro appius.

uoluto recepit. SP. Oppius:ut auxilio collegæ eẽt in foꝝ ex altera ꝑte irrũpit:uidet ĩperiũ ui uictũ. Agita
tus deinde cõſiliis:atq; ex oĩ ꝑte aſſentiẽdo multis auctorib᷒ trepidus:ſenatũ poſtremo uocari iuſſit:ea res
qđ magnæ ꝑti patrũ deſpicere acta decẽuiroꝝ uidebant᷑:ſpe ꝑ ſenatũ finiendæ ꝑtãtis eius:multitudine ſe-
dauit:ſenatus nec plebem irritãdam cenſuit:multo magis ꝓuidẽdũ:ne qđ Virginii aduẽtus ĩ exercitu mo
tus faceret:itaq; miſſi iuniores patrũ in caſtra:q̄ tũ in mõte Vecilio erant nũciãt decẽuiris:ut oĩ ope ab ſe-
ditiõe milites contineãt ubi Virginius maiorẽ:q̄ reliq̄rat in urbe:motũ exciuit. Nã ꝓterq̄ qđ agmine ꝓpe
quadringentoꝝ hoĩum uenĩẽs:q ab urbe ĩdignitate rei accẽſi comites ei ſe dederãt:conſpectus ẽ:ſtrictũ ẽt
tælum:reſpſuſq; ipe cruore:tota ĩ ſe caſtra cõuertit:& toga multifariã ĩ caſtris uiſæ maioris aliq̄to:q̄ erat
ſpeciẽ urbanæ multitudinis fecerãt. Quærentibus qd rei eẽt:flens diu uocẽ nõ emiſit:tãdem ut iã ex trepi-
datione concurrẽtiũ turba cõſtitit:ac ſilẽtiũ fuit:ordĩe cuncta:ut geſta erãt:expoſuit ſupinas deĩde tendens
manus cõmilitones appellãs orabat:ne qđ ſcelus. Ap. Claudii eẽt:ſibi attribuerẽt:neu ſe ut parricidam li-
berũ auerſarent᷑:ſibi uitã filiæ ſua cariorẽ fuiſſe:ſi libere ac pudice uiuere licitũ fuiſſet:cum uelut ſeruam ad
ſtuprum rapi uideret:morte amitti melius ratũ:q̄ cõtumelia liberos:miſericordia ſe in ſpeciẽ crudelitatis
lapſum:nec ſupſtitẽ filiæ futuꝝ fuiſſe:niſi ſpẽ ulciſcẽdæ mortis eius ĩ auxilio cõmilitonum habuiſſet:il-
lis quoq; filias ſorores cõiuges eẽ:nec cũ filia ſua libidinem. Ap. Claudii extĩctã eẽ:ſed quo ĩpunitior ſit

**Attur Verginii conciōnē in caſtris**

eo effrenatiorē fore:aliena calamitate documentū datum illis cauēdæ ſimilis iniuriæ:q̄d ad ſe attineat uxo
rem ſibi fato raptā filiā:qa nō ultra uictura pudica fuerit:miſera:ſed honeſta morte occubuiſſe:nō eē iam
Appii libidini locū ī domo ſua:ab alia uiolentia eius eodē ſe aīo corpus uindicaturꝝ:quo uīdicauerit filiæ
cæteri ſibi:ac liberis ſuis cōſulerēt. Hæc Virginio uociferāti ſucclamabat multitudo: nec illius dolori: nec
ſuæ libtati ſe defuturos. Et īmixti turbæ militū togati cū eadē illa q̄rēdo docēdoq; q̄to uiſa:q̄ audita īdigni
ora potuerit uideri: ſimul ꝓfligatā rē iā nūciādo Romæ eē:īſecutoſq; q Appiū ꝓpe interēptū ī exiliū abiſ
ſe dicerēt:ꝑpulerūt:ut ad arma cōclamarēt:uellerētq; ſigna:& Romā ꝓficiſcerēt. Decēuiri ſimul iis:q̄ ui
debāt:iiſq;:q̄ acta Romæ audierāt:ꝑturbati:alius ī aliā ꝑtē caſtroꝝ ad ſe dādos motus diſcurrit:& leniter

**Seceſſio militum a decem uiris.**

agētibus reſpōſū nō redditᷓ:īperiū ſi qs īhiberet: & uiros:& armatos ſe eē rn̄deᷓ:eūt agmīe ad urbē:& auē
tinū īſidūt:ut qſq; occurrerat plebē ad repetēdā libertatē creandoſq; tribunos plebis adhortantes:nulla alia
uox uiolēta audita ē. Senatū. SP. Oppius hēt:nihil placet aſpe agi:qppe ab ipſis datū locū ſeditōis eē:mit
tunᷓ tres legati cōſulares. C. Iulius. P. Sulpitius. Sp. Tarpeius:q q̄rerēt ſenatus uerbis:cuius iuſſu caſtra
deſeruiſſent:aut qd ſibi uellēt:q armati auētinū obſediſſēt:belloq; auerſo ab hoſtibꝰ:pṛiam ſuā cepiſſent:
nō defuit:qd rn̄deretᷓ:deerat:q daret rn̄ſum:nullo dū certo duce nec ſatis audētibꝰ ſingulis īuidiæ ſe offer
re:id mō a multitudīe cōclamatū ē:ut. L. Valeriū:&. M. Horatiū ad ſe mitterēt:his ſe daturos rn̄ſum. Di
miſſis legatis admōet milites Virginiꝰ ī re nō maxīa pauloāte trepidatū eē:qa ſine capite multitudo fuerit

**Auentinum milites occupant.**

rn̄ſumq; q̄q̄ nō īutiliter:fortuito tn̄ magis cōſenſu:q̄ cōi cōſilio eē:placere decē creari:q ſummæ rei præ
eſſent:militariq; honore tribunos militum appellare. Cum ad eū ipſum primū his honos deferretᷓ:melio
ribus meis:ueſtriſq; rebus reſeruate inqt iſta de me iudicia:nec mihi filia in uita honorem ullū iucūdū eē
patitur:nec in ꝑturbata re eos utile ē ꝑeſſe uobis:q ꝓximi īuidiæ ſint:ſiqs uſus mei ē:nihilo minor ex pri
uato capietᷓ. Ita decem numero tribunos militares creāt. Nec ī ſabinis qeuit exercitus: ibi quoq; auctore
Icilio Numitorioq; ſeceſſio a decēuiris facta eſt: nō minore motu aīorum Sicci cædis memoria renoua
ta:q̄ qui noua fama de uirgine adeo fœde ad libidinē petita accenderat. Icilius ubi audiuit tribunos mili

**Seceſſio in ſabinis a decem uiris reiectio.**

tum in auentino creatos:ne comitioꝝ militariū prærogatiuā urbana comitia iiſdē tribunis plebis crean
dis ſequerentᷓ:peritus rerum popularium:īminēſq; poteſtati & ipſe priuſq̄ iretur ad urbem: pari poteſta
te eundem numerum ab ſuis creandū curat. Porta collina urbē ītrauere ſub ſignis mediaq; urbe agmine in
auentinum pergunt:ibi coniuncti alteri exercitui. xx. tribunis militum negociū dederūt:ut ex ſuo nume
ro duos crearent:q ſummæ reꝝ ꝑeſſent. M. Oppiū. Sex. Maniliū creāt:pr̄es ſolliciti de ſūma reꝝ:cū ſenatꝰ
quottidie eēt: iurgiis ſæpius terunt tempus:quā conſiliis. Sicii cædes decēuiris & Appiana libido: & de
decora militiæ obiiciebantur: placebatq; Valeriū:Horatiūq; ire in auentinū:illi negabant ſe aliter ituros:q̄
ſi decemuiri deponerent inſignia magiſtratus eius: quo anno iam ante abiſſent decemuiri querentes ſe in
ordinem cogi:nō ante quā perlatis legibus:quarum cauſa creati eſſent:depoſituros imperium ſe aiebant.
Per Marcum Duilliū:qui tribunus plebis fuerat certior facta plebs:cōtentionibus aſſiduis nihil trāſigi:ī
ſacrū montem ex auentino tranſit:affirmante Duillio:non priuſquā deſeri urbem uideāt curā ī aīos patrū
deſcenſuram: admonituꝝ ſacrū montē conſtantiæ plebis:ſcituros qdᷓ ſine reſtituta poteſtate redigi in con
cordiā res nequeant. Via nomentana:cui tum ficulēſi nomen fuit:profecti:caſtra in monte ſacro locauere
modeſtiam patrū ſuorum nihil uiolando imitati. Secuta exercitū plebs:nullo:qui per ætatē ire poſſet: re
tractāte:ꝓſequūtur cōiuges liberiq;:cuinam ſe relinquerēt ī ea urbe:ī qua nec pudicitia:nec libertas facta
eſſet:miſerabiliter rogitātes:Cū uaſta oīa Romæ inſueta ſolitudo feciſſet in foro præter paucos ſeniorum
nemo eſſet uocatis utiq; in ſenatum patribus:deſertum apparuiſſet forum:pluresq; iam:q̄ Horatius:& Va
lerius:uociferabantᷓ:qd expectabitis pr̄es cōſulti:ſi decemuiri finē pertinaciæ nō faciūt:ruere & deflagrare
omnia paſſuri eſtis:Quod aūt iſtud imperiū ē decemuiri:quod amplexi tenetis:rectis ac pari tibus iura

**Plebs in ſacrum montem ſecedit**

dicturi eſtis:non pudet lictorum ueſtrorum maiorem prope numeꝝ ī foro conſpici:q̄ togatoꝝ aliorūq;
Quid ſi hoſtes ad urbem ueniant:facturi eſtis:quid ſi plebs mox ubi paꝝ ſeceſſione moueamur: armata
ueniat:occaſu ne urbis uultis finire imperiū:atqui aut plebs nō eſt habenda:aut habendi ſunt tribuni ple
bis nos citius caruerimus patritiis magiſtratibus:q̄ illi plebeis nouam inexpertā eam ꝑtātē eripuere patri
bus noſtris:ne nunc dulcedine ſemel capti ferant deſiderium:cū præſertim nec nos tēperemus imperiis quo
minus illi auxilii egeāt. Cū hæc ex oī parte iactarentᷓ:uicti cōſenſu decēuiri:futuros ſe:quando ita uidea
tur: in poteſtate patrum affirmāt:id mō ſimul orant ac monent:ut ipſis ab inuidia caueatᷓ:ne ſuo ſanguie
ad ſupplicia patrū plebē aſſuefaciāt. Tū Valerius. Horatiuſq; miſſi ad plebem conditionibus: quibus ui

**Decemuiri in ordinem ſe redigunt**

deretᷓ:reuocandam cōponēdaſq; res:decēuiris quoq; ab ira & īpetu multitudinis præcauere iubentᷓ: Pro
fecti gaudio ingenti plebis accipiuntᷓ in caſtra:quippe liberatores haud dubie:& motus initio: & exitu
rei:ob hæc iis aduenietibus gratiæ actæ. Icilius ꝓ multitudine uerba facit:idem cū de conditionibus agi
taretur:querētibus legatis. quæ poſtulata plebis eēnt:cōpoſito iā ante aduētum legatoꝝ cōſilio:ea poſtula
uit:ut appareret in æquitate reꝝ pluſq̄ in armis reponi ſpei:ꝑtātem. n. tribunitiā: ꝓuocationemq; repete
bant: quæ ante decēuiros creatos auxilia plebis fuerāt:& necui fraudi eēt conciſſe milites:aut plebem ad
repetendā ꝑ ſeceſſionē libertatem. De decemuiroꝝ mō ſupplicio atrox poſtulatū fuit:dedi qppe eos equū
cenſebāt:uiuoſq; igni crematuros minabantᷓ. Legati ad ea:quæ cōſilii fuerunt: adeo æqua poſtulaſtis:ut

**Plebis poſtulata**

ultro deferenda fuerint:libertati. n. ea ꝑſidia petitis:nō licētiæ ad īpugnandū alios iræ ueſtræ magis igno
ſcendum:q̄ indulgendū eſt:quippe qui crudelitatis odio in crudelitatē ruitis:& prius pene: q̄ ipſi liberi ſi
tis:dominari iam in aduerſarios uultis. Nunquam ne quieſcet ciuitas noſtra a ſuppliciis:aut patrū in ple

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iuris tandem mutatur? nempe patrē ſequuntur liberi: nec quod nos ex cōnubio ueſtro p̄tamus: quicq̄ ē
p̄terq̄ ut hoīum: ut ciuium numero ſimus: nec uos niſi cōtumeliam ignominiāq̄ noſtram certare iuuat:
quod contendatis: quicq̄ eſt. Deniq̄ utrum tandem Po. Ro. an ueſtrum ſūmum īperium eſt? regibus exa-
ctis utrum uobis dominatio: an cībus æqua libertas parta eſt? Oportet licere Po. Ro. ſi uelit iubere legem
an ut quæq̄ rogatio promulgata erit: uos delectū ꝓ pœna decernetis? & ſimul ego tribunus uocare trib⁹
ī ſuffragium cœpero: tu ſtatim conſul ſacramento iuniores adiges: & caſtra educes? & minaberis plebi. mi-

Attur Cauillationem

naberis tribuno? Quid ſi nunq̄ tum iſtæ minæ aduerſus plebis conſenſum ualerent: bis iā experti eſſetis.
ſcilicet: q̄a nobis conſultum uolebatis certamīe abſtinuſtis? an ideo non eſt dimicatum: quod quæ pars fir-
mior eadem modeſtior fuit? Nec nunc erit certamen q̄rites: aīos ueſtros illi temptabunt ſemper: uires non
experirentur. Itaq̄ ad bella iſta ſeu falſa: ſeu uera ſunt cōſules: parata uobis plebs eſt: ſi connubiis redditis
unam hāc ciuitatē tandē facitis ſi coaleſcere: ſi iungi miſceriq̄ uobis priuatis neceſſitudinibus poſſunt: ſi
ſpes: ſi aditus ad honores uiris ſtrenuis & fortibus datur: ſi ī conſortio: ſi ī ſocietate reipublicæ eſſe: ſi quod
æque libertatis ē: inuicē ānuis magiſtratibus parere atq̄ īperitare licet: ſi hæc īpediet aliq̄s: ferte ſermonib⁹
& multiplicate fama bella: nemo ē nomen daturus: nemo capturus: nemo dimicaturus ꝓ ſupbis dn̄is: cū
quibus nec ī republica honor: nec ī priuata cōnubii ſocietas ē. Cū ī Cōcionē cōſules ꝓceſſiſſent: & res a p̄pe-

Attur intēpeſtiuū reſpōſū

tuis orationibus ī altercationē uertiſſet: īterroganti tribuno cur plebeiū cōſulē fieri nō oportet? ut fortaſſe
uere ſic parū utiliter ī p̄ſens certamē reſpondit: q̄d nemo plebeius auſpicia haberet: ideoq̄ decēuiros cōnu-
bium diremiſſe: ne īcerta prole auſpicia turbarentur. Plebs ad id maxime īdignatione exarſit quod auſpica-
ri: tanquam inuiſi diis īmortalibus negarentur poſſe. Nec ante finis contentionum fuit: cum & tribu-
num acerrimū auctorem plebs nacta eſſet: & ipſa cum eo pertinacia certaret: quā uicti tandem patres:
ut de connubio ferretur conſenſere: ita maxime rati contentionem de plebeis conſulibus tribunos: aut
totam depoſituros: aut poſt bellum dilaturos eſſe: contentamque interim connubio plebem paratam

Rogatio de connubiis plebis & patrum

delectui fore: Cum Canuleius uictoria de patribus & plebis fauore ingens eſſet: accenſi alii tribuni ad
certamen pro rogatione ſua ſumma ui pugnant: & creſcente in dies fama belli delectum impediunt. Con-
ſules cum per ſenatum ītercedentibus tribunis nihil agi poſſet: conſilia principum domi habebant: appa-
rebat aut hoſtibus: aut ciuibus de uictoria concedendum eſſ. Soli ex conſularibus Valerius atque Ho-
ratius non intererant conſiliis. C. Claudii ſententia conſules armabat in tribunos. Quintiorum Cincin-
natique & Capitolini abhorrebantur a cæde: uiolandiſque quos fœdere icto cum plebe ſacroſanctos
accepiſſent. Per hæc conſilia eo deducta res eſt: ut tribunos ac militum conſulari poteſtate promi-
ſcue ex patribus ac plebe creari ſinerent: de conſulibus creandis nihil mutaretur: eoque contenti tri-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

buni contẽta plebs fuit: Comitia tribunis cõſulari poteſtate tribus creãdis indicũtur: qbus indictis extemplo quicũq; aliquid ſeditioſe dixerat aut fecerat: hũc quã maxime tribunicii & prꝛhẽſare homines: & cõcurſare toto foro candidati cœpere: ut patricios deſperatio primo irritata plebe adipiſcendi honoris: deinde ĩdignatio: ſi cũ his gerẽdus eſſet honos: deterreret: poſtremo coacti tamẽ a primoribus petiere: ne ceſſiſſe poſſeſſione reip. uiderentur. Euẽtus eoꝝ comitioꝝ docuit: alios animos in cõtentione libertatis dignitatiſq;: alios ſecundũ depoſita certamina in corrupto iudicio eſſe: tribunos. n. oẽs patricios creauit populus cõtẽtus eo quod ratio habita plebeioꝝ eẽt. Hanc modeſtiã equitatẽq; & altitudinẽ animi: ubi nunc ĩ uno inueneris: ꝗ tum populi uniuerſi fuit! Anno tricẽteſimo decimo: ꝗ urbs romana cõdita erat: primũ tribuni militũ ꝓ conſulibus magiſtratũ ineunt. A. Sempronins Atratinus. L. Atilius. T. Cæcilius: quoꝝ ĩ magiſtratu cõcordia domi pacẽ ẽt foris ꝑbuit. Sunt q pp adiectũ Equoꝝ Volſcorũq; bello & Ardeatiũ defectioni ueiens bellũ: quia duo conſules obire tot ſimul bella neqrent: tribunos militũ tres creatos dicãt: ſine mẽtione ꝓmulgatæ legis de cõſulibus creandis ex plebe & iperio & inſignibus cõſularibus uſos: non tamẽ pro firmato iã ſtetit magiſtratus eius ius: quia tertio mẽſe: quã inierũt: augurũ decreto peride: ac uitio creati honore abiere: qđ. C. Curiatius: q Comitiis eoꝝ ꝓfuerat: parũ recte tabernaculũ cepiſſet. Legati ab ardeatibus Romã uenerũt ita de iniuria querentes: ut ſi demeretur ea in fœdere atq; amicitia manſuros reſtituto agro appareret. Ab ſenatu reſponſum eſt iudicium populi reſcindi ab ſenatu non poſſe: ꝑterꝗ qđ nullo: nec exemplo: nec iure fieret: cõcordiæ etiã ordinũ cã: ſi ardeates ſua tpa expectare uelint: arbitriũq; ſenatui leuãdæ iniuriæ ſuæ ꝑmittãt: fore ut poſtmodũ gaudeãt ſe iræ moderatos: ſciantq; patribus æque curæ fuiſſe: nequa iniuria in eos oriretur ac ne orta diuturna eſſet. Ita legati: cũ ſe rem ĩtegrã relaturos dixiſſent: comiter dimiſſi patricii: cum ſine curuli magiſtratu reſp. eẽt: coire: & ĩterregẽ creauere: contentio conſules ne an tribuni militũ crearent ĩ interregno rẽ dies cõplures tenuit. Interrex ac ſenatus conſulum comitia: tribuni plebis & plebs tribunoꝝ militũ: ut habeantur: tendunt. Vicerunt patres: quia plebs patriciis ſeu hunc: ſeu illum delatura honorẽ: fruſtra certare ſuperſedit: & principes plebis ea comitia malebãt: quibus non haberetur ratio ſua: quam quibus ut ĩdigni ꝑterirentur: tribuni quoq; plebis certamẽ ſine effectu in beneficio apud primiores patrum reliquere. T. Quintius Barbatus ĩterrex conſules creat. L. Papyrium Mugilanum. L. Semproniũ Atratinum. His conſulibus cũ ardeatibus fœdus renouatum eſt: idq; monumenti eſt: conſules eos illo anno fuiſſe: q neq; ĩ aĩalibus priſcis: neq; ĩ libris magiſtratuum inueniunt: credo quod tribuni militum initio anni fuerunt: eo perid: ac ſi totum annum ĩ imperio fuerint: ſuffectis his conſulibus ꝑtermiſſa noĩa conſulum horum. Licinius Macer auctor eſt: & ĩ fœdere ardeatino: & in linteis libris ad Monetæ inuentis. Et foris cũ tot terrores a finitimis oſtentati eſſent: & domi otium fuit. Hũc annum ſeu tribunos modo: ſeu tribunis ſuffectos conſules quoq; habuit: ſeqtur annus haud dubiis conſulibus. M. Geganio Macerio iterum. T. Quĩtio Capitolino. V. conſule. Idem hic annus cẽſuræ initium fuit rei a parua origine ortæ quæ deĩde tanto ĩcremento aucta eſt: ut moꝝ diſciplinæq; romanæ penes eã regimen: ſenatus: equitumq; centuriis decoris dedecoriſq; diſcrimen: ſub dicione eius magiſtratus publicorum ius priuatorumq; locoꝝ: uectigalia Po. Ro. ſub nutu: atq; arbitrio eſſent. Ortum autem initiũ rei eſt: quod ĩ populo ꝑ multos annos ĩcenſo: neq; differri cenſus poterat: neq; conſulibus cum tot populoꝝ bella ĩminerent: operæ erat id negocium agere: mentio illata ab ſenatu eſt: rem operoſam: ac minime cõſularem ſuo proprio magiſtratu egere: cui ſcribarum miniſteriũ cuſtodiæq;: & tabularum cura: cui arbitriũ formulæ cenſendi ſubiiceretur. Patres ꝗꝗ rem paruam: tamen quo plures patricii magiſtratus in repu. eſſent: læti accepere id quod euenit: futurum etiam credo rati: mox ut ope eoꝝ: qui ꝑeſſent ipſi honori: ius maieſtatemq; adiicerent: & tribuni id quod tunc erat magis neceſſarium ꝗ ſpecioſi miniſterii procurationem ĩtuẽtes: ne ĩ paruis quoq; rebus ĩcommode aduerſarentur: haud ſane tetendere: cum a primoribus ciuitatis ſpretus honor eſſet: Papyrium Semproniumq;: quoꝝ de conſulatu dubitat: ut eo magiſtratu parum ſolidum conſulatum explerẽt: cẽſui agendo populus ſuffragiis ꝑfecit: cenſores ab re appellati ſunt.

Tribuni militares conſulari poteſtate

L. Papyri⁹. L. Sẽpronius conſul.

M. Geganius. T. Quĩti⁹ cõſul.

Cenſoriæ ꝑtãtis origo

Papyri⁹ & Sẽpronius primi cenſores

Dum hæc Romæ geruntᷣ: legati ab Ardea ueniunt pro ueterrima ſocietate: renouatoq; fœdere recenti auxiliũ prope euerſæ urbi ĩplorantes: frui nãq; pace optimo cõſilio cũ po. ro. ſeruata ꝑ inteſtina arma non licuit: quorum cã atq; initiũ tradit ex certamĩe factionũ ortũ: quæ fuere erũtq; plurib⁹ populis magis exitio: quã bella externa: ꝗ fames morbiue: quæq; alia in deũ iras uelut ultima publicorũ maloꝝ uertũt. Virginẽ plebeii generis maxĩe forma notam petiere iuuenes: alter uirgini genere par tutoribus frætus: qui & ipſi eiuſdẽ corporis erãt: nobilis alter nulla re præterꝗ forma captus: adiuuabant eũ optimatium ſtudia: per quæ in domũ quoq; puellæ certamẽ partium penetrauit: nobilis ſuperior iudicio matris eſſet: quæ ꝗ ſplendidiſſimis nuptiis iungi puellam uolebat: tutores in ea quoq; re partium memores ad ſuum tẽdere cum res peragi intra parietes nequiſſet: uentum in ius eſt: poſtulatu audito matris tutorumque magiſtratus ſecundum parentis arbitrium dant ius nuptiarum: ſed uis potentior fuit: namq; tutores inter ſuæ partis homines de iniuria decreti palam in foro concionati: manu facta uirginem ex domo matris rapiunt: aduerſus quos infeſtior coorta optimatium acies ſequitur accenſum iniuria iuuenem: fit prælium atrox: pulſa plebs nihil romanæ plebi ſimilis armata ex urbe profecta colle quodam capto in agros optimatim cum ferro igniq; excurſiones facit: urbem quoq; omnis etiam expertem ante certaminis: multitudine opificum ad ſpem prædæ euocata obſidere parat: nec ulla ſpecies cladeſq; belli abeſt: uelut contacta ciuitate rabie duorum iuuenum: funeſtas nuptias ex occaſu patriæ petentium. Parum parti utriq; domi armorum belliq; eſt uiſum: optimates romanos ad auxilium urbis obſeſſæ plæbs ad expugnandam ſecum At

Atẽ. ĩ nuptiis certamen

deam Volſcos excitere. Priores Volſci duce equo Ciuilio Ardea uenerũt: & mœnibus hoſtiũ uallũ obiece
Quod ubi Romam eſt nunciatũ: extẽplo. M. Geganius cõſul cum exercitu ꝓfectus tria milia paſſum ab
hoſte locũ caſtris cepit: precipitiq; iam die curare corpora milites iubet: quarta deinde uigilia ſigna ꝓfert:
cœptũq; opus adeo approperatũ eſt: ut ſole orto uolſci firmiore ſe munimento ab romanis circũuallatos:
quã a ſe urbẽ uiderẽt: & alia parte cõſul muro Ardeæ brachiũ iniũxerat: qua ex oppido ſui commeare poſ
ſent. Volſcus ĩperator: qui ad eã diẽ nõ cõmeatu ꝑparato: ſed ex populatione agroꝝ rapto in diẽ frumen
to aluiſſet militẽ: poſteaq̃ ſeptus uallo repẽte inops oĩum rerum erat ad colloquiũ cõſule uocato: ſi ſoluen
dæ obſidionis cã uenerit romanus: abductuꝝ ſe ĩde Volſcos ait. Ad uerſus ea cõſul uictis cõditiones acci
piẽdas eſſe nõ ferẽdas reſpõdit: neq; ut uenerint ad oppugnãdos ſocios Po. Ro. ſuo arbitrio: ita abituros
Volſcos eſſe dedi ĩperatorẽ: arma poni iubet fatẽtes uictos ſe eſſe & ĩperio parere: aliter tã abeuntibus: quã
manẽtibus ſe hoſtẽ ĩfenſũ uictoriã potius ex uolſcis: quã pacẽ infidã Romã relatuꝝ. Volſci exiguã ſpem

Volſci ad ardeam ſub ingatur

ĩ armis alia undiq; abſciſa cũ tẽptaſſent: præter cætera aduerſa loco quoq; iniquo ad pugnã cõgreſſi: iniq
iore ad fugã: cũ ab oĩ partæ cæderẽtur ad ꝑces a certamine uerſi: dedito ĩperatore: tradiſq; armis: ſub iugũ
miſſi: cũ ſingulis ueſtimẽtis: ignominiæ cladiſq; pleni dimittũtur: & cũ haud ꝓcul urbe Tuſculo cõſediſ
ſent: uetere Tuſculanoꝝ odio inermes oppreſſi dederũt pœnas: uix nunciis cædis relictis. Romanus con
ſul Ardeæ turbatas ſeditiõe res prĩcipibus eius motus ſecuri ꝑcuſſis: boniſq; eoꝝ ĩ publicũ ardeatium reda
ctis cõpoſuit demptãq; iniuriã iudicii tãto beneficio Po. Ro. ardeates credebãt: ſenatui ſupeſſe aliqd ad de
lendum publicæ auariciæ monumẽtum uidebatur. Conſul triumphans in urbem redit. Ciuilio uolſco
rum duce ante currum ducto: prælatiſq; ſpoliis: quibus dearmatum exercitum hoſtium ſub iugũ miſerat
Aequauit: quod haud facile eſt. Quintius conſul togatus armati gloriã collegæ: qua concordiæ paciſque
domeſticam curam iura ĩfimis ſummiſq; moderando ita tenuit: ut eum: & patres ſeuerum conſulem: &
plebs ſatis comem credederint: & aduerſus tribunos: auctoritatæ plura: quam certamine tenuit: quinq;
conſulatus eodem tenore geſti: uitaq; omnis conſulariter acta: uerendum pene ipſum magis quam hono
rabilem faciebat: eo tribunorum militarium nulla mentio his conſulibus fuit: Conſules creant. M. Fabiũ

M. Fabius poſthumius conſul

Vibulanum Poſthumium Ebutium Coruicinem. Fabius & Ebutius conſules quo maiori gloriæ rerũ
domi foriſq; geſtarum ſuccedere ſe cernebant: maxime autẽ memorabilẽ ãnum apud finitimos ſocios ho
ſteſq; eſſe: quod ardeatibus in re præcipiti tanta foret cura ſubuentum: eo impenſius ut delerẽt prorſus ex
animis hominum infamiam iudicii ſenatuſcõſultũ fecerunt: ut quoniã ciuitas ardeatiũ inteſtino tumultu
redacta ad paucos eſſet: coloni eo præſidii cauſa aduerſus Volſcos ſcriberentur. Hoc palam relatũ in tabu
las: ut plebem tribunoſq; falleret iudicii reſcidẽdi cõſilium initum: cõſenſerãt autẽ: ut multo maiore par
te rutulorum colorum: quã romanorum ſcripta: nec ager ullus diuideretur: niſi is: qui interceptus iudicio
infami erat: nec ulli prius romano ibi: quã oĩbus rutulis diuiſus eſſet: gleba ulla agri aſſignaretur. Sic ager

Ager ardeatibus reſtituet

ad ardeates rediit: triũuiri ad coloniã Ardeã deducendam creati Aggrippa Menenius. T. Cluilius: Sicu
lus. M. Ebutius Helua: qui preter minimæ populare miniſteriũ agro aſſignando ſociis quẽ Po. Ro. ſuũ
iudicaſſet: cum plebem offendiſſent: nec primoribus quidẽ patrum ſatis accepti: quod nihil gratiæ cuiuſq̃
dederãt: uexationes ad populum iam die dicta ab tribunis: coloni aſcripti remanendo ĩ colonia: quã teſtẽ
integritatis iuſticiæq; habebant: uitauere. Pax domi foriſq; fuit: & hoc & ĩſequenti anno. C. Furio Pacilio
&. M. Papyrio Craſſo cõſulidus. Ludi ab decẽuiris per ſeceſſionem plebis apatribus ex ſebatuſcõſulto uo
ti eo anno facti ſunt. Cauſa ſeditionum nequicq̃ a Pitilio quæſita: qui tribunus plebis iterũ ea ipſa denun
ciãdo factus: neq; ut de agris diuidendis plebi referrẽt cõſules ad ſenatum ꝑuincere potuit: & cũ magno cer
tamine obtinuiſſet: ut cõſulerẽtur ꝑres: cõſulũ an tribunoꝝ placeret comitia haberi: cõſules creari iuſſi ſũt.

Furius pacilius M. papirius conſul. Proculus geganius L. Meneniuſ conſ.

ludibrio erãt minæ tribuni denunciãtis ſe delectum ĩpedituꝝ: cũ quietis finitimis neq; bello: neq; belli ap
paratũ opus eſſet: Seqtur hãc trãqlitatẽ reꝝ annus: Proculo Geganio Macerino. L. Menenio Lanato con
ſulibus multiplici cladæ ac ꝑiculo inſignis: ſeditionibus: fame regno ꝓpe per largitionis dulcedinẽ ĩ ceruі
ces accepto. Vnum abfuit bellũ externũ: quo ſi aggrauatæ res eſſent, uix ope deoꝝ omniũ reſiſti potuiſſet.
Cepe a fame mala: ſeu aduerſus annus frugibus fuit: ſeu dulcedine cõcionum & urbis deſerto agroꝝ cul
tu: nã utrũq; traditur: & patres plebẽ deſidem: & tribuni plebis nunc fraudẽ: nũc negligẽtiã cõſulũ accuſa
bãt. Poſtremo ꝑpulere plebem haud aduerſante ſenatu: ut. L. M. ꝑfactus annonæ crearetur: felicior in eo
mgſatu ad cuſtodiã libertatis futurus quam ad curationem miniſterii ſui: q̃q̃ poſtremo annonæ quoque
leuatæ haud immeritam gratiam & gloriam tulit. Qui cum multis circa finitimos populos legatiõibus

Fames.

terra mariq; neq̃q̃ miſſis: niſi quod ex Ethruria haut ita multum frumenti aduectum ẽ: ut nullum mo
mẽtũ annonæ feciſſet: & reuolutus ad diſpenſationem inopiæ profiteri cogendo frumentum & uændere
qđ uſu menſtruo ſupeſſet: fraudandoq; partem diurni cybi ſeruitia: criminando ĩde & obiiciẽdo iræ po
puli frumentarios acerba inquiſitione aperiret magis: quam leuaret inopiã: multi ex plebe ſpe amiſſa po
tius: quam ut cruciarentur trahendo animam capitibus obuolutis ſe in tyberim precipitauerunt. Tũ Sp.

Sp. Melii largitio.

Melius ex equeſtri ordine, ut illis temporibus prædiues: rem utilẽ peſſimo exemplo: peiore cõſilio eſt ag
greſſus: frumento nãq; ex Ethruria priuata pecunia per hoſpitum clienniumq; miniſteria coepto: que cre
do ipſa res ad leuandam publica cura annonã ĩpedimento fuerat: largitiones frumẽti facere ĩſtituit: plebẽq;
hoc munere delinitam: quacunq; ĩcederet cõſpectus: eleatuſq; ſupra modum hominis priuati: ſecum trahe
re haud dubium conſulatum ei fauore: ac ſpe deſpondentem. Ipſe: ut eſt animus humanus inſatiabilis: eo
qđ fortuna ſpondet: ad altiora & non conceſſa tendere: & quoniã conſulatus quoq; eripiẽdus inuitis pa

tribus eſſet: de regno agitaret: id unũ dignũ tanto apparatu conſilio℞ & certaminũ: quod ingens exudãdũ
eſſe: p ræmiũ fore. Iam comitia cõſulatia inſtabãt: quæ res eũ nec dũ cõpoſitis: maturiſue ſatis cõſiliis op
preſſit. Cõſul. VI. creatus. T. Quintius Capitolinus minime opportunus uir nouãti res: collega additur

T. Quintius Agrippi conſul.

ei Aggrippa Menenius: cui Lanato erat cognomen: &. L. Minutius præfectus ãnonæ ſeu refectus: ſeu qđ
id res poſceret ĩ icertũ creatus: nihil. n. cõſtat niſi ĩ libros linteos utroque anno relatũ inter mgr̃atus p̃fecti
nomen. Hic Minutius eãdẽ reip. curationẽ agẽs. quã Melius priuati agẽdã ſuſceperat: cũ in utraq; domo
genus idẽ hoĩum uerſaretur: rẽ cõpertã ad ſenatũ refer: tæla ĩ domũ Melii cõferti: eumq; cõciones domi
haberet: ac nõ dubia regni cõſilia eſſe: tẽpus agẽdæ rei nõdum ſtare: cætera iã cõueniſſe: & tribunos merce
de emptos ad ꝑdendã libertatẽ & partita ducibus multitudinis miniſteria eſſe: ſerius ſe pene: quã tutũ fue
rit: ne cuius incerti uaniq; auctor eſſet: ea deferr. Q uæ poſteaq̃ ſunt audita: & undiq; primores patrũ &
prioris anni cõſules increparent: quod eas largitiones cœtuſq; plebis in priuata domo paſſi eſſent fieri: &
nouos cõſules qđ expectaſſent: donec a præfecto ãnonæ tãta res ad ſenatũ deferretur: quæ cõſulẽ nõ aucto
rem ſolũ deſiderare: ſed etiã uindicẽ. Tunc Quĩtius cõſules ĩmerito ĩcrepari ait qui cõſtricti legibus de pro
uocatione ad diſſoluendum imperium latis: neq̃ tantũ uiriũ in magiſtratu ad eã rem pro attrocitare uin
dicãdã: q̃tũ animi haberẽt: opus eſſe nõ forti ſolũ uiro: ſed etiam libero: exolutoq; legum uinculis. Itaq; ſe
dictatorem. L. Quintiũ diſtructũ: ibi aĩum parẽ tãtæ poteſtati eſſe. Approbantibus cunctis prio. Q uin
tius abnuere: & qđ ſibi uellent: rogitare: qui ſe ætate exacta tantæ dimicationi obiicerent: Dein cum undiq;
plus in illo ſenili animo non conſilii modo: ſed etiam uirtutis eſſe: quam in omnibus aliis dicerent: laudi

L. Quintius dictator

buſq; haud immeritis onerarent: & conſul nihil remitteret: præcatus tandem deos ĩmortales Cincinnatus
ne ſenectus ſua in tã trepidis rebus damno dedecoriq; reip. eſſet: dictator a conſule dicitur: ipſe deinde. C.
Seruilium Halam magiſtrum equitum dicit: Poſtero die: diſpoſitis præſidiis: cum in forum deſcendiſſet:
conuerſaq; in eum plebs nouitate rei ac miraculo eſſet: & meliani & ipſe dux eorum in ſe intentam uim tã
ti imperii cernerent: expertes conſiliorum regni: qui tumultus: quod bellum repens: aut dictatoriã maie
ſtatem: aut Quintium poſt octageſimũ annum rectorem reipublicæ quæſiſſet: rogitarẽt: miſſus ab dicta
tore Seruilius magiſter equitum ad Melium: uocat te: inquit dictator: cum pauidus ille: quid uellet. quere
ret: Seruiliuſq; cãm dicendam eſſe proponeret: crimenq; a Minutio delatum ad ſenatum diluendum: tunc
Melius recipere ſe in cateruam ſuorum: & primum circunſpectans tergiuerſari: poſtremo cum apparitor
iuſſu magiſtri equitum duceret: ereptus a circũſtantibus: fugienſq; fidẽ plebis romanæ ĩploraret: & oppri
mi ſe conſenſu patrum diceret: quod plebi benigne feciſſet: orare: ut opẽ ſibi ultimo in diſcrimĩe ferrent: ne
ue ante oculos ſuos trucidari ſinerent. Hæc eum uociferantem aſſecutus Hala Seruilius obtrũcat: reſperſuſ
que cruore obtruncati: ſtipatuſq; caterua patriciorum iuuenum dictatori renũciat: uocatũ ad eum Meliũ

Ap. Melius occiditur.

repulſo apparitore concitantem multitudinem pœnã meritã habere. Tũ dictator macte uirtute. inq̃t. Ser
uili eſto: liberata republica: tumultuãtem deinde multitudinem ĩcerta exiſtimatione facti ad cõcionem uo
cari iuſſit: & Melium iure cæſum pronunciauit: etiam ſi regni crimine inſons fuerit: q uocatus a magiſtro
eqtum ad dictatorem nõ ueniſſet: ſe ad cãm cognoſcẽdam conſcẽdiſſe: qua cognita habiturum fuiſſe meliũ
ſimilẽ cauſæ fortunam: uim parãtem ne iudicio ſe cõmitteret ui coercitũ eſſe: nec cũ eo tanq̃ cũ ciue agẽdũ
fuiſſe: ĩnatus in libero populo iter iura: legeſq;: ex qua urbe rege exactos ſciret: eodemq; ãno ſororis filios
regis: & liberos conſulis liberatoris patriæ pp pactionem indicatam recipiẽdo℞ ĩ urbẽ regũ a prẽ ſecuri ef
ſe percuſſos: ex qua Collatinũ Tarquinium conſulẽ nominis odio abdicare ſe magiſtratu atq; exulare iuſ
ſum: in qua de Sp. Caſſio poſt aliquot annos: propter conſilia inita de regno: ſupplicium ſumptum: ĩ qua
nuper decẽuiros bonis exilio capite mulctatos ob ſuperbiam regiam in ea: Sp. Melius ſpem regni cõcepe

Attur ferocem Quintii oronem ĩ Sp. Melium.

rit: & quis gomo: q̃q̃ nullam nobilitatem: nullos honores: nulla merita: cuiquam ad dominationẽ pan
dere uiã: ſed tamen Claudios: Caſſios conſulatibus: decẽuiratibus ſuis: maiorũq; honoribus: ſplendere fa
miliarum ſuſtuliſſe aĩos: quod neſas fuerit. Sp. Melium: cui tribunatus plebis magis optandus: quã ſpe
randus fuerit: frumentarium diuitem bilibre farris ſperaſſe libertatem ſe ciuium ſuorum emiſſe: cyboq;
obiiciendo ratum uictorem finitimo℞ oĩum populum in ſeruitutẽ perlici poſſe: ut quæ ſenatorem conco
quere ciuitas uix poſſet: regem ferret Romuli conditoris ab diis orti: recepti ad deos inſigna: atq; imperiũ
habentem non pro ſcelere id magis: quam pro monſtro habendum: Nec ſatis eſſe ſanguine eius expiatũ:
niſi tecta: parieteſq; intra quæ tantum amentiæ conceptum eſſet: diſſiparentur: bonaq; contacta pretiis re
gni mercandi publicarentur. Iubere itaq; quæſtores uændere ea bona: atq; in publicum redigere: domum
deinde: ut monumento area eſſet oppreſſæ neſariæ ſpei dirui extemplo iuſſit: id equimelium appellatum
eſt. L. Minutius boue aurato extra portam trigeminam eſt donatus ne plebe quidem inuita: quia frumẽ

eq meliũ Plinius non bo ue ſed ſtatua donatum ait.

tum melianum aſſibus in modios æſtimatum plebi diuiſit: Hunc Minutium apud quoſdam aucto
res tranſiſſe a patribus ad plebem undecimumque tribunum plebis cooptatum: ſeditionem motam ex
meliana cæde ſedaſſe inuenio: cæterum uix credibile numerum tribunorum patres augeri paſſos: idque
potiſſimum exemplum a patricio homine introductum: nec deinde id plebi conceſſum ſemel obti
nuiſſe: aut certe temptaſſe ſed ante omnia refellit falſum imaginis Titulum paucis ante annis lege cautum
ne tribunis collegã coopertare liceret. Qu. Cecilius: Quintus Iunius: Sextus Titinius: ſoli ex collegio
tribunorum neque tulerant de honoribus Minutii legem & criminari nunc Minutium: nunc Seruili
um apud plebem: querique indignam necem Melii non deſtiterant: peruicerunt igitur: ut tribunorum
militum: potius: quam conſulum comitia haberentur: haud dubii: quin ſex locis tot enim iã creati li

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tribuni militares

cebat: & plebeii aliqui profitendo ſe ultores fore melianæ cædis crearentur. Plebs q̄q̄ agitata multis eo anno & uariis motibus erat: nec plures: quam tres tribunos cõſulari poteſtate creauit: & in iis. L. Quintium Cincinnatũ filiũ: ex cuius dictaturæ inuidia tumultus q̄rebat̄: ꝑlatus ſuffragiis Quintio Mamerc⁹ Aemylius uir ſũmæ dignitatis. L. Iuliũ tert. creant. In hoꝝ magiſtratu Fidenæ colonia romana ad lartẽ Tolumniũ ueientiũ regẽ: ac ueientes defecere. Maius additũ defectioni ſcelus. C. Fulciniũ: Clocliũ Tulliũ. Sp. Antiũ. L. Roſciũ legatos romanos cãm noui cõſilii querẽtes iuſſu Tolũnii interfecerũt. Leuant q̄dã regis facinus in teſſeraꝝ proſpero iactu: uocẽ eius ambiguã: ut occidi iuſſiſſe uideretur: a fidenatibus exceptã: cãm mortis legatis fuiſſe: rẽ incredibilẽ interuẽtu fidenatiũ nouoꝝ ſocioꝝ cõſulentiũ de cæde ruptura ius gentiũ: non auerſum ab intentiõe luſus aium: nec deinde in horrorẽ uerſum facinus. Propius eſt fidẽ obſtringi fidenatiũ populũ: ne reſpicere ſpem ullã ab romanis poſſet cõſcientia tanti ſceleris uoluiſſe. Legatoꝝ: qui Fidenis cæſi erant: ſtatuæ publicæ in roſtris poſitæ ſunt. Cũ ueientibus fidenatibuſq; ꝑterq̄ finitimis populis: ab cãm ẽt tã nefanda bellũ exorſis: atrox dimicatio inſtabat. Itaq; ad curã ſũmæ reꝝ quieta plebe tribuniſq; eius nihil controuerſiæ fuit: qui conſules crearent̄. M. Gaganius Macerinus tert. &. L. Sergius Fidenas: a bello: credo: q̄d deinde geſſit appellatus. hic. n. primus cis Aniene cũ rege Veientiũ ſecũdo prælio conflixit: nec in cruentã uictoriã rettulit. Maior itaq; ex ciuibus amiſſis dolor: quã lætitia fuſis hoſtibus fuit: & ſenatus ut in trepidis rebus dictatorẽ dici Mamercũ Aemyliũ iuſſit: is magiſtrũ equitũ ex collegio prioris anni: uno ſimul tribuni militũ cõſulari ꝑtãte fuerãt. L. Quintiũ Cincinnatũ dignũ parente iuuenẽ dixit. Ad delectum a conſulibus habitum: centuriones ueteres belli periti adiecti: & numerus amiſſorum proxima pugna expletus. Legatos Quĩtium Capitolinum: &. M. Fabium Vibulanum ſequi ſe dictator iuſſit. Tum poteſtas maior: tum uir quoq; poteſtati par: hoſtes ex agro romano trans aniene ſubmouere: colleſq; intra Fidenas atq; aniene ceperunt referentes caſtra: nec ante in campos digreſſi ſunt: quã legiones auxilio faliſcorum uenerunt: tum demum caſtra ethuſcorum pro mœnibus fidenarum poſita. Et dictator romanus haud procul inde ad confluentes conſedit in utriuſq; ripis amnis: qua ſequi munimento poterat uallo interpoſito: poſtero die in aciem eduxit. Inter hoſtes uariæ fuere ſententiæ: faliſcus procul ab domo militiam ægre patiens: ſatiſq; fidens ſibi poſcere pugnam: ueienti fidenatiq; plus ſpei in trahendo bello ẽẽ. Tolumnius: quãq̄ ſuorum magis placebant conſilia: ne longinquam militiam non paterentur faliſci: poſtero die ſe pugnaturũ dicit: Dictatori ac romanis: quod detrectaſſet pugnam hoſtis: animi acceſſere. Poſtero die: iam militibus caſtra urbemq; ſe oppugnaturos fremẽtibus: ni copia pugnæ fiat: utrinq; acies inter bina caſtra in medium cãpi ꝓcedunt. Veiens multitudine abũdans: qui inter dimicationẽ caſtra romana aggrederentur. poſt montes circũmiſit: trium populoꝝ exercitus ita ſtetit inſtructus: ut dexterum cornu ueientes: ſiniſtrum faliſci tenerent: medii fidenates eſſent. Dictator dextero cornu aduerſus faliſcos. ſiniſtro contra ueientem Capitolinus Quintius intulit ſigna: ante mediam aciem cũ equitatu magiſter equitum proceſſit: Parump ſilentium & quies fuit: nec Ethruſcis: niſi cogerentur: pugnã inituris: & dictatore arcem romanam reſpectante: ut ex auguribus ſimul aues rite admiſſæ eſſent: ex compoſito tolleretur ſignũ quod ſimul ubi conſpexit primos equites: clamore ſublato: in hoſtem emiſit: ſecuta peditum acies ingenti ui conflixit: nulla parte legiões Ethruſcæ ſuſtinere impetum romanorum: eques maxime reſiſtebat: equitumq; longe fortiſſimus ipſe rex: ab omni parte effuſe ſequentibus obequitans romanis trahebat certamẽ

Coſſus lartem' Tolumnium occidit

Erat tum inter equites tribunus militum. A. Cornelius Coſſus eximia pulchritudine corporis animo ac uiribus par: memorq; generis: quod ampliſſimum acceptum maius auctiuſq; reliquit poſteris: is cum ad impetum Tolumnii quacunq; ſe intendiſſet: trepidantes romanas uideret turmas: inſignemq; cum regio habitu uolitantem tota acie cognouiſſet: hiccine eſt: inquit ruptor fœderis humani: uiolatorq; gentium iuris: iam ego hanc mactatam uictimam: ſi modo ſancti quicq̄ in terris eſſe dii uolunt: legatoꝝ manib⁹ dabo: calcaribus ſubditis infeſta cuſpide in unum fertur hoſtem: quẽ cũ ictum equo deieciſſet: confeſtim & ipſa haſta innixus ſe in pedes excipit: aſſurgentẽ ibi regẽ umbone reſupinat: repetitumq; ſæpius cuſpide ad terram affixit: tum exangui detracta ſpolia: caputq; abſciſſum uictor ſpiculo gerens terrore cæſi regis hoſtes fundit: ita equitum quoq; fuſa acies: quæ una fecerat anceps certamen. Dictator: fugatis legionib⁹ inſtat: & ad caſtra compulſos cædit: fidenatiũ plurimi locoꝝ noticia effugere in montes. Coſſus tyberim cum equitatu tranſuectus: ex agro ueientano ingentem detulit p̄dam ad urbẽ. Inter præliũ & ad caſtra romana pugnatũ eſt: aduerſus partẽ copiaꝝ ab Tolumnio: ut ante dictum eſt: ad caſtra miſſam. Fabius Vibulanus corona primum uallum defendit: intentos deinde hoſtes in uallum: egreſſus dextra principali cum triariis repente inuadit: quo pauore iniecto cædes minor: quia pauciores erant fuga non minus trepida quã in acie fuit. Oĩbus locis re bene geſta dictator ſenatuſconſulto iuſſuq; populi triumphans in urbẽ

Coſſus opima ſpolia deducit

redit. Longe maximum triũphi ſpectaculũ fuit. Coſſus ſpolia opima regis interfecti gerens: in eũ milites carmina incondita æquantes eum Romulo canere: ſpolia in æde Iouis Feretrii prope Romuli ſpolia: quæ prima opima appellata ſola ea tẽpeſtate erant: cum ſolemni dedicatione dono fixit: auerteratq; in ſe a curru dictatoris ciuiũ ora & celebritatis eius diei fructum prope ſolus tulerat. Dictator coronã aureã libræ pondo ex publica pecunia populi iuſſu in capitolio Ioui donũ poſuit. Oẽs ante me auctores ſecutus. A. Corneliũ Coſſum tribunũ militũ ſecũda ſpolia opima Iouis Feretrii tẽplo intuliſſe expoſui: cæteꝝ ꝑterq̄ quod ea rite opima ſpolia habentur: quæ dux duci detraxerit: nec ducẽ nouimus: niſi cuius auſpicio bellũ geritur: titulus ipſe ſpoliis iſcriptus illos meq; arguit: conſulẽ ea Coſſum cepiſſe: hoc ego cum Auguſtum Cæſarẽ temploꝝ oĩum conditorem aut reſtitutorem ingreſſum ædẽ Feretrii Iouis: quã uetuſtate dilapſã

Romani legati fideius cæſi

Statuſt legatis cæſis in roſtris poſite.

M. Geganius L. Sergius conſ.

releciт ſeipſum in thorace linteo ſcriptum legiſſe audiſſem ꝓpe ſacrilegiũ ratus ſum Coſſum ſpolioꝝ ſuo-
rum: Cæſareq; ipſius tẽpli auctorem ſubtrahere teſtẽ: q ſi ea ĩ re error: qđ tam ueteres annales quodq; ma-
giſtratuũ libri: quos linteos ĩ æde repoſitos Monetæ Macer Licinius citat idẽtidem auctores: ſeptimo poſt
demum anno cũ. T. Quintio Peno Aulum Corneliũ Coſſum conſulẽ habeant: eſtimatio cõis omnibus
eſt: nam ẽt illud accedit: ne tam clara pugna ĩ eum annũ transferri poſſet: qđ ĩbelle triẽnium ferme peſtilẽtia
ĩopiaq; frugum circa. M. Corneliũ conſulẽ fuit: adeo ut qdam annales uelut funeſti nihil ꝑter nomina cõ
ſulum ſuggerant: tertius ab cõſulatu Coſſi ãnus tribunũ eum militũ conſulari ptãte habet: eodẽ ãno magi-
ſtrum eqtum quo in ĩperio alteram ĩſignem ædidit pugnam equeſtrem: ea libera coniectura eſt: ſed ut ego
arbitror: uana uerſare in oẽs opiniões licet: cum auctor pugnæ recẽtibus ſpoliis ĩ ſacra ſede poſitis: Iouem
prope ipſum: cui uota erant: Romulũq; ĩtuens: haud ſpernendos falſi tituli teſtes ſeſe. A. Cornelium conſu
lem ſcripſerit. M. Cornelio maluginenſe. L. Papyrio Craſſo conſulibus: exercitus ĩ agrum ueientem ac fa- M. Corne
liſcum ducti: prædæ abactæ hominum pecorumq;: hoſtis ĩ agris nuſquam ĩuentus: neq; pugnandi copia lius. L.
facta: urbes tamen non oppugnatæ qa peſtilentia populum ĩuaſit & ſeditiones domi queſitæ ſunt: nec mo Papyrius
tæ tamen ab Sp. Melio tri. ple. q fauore nominis moturum ſe aliquid ratus: & Minutio diem dixerat: & cõſ. Clau.
rogationem de publicandis bonis Seruilii Halæ tulerat: falſis criminibus a Minutio circũuẽtum Melium Iulio. L.
arguens Seruilio cædem ciuis ĩdemnati obiiciẽs: quæ uaniora ad populum ipſo auctore fuere: cæterũ ma Virginio
gis uis morbi ĩgraueſcens curæ erat terroreſq; ac prodigia: maximeq; crebris motibus terræ ruere ĩ agris conſul.
nunciabantur tecta obſecratio itaq; a populo duumuiris præeuntibus facta. Peſtilentior inde annus Clau
dio Iulio iterum &. L. Virginio conſulibus: tantum metum uaſtitatis ĩ urbem agriſq; fecit: ut non modo
prædandi cauſa quiſquam ex agro romano non exiret: belliue ĩferendi memoria patribus aut plebi eſſet:
ſed ultro fidenates: qui ſe primo aut oppido aut montibus aut muris tenuerant: populabundi deſcenderẽt
in agrum romanum: deinde ueientium exercitu accito: nam faliſci perpelli ad inſtaurandum bellum: ne-
q; clade romanorum: neq; ſociorum precibus potuere: duo populi tranſiere anienem: atq; haud procul
collina porta ſigna habuere: Trepidatum itaq; non in agris magis: quam in urbe eſt. Iulius conſul in agge
re muriſq; explicat copias: Ab Virginio ſenatus in æde Quirini conſulitur dictatorem dici. A. Seruiliũ pla
cet: cuiq; Priſco alii: alii Structo fuiſſe cognomẽ tradunt. Virginius: dum collegam cõſuleret moratus: per
mittente eo nocte dictatorem dixit: is ſibi magiſtrum eqtum Poſthumium Ebucium Heluiũ dicit. Dicta
tor oẽs luce prima extra portam collinam ad eſſe iubet qbuſcunq; uires ſuppetebant ad arma ferenda: præ-
ſto fuere: ſigna ex ærario prompta feruntur ad dictatorem: quæ cum agerentur: hoſtes ĩ loca altiora conceſ
ſere eo dictator agmine ĩfeſto ſubit: nec ꝓcul Nomento: ſignis collatis: fudit hetruſcas legiones: compulit
inde in urbem Fidenas ualloq; circundedit ſed neq; ſcalis capi poterat urbis alta & munita: neq; ĩ obſidio-
ne uis ulla erat: qa frumentum non neceſſitati modo ſatis: ſed copiæ quoq; abunde ex ante conuecto ſuffi-
ciebat. Itaq; expugnandi pariter cogendiq; ad deditionem ſpe amiſſa: dictator ĩ locis propter propinqta-
tem notis ab auerſa parte urbis maxime neglecta: qa ſuapte natura tutiſſima erat: agere ĩ arcem cuniculum
inſtituit. Ipſe: diuerſiſſimis locis ſubeundo ad mœnia quadrifariam diuiſo exercitu: qui alii: aliis ſuccede- Fidenæ
rent ad pugnam: continenti die ac nocte prælio: ab ſenſu opis hoſtes auertebat: donec pfoſſo a caſtris mon- capiunt
te: erecta ĩ arcem uia eſt: intentiſq; hetruſcis ad uanas a certo periculo minas clamor ſupra caput hoſtilis ca Villa pu-
ptam urbẽ oſtendit. Eo anno. C. Furius. P. Acilius: &. M. Geganius Macerinus cẽſores uillam publicam blica
in cãpo martio probauerunt: ibiq; primum cẽſus populi eſt actus. Eoſdem conſules ĩ ſequenti anno refe-
ctos Iulium tertiũ. Virginium iteꝝ apud Macrum Licinium inuenio. Valerius Antias: &. Qu. Tubero.
M. Manilium &. Qu. Sulpicium conſules ĩ eum annum edunt: cæteꝝ in tam diſcrepanti editione & Tu-
bero & Macer libros linteos auctores profitentur: neuter tribunos militum eo anno fuiſſe traditum a ſcri-
ptoribus antiqs diſſimulat Licinio libros haud dubie ſeq linteos placet & Tubero ĩcertus ueri eſt ſed inter
cætera uetuſtate incomperta hoc quoq; in ĩcerto poſitum. Trepidatum in hetruria eſt poſt Fidenas captas:
non ueientibus ſolum exterritis metu ſimilis excidii: ſed etiam faliſcis memoria initi primo cum iis belli:
quãq̃ repellantibus non affuerant. Igitur cum duæ ciuitates: legatis circa. xii. populos miſſis: impetraſſent
ut ad Voltumnæ fanum indiceret omni hetruriæ concilium: Velut magno inde tumultu ĩminente: ſena- Voltũnæ
tus Mamercum Aemylium dictatorem iteꝝ dici iuſſit. Ab eo Aurelius Poſthumius. Tubero magiſter eq fanum
tum eſt dictus: belliq; tanto maiore: quam proximo conatu apparatum eſt: quanto plus erat ab omni he-
truria piculi quam ab duobus populis fuerat. Ea res aliquanto expectatiõe oĩum tranqlior fuit. Itaq; cum
renunciatum a mercatoribus eſſet: negata ueientibus auxilia: iuſſoſq; ſuo conſilio bellum initum ſuis uiri
bus exeq: nec aduerſaꝝ reꝝ qrere ſocios: cum quibus ſpem ĩtegram cõicati non ſint: tũ dictator ne nequicq̃
creatus eſſet: materia quærendæ bello gloriæ adempta: in pace aliquid operis edere: quod monumentum
eſſet dictaturæ cupiens: cenſuram minuere parat: ſeu nimiam poteſtatem ratus ſeu non tam magnitudine
honoris: quam diuturnitate offenſus. Concione itaq; aduocata: rempublicam foris gerendam ait: tutaq; Dictatu-
omnia præſtanda deos ĩmortales ſuſcepiſſe: ſe quod intra muros agẽdum eſſet libertati populi romani cõ ra ĩ annũ
ſultuꝝ: maximam autem eius cuſtodiam eſſe: ſi magna imperia diuturna non eſſent & temporis modus & dimi-
imponeretur: quibus iuris imponi non poſſet: Alios magiſtratus annuos eſſe: quinquẽnalem cenſuram dium cõ-
grauem eſſe: iiſdem p tot annos magna parte uitæ obnoxios uiuere: ſe legem latuꝝ: ne plus: quam annua tracta
ac ſemeſtris cenſura eſſet. Conſenſu ingenti populi legem poſtero die pertulit: ut re ipſa: inquit: ſciatis quiri
tes: quam mihi diuturna non placeãt imperia: dictatura me abdico: depoſito ſuo magiſtratu: modo alio-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eum magiſtratui impoſito: ſine alteri congratulatione ac fauore ĩgeniti populi domum eſt reductus. Cen
ſores ægre paſſi Mamercum: qđ magiſtratum populi romani minuiſſet: tribu. mouerũt: octuplicatoq; cẽ
ſu ærariũ fecerunt. Quã rẽ ipſum ingenti aĩo tuliſſe ferunt: cãm potius ignominiæ ĩtuentem: quã ignomi
niã. Primores patrum quãq̃ diminutũ cenſuræ ius uoluiſſent: exẽplo acerbitatis cenſoriæ offenſos qppe
cum ſe qſq; diutius ac ſæpius ſubiectũ cenſoribus fore cerneret: q̃ cenſuram geſtuꝝ. Populi certe tanta ĩdi
gnatio coorta dr: ut uis a cenſoribus nullius auctoritate præterq̃ ipſius Mamerci deterreri querit. Tribuni
plebis aſſiduis concionibus prohibendo conſularia comitia: cum res prope ad ĩterregnum perducta eſſet:
euicere tandem: ut tribuni militũ conſulari ptãte crearent̃ uictoriæ præmium: qđ petebat̃ ut plebeius crea
ret̃: nullum fuit. Omnes patritii creati ſunt. M. Fabius. Vibularius. M. Folius. L. Sergius Fidenas. Peſtilẽ
tia eo anno aliaꝝ reꝝ otium præbuit: ædes Apollini pro ualitudine populi uota eſt: multa duũuiri ex li
bris placandæ deum iræ: auertendæq; a populo peſtis cã fecere: magna tñ clades in urbe agriſq; promiſcue

Tribuni militũ cõſulari ptãte

hoĩum pecorũq; pernicie accepta: famem cultoribus agroꝝ timentes ĩ ethruriam pomptinũq; agrũ & Cu
mas: poſtremo ĩ Siciliam quoq; frumenti cã miſere. Conſularium comitioꝝ nulla mentio habita eſt: tribu
ni militum conſulari ptãte oẽs patritii creati ſunt. L. Pinarius Mamercus. L. Furius Medulin⁹. Sp. Poſthu
mius Albus. Eo anno uis morbi leuata: neq; a penuria frumenti: qa ante prouiſum erat: piculum fuit Cõ

Aedes apollini uota

ſilia ad mouenda bella in Volſcoꝝ Equorũq; conciliis: & ĩ ethruria ad fanum Voltũnæ agitata. Ibi prola
tæ ĩ annum res: decretoq; cautum ne qđ ante conſilium fieret: nequicq̃ ueniente populo q̃rente: eandem: qua
Fidenæ delectæ ſint: iminere Veiis fortunam. Interim Romæ pricipes plebis iamdiu nequicq̃ ĩminente ſpe
maioris honoris: dum foris otium eſſet: cœtus ĩdicere in domos tribunoꝝ plebei. Ibi ſecreta conſilia agita
re: q̃ri ſe a plebe adeo ſpretos: ut cum p tot annos tribuni militum conſulari ptãte crearentur: nulli unq̃ plebe
io ad eum honorẽ aditus fuerit: multum prouidiſſe ſuos maiores q cauerint: ne cui patritio plebeii magi

Plebeius ingrat⁹ nõ patet patritiis

ſtratus paterent: aut patritios habẽdos fuiſſe tribunos plebis: adeo ſe ſuis ẽt ſordere: nec a plebe minus: quã
a patribus contẽni. Alii purgare plebem: culpam ĩ patres uertere: eoꝝ ambitione artibuſq; fieri: ut obſeptũ
plebi ſit ad honorem iter: ſi plebi reſpirare ab eoꝝ mixtis precibus miniſq; liceat: memorem eam ſuorum
inituram ſuffragia eſſe: & parto auxilio ĩperium quoq; aſciturã. Placet tollendæ ambitionis cã tribunos
legem promulgare: ne cui album ueſtimentum addere petitionis cã liceret: parua nunc res: & uix ſerio agẽ
da uideri poſſit quæ tunc ĩgenti certamĩe patres ac plebem accendit. Vicere tamen tribuni: ut legem pferrẽt:
apparebatq; irritatis animis plebem ad ſuos ſtudia ĩclinaturam: quæ ne libera eſſent: ſenatuſconſultum fa
ctum eſt: ut conſularia comitia haberentur: tumultus cauſa fuit. quem ab eqs: & Volſcis latini: atq; Herni

T. Quintius Gn. Iuli⁹ cõſ.

ci nunciarent. T. Quintius. L. filius Cincinnatus eidem & Peno cognomen addit̃: &. Gn. Iulius Mento
conſules facti: nec ultra terror belli eſt dilatus lege ſacrata: quæ maxima apud eos uis cogendæ militiæ erat
delectu habito: utrinq; ualidi exercitus profecti in Algidum conuenere: ibiq; ſeorſum Equi: ſeorſum Vol
ſci caſtra cõmuniuere: ĩtentiorq; quam unq̃ ante muniendi exercendiq; militem cura ducibus erat: eo plus
nuncii terroris Romam attulere. Senatui dici dictatorem placuit: qa & ſi ſæpe uicti populi: maiore tamẽ
conatu: quam alias unq̃ rebellarent: & aliq̃tum romanæ iuuentutis morbo abſumptum erat: ante oĩa pra
uitas conſulum: diſcordiaq; ĩter ipſos & certamina ĩ conſiliis oĩbus terrebant. Sunt q male pugnatum ab
his conſulibus ĩ Algido auctores ſint: eamq; cãm dictatoris creandi fuiſſe. Illud ſatis conſtat ad alia diſcor
des: ĩ uno aduerſus patrum uoluntatem conſenſiſſe ne dicerent dictatorẽ: donec cum alia aliis terribiliora
afferent̃: nec in auctoritate ſenatus conſules eſſent. Quintus Seruilius Priſcus ſummis honoribus egregie
uſus: uos: inqt: tribuni plebis: quoinam ad extrema uentum eſt: ſenatus appellat: ut in tanto diſcrimine rei
publicæ dictatorem dicere conſules pro ptãte ueſtra cogatis. Qua uoce audita: occaſiõem oblatam rati tri
buni augendæ ptãtis ſecedunt: proq; collegio pnunciant placere conſules ſenatui dicto audientes eſſe: ſi ad
uerſus conſenſum ampliſſimi ordinis ultra tendant: in uincula ſe duci eos iuſſuros. Conſules a tribunis:
quam a ſenatu uinci maluerunt pditum a patribus ſummi ĩperii ius: datũq; ſub iugum tribuniciæ ptãti
conſulatũ memorantes: ſi qdem cogi aliqd pro ptãte ab tribuno conſules: & quo qd ulterius priuato timẽ
dum foret: in uincula ẽt duci poſſent. Sors ut dictatorem diceret: nam ne id qdem ĩter collegas cõuenerat.

Tribuni cõſules p ptãte cogunt

T. Quintio euenit: is. A. Poſthumiũ Tubertum ſoceꝝ ſuum ſe ueriſſimi ĩperii uiꝝ dictatorem dixit: ab
eo. L. Iulius magiſter eqtum eſt dictus ſimul edicit̃ & iuſticium: neq; aliud tota urbe agi: quam bellũ ap
parari: cognitio uacantium militiæ munere poſt bellũ differt̃ ita dubii quoq; ĩclinant ad noĩa danda: &
Hernicis: latiniſq; milites ĩperati: utrinq; obnixe obeditum dictatori eſt. Hæc oĩa celeritate ingenti acta: re
lictoq; Gn. Iulio cõſule ad pſidium urbis: &. L. Iulio magiſtro eqtum ad ſubita belli miniſteria: ne qua
res: qua eguiſſent ĩ caſtris: moraret̃: dictator peunte. A. Cornelio põtifice maximo ludos magnos tumul
tus cã uouit: pfectuſq; ab urbe: diuiſo cum Quintio cõſule exercitu: ad hoſtes puenit. Sicut bina caſtra ho
ſtiũ paruo ĩter ſe ſpatio diſtantia uiderant: ipſi quoq; mille ferme paſſus ab hoſte. dictator Tuſculo: conſul

Ludi magni uoti

Lanuuio propiorẽ locum caſtris ceperũt. Ita quattuor exercitus totidem munimẽta planiciem in medio
non paruis modo excurſionibus ad prælia ſed uel ad explicandas utrinq; acies ſatis patentẽ habebant: nec ex
quo caſtris caſtra collata ſunt: ceſſatum a leuibus præliis eſt. facile patiẽte dictatore conferendo uires ſpem
uniuerſæ uictoriæ temptato paulatim euentu certaminum ſuos pcipere. Itaq; hoſtes nulla in prælio iuſto
relicta ſpe: nocte adorti caſtra cõſulis: rẽ in caſum ancipitis euẽtus cõmittũt. Clamor ſubito ortus: nõ con
ſulis mõ uigiles: exercitum deĩde oẽm: ſed dictatorem quoq; ex ſomno exciuit. Vbi pſenti ope res egebãt:
conſul nec aĩo deficit: nec cõſilio: pars militum portaꝝ ſtationes firmant: pars corona uallum cingunt. In

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

alteris apud dictatorem caſtris quo minus tumultus ẽ:eo plus aĩaduertit᷑:qd opus facto ſit miſſum extẽplo ad caſtra ſubſidiũ:cui. Sp. Poſthumius albus legatus præficit᷑. Ipſe parte copiaꝝ paruo circuitu locũ maxime ſecretũ ab tumultu petit unde ex nec opinato aduerſum hoſtẽ ĩuadat. Qu. Sulpiciũ legatum ꝑfecit caſtris. M. Fabio legato aſſignat eqtes nec ante lucẽ mouere iubet:manũ ĩter nocturnos tumultus moderatu difficilẽ. Oĩa:quæ uel alius ĩperator prudẽs & ĩpiger in tali re ꝑciperet ageretq;:ꝑcepit ordine: atq; egit. Illud eximiũ cõſilii aĩq; ſpecimẽ & neutiq; uulgatæ laudis:qd ultra ad oppugnanda caſtra hoſtiũ: unde maiore agmĩe ꝓfectos exploratũ fuerat. M. Geganiũ cũ cohortibus delectis miſit. Qui poſteaq̃ ĩtentos hoĩes in euentũ ꝑiculi alieni:ꝓ ſe ĩ cautos neglectis uigiliis ſtatiõibuſq; eſt adortus prius pene cœpit caſtra q̃ oppugnati hoſtes ſatis ſcirent. Inde fumo:ut cõuenerat:datũ ſignũ:ubi cõſpectũ a dictatore eſt:exclamat: capta hoſtiũ caſtra nunciariq; paſſim iubet. Et iã luceſcebat:oĩaq; ſub oculis erãt:& Fabius cum eqtatu impetũ dederat:& cõſul eruptionẽ e caſtris ĩ trepidos iã hoſtes fecerat. Dictator ãt parte altera ſubſidia: & ſecũdam aciẽ adortus:circũagentes ad diſſonos clamores ac ſubitos tumultus:hoſti undiq; obiecerat uictorem peditẽ eqtemq;. Circũuenti igit᷑ iam ĩ medio ad unum oẽs pœnas rebelliõis dediſſent:ni Vectius Meſſius rex uolſcis nobilior uir factis quã genere:iam orbẽ uoluẽtes ſuos ĩcrepans clara uoce:Hic præbituri: inqt uos tælis hoſtiũ eſtis indefenſi:inulti? qd igit᷑ arma habetis? aut qd ultro bellum ĩtuliſtis? in otio tumultuoſi:ĩ bello ſegnes qd hic ſtantibus ſpei eſt an deũ aliquem ꝓtectuꝝ uos rapturumq; hic putatis? ferro uia faciẽda eſt hac:qua me progreſſum uideritis:agite:q uiſuri domos:parẽtes: coniuges: liberos eſtis: item ecum:nõ murus nec uallum:ſed armati armatis obſtant uirtute pares:neceſſitate:quæ ultimũ ac maximum telum eſt:ſuperiores eſtis. Hæc locutũ exequentẽq; dicta redintegrato clamore ſecuti dãt impreſſionem:qua Poſthumius albus cohortes obiecerat:& mouerunt uictorẽ:donec dictator plebem iam referentibus ſuis aduenit:eoq; oẽ præliũ uerſum eſt: Vni uiro Meſſio fortuna hoſtiũ initit᷑: multa utrinq; uulnera:multa paſſim cædes eſt. Iam ne duces qdem romani ĩcruenti pugnãt. Ibi Poſthumius ictus ſaxo ꝑfracto capite acie exceſſit. Non dictatorem humerus uulneratus:nõ Fabium ꝓpe affixũ equo femur:nõ brachium abſciſum cõſulem extã ancipiti prælio ſummouit. Meſſium ĩpetus ꝑ ſtratos cæde hoſtes cum globo fortiſſimoꝝ iuuẽtum extulit ad caſtra Volſcoꝝ:quæ nondũ capta erãt eodem oĩs acies ĩclinatur. Conſul effuſos uſq; ad uallum ꝑſecutus:ipſa caſtra uallũq; aggredit᷑:eodem & dictator alia parte copias admouet:nõ ſegnior oppugnatio eſt:quam pugna fuerat. Conſulẽ ſignum quoq; ĩtra uallum inieciſſe ferũt:quo milites acrius ſubirent repetendoq; ſigno primam ĩpreſſionem factam:& dictator pro tuto uallo iam ĩ caſtra bellum ĩtulerat tum abiici arma paſſim ac dedi hoſtes cœpti:caſtriſq; & his captis:hoſtes præter ſenatores oẽs uenũdati ſunt:Prædæ pars ſua cognoſcentibus latinis:atq; hernicis addita partem ſub haſta dictator uendidit:præpoſitoq; cõſule caſtris ipſe triumphans ĩuectus urbem:dictatura ſe abdicauit:Egregiæ dictaturæ triſtẽ memoriam faciunt:q filium ab. A. Poſthumio:quo occaſione bene pugnandi captus iniuſſu diſceſſerit præſidio:uictorem ſecuri ꝑcuſſum tradunt:nec libet credere:& licet in uariis opinionibus argumento eſt:quod ĩperia malliana non poſthumiana appellata ſint:quoniam qui prior auctor tam ſæui exempli foret:occupaturus ĩſignem titulum crudelitas fuerit:imperioſo quoq; Mallio cognomen ĩditũ: Poſthumius nulla triſti nota eſt ĩſignitus. C. Iulius conſul ædem Apollinis:abſente collega:ſine ſorte dedicauit:ægre id paſſus Quintius: cũ dimiſſo exercitu ĩ urbẽ rediſſet:ne qcquam in ſenatu eſt conqueſtus. Inſignis magnis rebus anno addit᷑:nihil tum ad rem romanam ꝑtinere uiſum:quod carthaginenſes tanti hoſtes futuri:tũ primum ꝑ ſeditiones ſiculoꝝ ad partis alterius auxilium ĩ Siciliam exercitum traiecere.

Att᷑ hoſtiũ cladẽ

Ro. uictor

Dubium an. poſthumius filiũ occiderit Carthaginenſes quo priuũ tpe ĩ ſiciliã traiecerint

ſis triumphus fuit incedentis per media caſtra cū armato ꝑſidio:cōiectis in eum oīum oculis: & omni ho ſtrenſis la
nore tribunū cōſuli æquantibus. Vbi ad ꝓtorium uentū eſt:conſul claſſico ad cōcionē uocat:orſuſq; meri/ us & glo
tas Decii laudes:interfante ipſo Decio diſtulit concionē:qui auctor oīa poſt habēdi:dū occaſio in mani/ ria
bus eſſet:ꝑpulit cōſulē:ut hoſtes & nocturno pauore attonitos:& circa collē caſtellatim diſſipatos aggre/
deretur:credere ēt aliquos ad ſe ſequendum emiſſos per ſaltū uagari. Iuſſæ legiones arma capere: egreſſæq;
caſtris cum per exploratores notior iam ſaltus eſſet:uia patentiore ad hoſtem ducuntur: quem incautum
improuiſo adortæ: cum palati paſſim ſamnitium milites plæriq; inermes nec coire in unum: nec arma
capere:nec recipere intra uallum ſe poſſent:pauentem primum intra caſtra compellunt: deinde caſtra ipſa Att'. Sāni
turbatis ſtationibus capiunt:perfertur circa collem clamor:fugatq; ex ſuis quenque præſidiis:ita magna tium cæ/
pars abſenti ceſſit. Quos intra uallum egerat pauor. Fuere autem ad.xxx.millia oēs cæſi:caſtra direpta. des

Ita rebus geſtis conſul aduocata concione. P. Decii non cœptas ſolum ante:ſed cumulatas noua uirtute
laudes peragit:& ꝓter militaria alia dona:aurea corona eum:& cētū bobus eximioq; uno albo opimo au
ratis cornibus donauit. Milites:qui in ꝑſidio ſimul fuerāt duplici frumento in ꝑpetuū:in ꝑſentia ſingulis
bobus biniſq; tunicis donati. Secundum cōſulis donationē:legiōes gramineā coronā obſidionalē clamo/
re donū approbantes Decio īponūt:altera corona eiuſdē honoris īdex a ꝑſidio ſuo īpoſita ē:His decorat⁹
inſignibus bouē eximiū Marti īmolauit:centum boues militibus dono dedit:q ſecū ī expeditiōe fuerāt.
Hiſdem militibus legiones libras farris & ſextarios uini contulere:oīaq; ea ingenti alacritate ꝑ clamorem

militatē indicē oīum aſſenſus gerebant. Tertia pugna ad Sueſſulā cōmiſſa eſt: qua fugatus a. M. Valerio
ſamnitiū exercitus: omni robore iuuētutis domo accito certamine ultimo fortunā experiri ſtatuit: ab Sueſ
ſula nūcii trepidi Capuā: inde eqtes citati ad Valeriū cōſulē opē oratū ueniūt. Cōfeſtim ſigna mota relictis
īpedimētis caſtroꝝ ualido ꝑſidio raptim agit agmē: nec ꝓcul ab hoſte locū exiguū: ut qbus ꝑter equos cæ
teroꝝ iumētoꝝ calonūqꝫ turba abeſſet: caſtris cepit. Sānitiū exercitus uelut haud ulla mora pugnæ futura
eēt: aciē inſtruit: deinde poſteaq̄ nemo obuius ibat: infeſtis ſignis ad caſtra hoſtiū ſuccedit: ibi ut militē ī ual
lo uidit: miſſiqꝫ ab oī parte exploratū q̄ ī exiguū orbē cōtracta caſtra eſſent: paucitatē inde hoſtiū colligen
tes retulerūt: fremere oīs acies: cōplēdas eē foſſas ſcindēdūqꝫ uallū: & in caſtra irrūpendū: tranſactūqꝫ ea te
meritate bellū foret: ni duces cōtinuiſſent īpetū militū. Cæteꝝ qa multitudo ſua cōmeatibus grauis: & pri
ſedēdo ad Sueſſulā: & tū certaminis mora: haud procul ab rerū oīum inopia eēt: placuit dū incluſus ma
neret hoſtis frumētatū per agros militē ducit: interim & romano q expeditus quātū humeris iter arma ge
ri poſſet: frumēti ſecū attuliſſet: defutura oīa. Cōſul palatos per agros cū uidiſſet hoſtes: ſtatōes infrequētes
relictas: paucis milites adhortatus ad caſtra oppugnāda ducit: quæ cū primo clamore atqꝫ īpetu cepiſſet: plu
ribus hoſtiū in tētoriis ſuis: q̄ in portis ualloqꝫ cæſis: ſigna captiua in unū locū cōferri iuſſit: relictiſqꝫ dua
bus legionibus cuſtodiæ & ꝑſidii cā graui edicto monitis: ut donec ipſe reuertiſſet: ꝑda abſtinerēt: ꝓfectus
agmine inſtructo: cū ꝑmiſſus eques uelut indagine diſſipatos ſamnites ageret: cædē ingentē fecit: nā neqꝫ
ſigno coire inter ſe: neqꝫ utrū caſtra peterent: an lōgiorē intēderēt fugā territis cōſtare poterat: tantūqꝫ fugæ
XL. mil- ac formidinis fuit: ut ad. xl. millia ſcutoꝝ nequaq̄ tot cæſis: & ſigna militaria cū iis: quæ ī caſtris capta erāt
lia ſcuto- ad. clxx. ad cōſulē deferrent. Tū in caſtra hoſtiū reditū: ibiqꝫ oīs ꝑda militi data. Huius certaminis fortuna
rū ex ho- & faliſcos cū in induciis eēnt: fœdus petere ab ſenatu coegit: & latinos iā exercitibus cōparatis ab romano
ſte capta in pelignū uertit bellū. Neqꝫ ita rei geſtæ fama Italiæ ſe finibus tenuit: ſed carthaginēſes quoqꝫ legatos gra
Cartha. tulatū romā miſere cū coronæ aureæ dono: quæ in capitolio in Iouis cella poneret: fuit pōdo. xxv. Cōſu
donū au- les ambo de ſamnitibus triūpharūt: ſequēte Decio inſigni cū laude doniſqꝫ: cū incōdito militari ioco haud
reum Ro minus tribuni celebre nomē: quā cōſulū eēt. Cāpanorū deinde ſueſſanorūqꝫ auditæ legationes: ꝑcantibus
mā mit- datū ut ꝑſidiū eo in hyberna mitteret: quo ſamnitiū excurſiones arcerent. Iā tum minime ſalubris milita
tunt ri diſciplenæ Capua: inſtrumēto oīum uoluptatū delinitos militū aīos auertit a memoria patriæ: iniban
turqꝫ cōſilia in hybernis eodē ſcelere adimēdæ cāpanis Capuæ: per qđ illi eā antiquis cultoribus ademiſ
ſent: neqꝫ īmerito ſuū ipſorū exemplū in eos uerſurū. Cur aūt potius cāpani agrum Italiæ uberrimū: dignā
agro urbē: qui nec ſe: nec ſua tutari poſſint: quā uictor exercitus haberet: qui ſuo ſudore & ſanguine inde
ſamnites depuliſſet? An æquū eſſe dediticios ſuos illa felicitate atqꝫ amœnitate perfrui: ſe militando feſſos
in peſtilenti atqꝫ arido circa urbē ſolo luctari: aut in urbe inſidentē labem creſcentis in dies fœnoris pati?
Cl. Mar- Hac agitata occultis cōiurationibus: nec dū uulgata in oēs conſilia inuenit nouus conſul Claudius Marti
tius. Qu. us Rutilius: ui Cāpania ſorte ꝓuincia euenerat. Quinto Seruilio collega ad urbē relicto. Itaqꝫ cū oīa ſicut
Seruilius geſta erāt: per tribunos comperta: & ætate haberet & uſu doctus. qppe q iam quar. conſul eſſet: dictatorqꝫ
conſ. & cenſor fuiſſet: optimū ratus differendo ſpē quādocūqꝫ uellent cōſilii exequēdi: militarē īpetum fruſtra
rii: rumorē diſſipat in hiſdem oppidis: & anno poſt præſidia hybernatura: diuiſa. n. erant ꝑ Campaniæ ur
bes: manauerātqꝫ a Capua cōſilia in exercitū oēm. Eo laxamento cogitationibus dato: quieuit in ꝑſentia ſe
ditio: cōſul educto ī æſtiua milite: dū quietos ſamnites habebat: exercitū purgare miſſionibus turbulento
rum hoīum inſtituit: aliis emerita dicēdo ſtipendia eſſe: alios graues iam ætate eſſet aut uiribus parū uali
dos: qdam in cōmeatus mittebant. Singuli prio: deinde & cohortes q̄dam qa procul ab domo & rebus ſu
is hybernaſſent: per ſpeciem militariū uſuum magna pars ablegati: quā multitudinē conſul alter Romæ ꝑ
torqꝫ alias ex aliis fingendo moras retinebat: & prio quidem ignari ludificationis minime inuicti domos
reuiſebant: poſteaq̄ neqꝫ reuerti ad ſigna prios: nec ferme alium: quā q in Cāpania hybernaſſent: ꝑcipueqꝫ
ex iis ſeditionis auctores mitti uiderunt: primū admiratio: deinde haud dubius timor īceſſit aīos: conſilia
ſua emanaſſe: iam q̄ſtiones: iam iudicia: iam occulta ſingulorum ſupplicia: īpotenſqꝫ & crudele conſilium
ac patrum ī ſe regnum paſſuros. Hæc q in caſtris erant: occultis ſermonibus ſerunt: neruos cōiuratiōis eie
ctos arte conſulis cernētes. Cohors una: cū haud ꝓcul Anxur eſſet: ad lautulas ſaltu anguſto inter mare ac
mōtes cōſedit: ad excipiēdos quos cōſul aliis atqꝫ aliis: ut ante dictū eſt: cauſis mittebat. Iā ualida admodū
numero māus erat: nec qcquā ad iuſti exercitus formā ꝑter ducē deerat: īcompoſiti itaqꝫ ꝑdantes in agrum
albanum perueniūt: & ſub iugo Albæ longæ caſtra uallo cingūt: ꝑfecto deinde ope reliquum diei de īpera
tore ſumēdo ſententiis decertāt: nulli ex ꝑſentibus ſatis fidētes: quē autē ab domo poſſe acciri: quē pa
trum aut plebis eſſe: q aut ſe tāto periculo ſciēs offerat: aut cui ex iniuria inſanientis exercitus cā recte com
mittatur. poſtero die cum eadē deliberatio teneret: ex ꝑdatoribus uagis qdam cōpertum attulerūt. T. Qui
tiū ī tuſculano agrū colere urbis honorūqꝫ īmemorē. patriciæ hic uir gētis erat: cui cū militiæ magna cum
gloria actæ finē pes alter ex uulnere claudus feciſſet: ruri agere uitā ꝓcul ābitiōe ac foro cōſtituit: noīe au
dito: extēplo agnouere uirū: & qđ bene uerteret: acciri iuſſerūt: ſed parū ſpei erat uolūtate quicquā factuꝝ
uim adhibere ac metū placuit. Itaqꝫ ſilētio noctis cū tectū uillæ: q ad id miſſi erāt: ītraſſent: ſōno graui Qui
tiū oppſſum nihil mediū: aut īperiū atqꝫ honorē: aut ubi reſtaret: mortē: ni ſeqret denūciātes ī caſtra ꝑtra
Atē mili- xerūt. Imꝑator extēplo aduenīes appellatus: īſigniaqꝫ honoris exterrito ſubitæ rei miraculo deferūt: & ad
tarem tu urbē ducere iubēt. Suo magis īde īpetu: quā cōſilio ducis: cōuulſis ſignis: infeſto agmīe ad lapidē octauū
multum uiæ: quæ nūc appia eſt: perueniūt: iſſentqꝫ confeſtim ad urbē: ni uenire cōtra exercitū: dictatoremqꝫ aducer

ſus ſe. M. Valerium Coruinũ dictum audiſſent: & magiſtrum equitũ. L. Aemylium Mamercum. Vbi pri
mum in conſpectu uentum eſt arma ſignaq; agnouere: extemplo oĩbus memoria patriæ iras permulſit. nõ
dum erant tam fortes ad ſanguinem ciuilem: nec præter externa nouerant bella: ultimaq; rabies ſeceſſio ab
ſuis habebatur. Itaq; iam duces: iam milites utrinq; congreſſus quærere ad colloquia. Quintius quem ar
moꝝ etiam pro patria ſacietas teneret nedum aduerſus patriam: Coruinus oẽs caritate ciues præcipue mi
lites: & ante alios ſuum exercitum complexus: ad colloquium proceſſit: cognito ei extemplo haud mĩor
ab aduerſariis uerecũdia: quam ab ſuis ſilentium datum. Deos: inquit: ĩmortales milites ueſtros publicos
meoſq; ab urbe proficiſcens: ita adoraui: ueniamq; ſupplex popoſci: ut mihi de uobis concordiæ ꝑte glo/
riam: non uictoriá darent: ſatis fuit eritq;: unde belli decus pariatur: hinc pax petenda eſt: quod deos ĩmor
tales inter nuncupanda uota expopoſci eius me compotẽ uoti uos facere poteſtis: ſi meminiſſe uultis: non
uos in Samnio. nec in Volſcis: ſed in romano ſolo caſtra habere: ſi illos colles quos cernitis: patriæ ueſtræ
eſſe: ſi hunc exercitum ciuium ueſtroꝝ: ſi me conſulem ueſtrum: cuius ductu auſpitioq; priore anno bis le
giones ſamnitum fudiſtis: bis caſtra ui cepiſtis. Ego ſum. M. Valerius Coruinus milites: cuius uos nobi/
litatem beneficiis erga uos non iniuriis ſenſiſtis: nullius ſuperbæ in uos legis: nullius crudelis ſenatuſcon/
ſulti auctor: in omnibus meis imperiis in me ſeuerior: q̄ in uos. Ac ſicui gens: ſicui ſua uirtus: ſicui ẽt ma/
ieſtas: ſicui honores ſubdere ſpiritus potuerunt: iis eram natus: id ſpecimen mei dederam: ea ætate conſula
tum adeptus eram: ut potuerim tris & uiginti annos natus conſul patribus quoq; ferox eſſe non ſolũ ple/
bi. Quod meum factum dictumue conſulis grauius: quam tribuni audiſtis? eodem tenore duos inſequẽ
tes conſulatus geſſi eodem hæc imperioſa dictatura geretur: ut neq; in hos meos & patriæ meæ milites mi
tior: quam in uos horreo dicere hoſtes. Ergo uos prius in me ſtrinxeritis ferrum: quam in uos ego: iſtinc
clamor prius incipiet atq; impetus: ſi dimicandum eſt: inducite in aĩum: quod non induxerunt patres aui
que ueſtri: non illi: qui in ſacrum montem ſeceſſerunt: non hi poſtea auentinum inſederunt: expectate
dum uobis ſingulis: ut olim Corialano matres cõiugeſq; crinibus paſſis obuiæ ab urbe ueniant tum uol/
ſcoꝝ legiones: quia romanum habebant ducem: qui uerunt: uos romanus exercitus non deſtiteritis ĩpio Atẽ popu
bello. T. Quinti quocunq; iſtic loco ſeu uolens: ſeu inuitus conſtitiſti: ſi dimicandum erit: tum tu in nouiſ larẽ Vale/
ſimos te recipio: fugeris ẽt honeſtius: tergumq; ciui dederis: quam pugnaueris contra patriam: nunc ad pa rii orõne
cificandum bene atq; honeſte inter primos ſtabis: & colloqui huius ſalutaris interpres fueris: poſtulate æq̄
& ferte: q̄q̄ uel iniquis ſtandum potius: quá impias inter nos conſeramus manus. T. Quintius plenus la/
chrymaꝝ ad ſuos uerſus me quoq; inquit: milites: ſiquis uſus mei eſt: meliorem pacis: quam belli habetis
ducem: nõ enim illa modo uolſcus aut ſamnis: ſed romanis uerba fecit: ueſter conſul: ueſter imperator mi/
lites: cuius auſpicia pro uobis experta: nolite aduerſus uos uelle experiri. Qui pugnarent uobiſcum infeſti
us & alios duces ſenatus habuit: qui maxime ſuis militibus placeret: cui plurimum uos imperatori ueſtro
crederetis: eum elegit: pacem ẽt: qui uincere poſſunt: uolũt: quid uos uelle oportet? quin omiſſis ira: & ſpe
fallacibus auctoribus noſipſos: noſtraq; oĩa cognitæ permittimus fidei? Approbantibus clamore multis.
T. Quintins ante ſigna progreſſus: in poteſtate dictatoris milites fore dixit: orauit ut cauſam miſerorum
ciuium ſuſciperet: ſuſceptamq; eadem fide: qua remp. adminiſtrare ſolitus eſſet: tueretur: ſibi ſe priuatim ni
hil cauere: nolle alibi: q̄ in innocentia ſpem habere: militibus cauendum quod apud patres ſemel plebi ite/
rum legionibus cautum ſit: ne fraudi ſeceſſio eſſet. Quintio collaudato: cæteris bonum animum habere
iuſſis: dictator equo citato ad urbem reuectus: auctoribus patribus tulit ad populum in loco petillini: ne
cui militum fraudi ſeceſſio eẽt: orauit ẽt bona uenia quirites: ne quis eam rem ioco ſerioue cuiq̄ exprobra/
ret. Lex quoq; ſacrata militaris lata eſt: ne cuius militis ſcripti nomen niſi ipſo uolente deleretur: additum/
q; legi ne quis ubi tribunus militum fuiſſet: poſtea ordinum ductor eſſet. Id propter. P. Salonium poſtu/
latum eſt a coniuratis qui alternis prope annis & tribunus militum & primus cẽturio erat. quem nũc pri
mipilum appellant: huic infenſi milites erant: quod ſemper aduerſatus nouis conſiliis fuiſſet: & ne partici
pes eoꝝ eſſet: qui ab Lautulis fugiſſent. Itaq; cum hoc unum propter Salonium ab ſenatu non impetrare
tur: tum Salonius obteſtatus patres cõſcriptos ne ſuum honorem pluris: quam concordiam ciuitatis æſti
marent: perpulit ut id quoq; ferretur. Aeq; impotens poſtulatum fuit ut de ſtipendio eqtũ (merebát autem Primipi/
triplex ea tempeſtate) ærẽ demerent: quod aduerſati coniurationi fuiſſent. Præter hæc inuenio apud quoſ lus
dam. L. Genutium tribunum plebis tuliſſe ad populum ne fœnerare liceret. Item aliis plebiſcitis cautũ ne/
quis eundem magiſtratum intra decem annos caperet: neu duos magiſtratus uno anno gereret utiq; liceret
conſules ambos plebeios creari: quæ ſi oĩa conceſſa ſunt plebi apparet haud paruas uires defectionẽ habu
iſſe. Aliis annalibus proditum eſt neq; dictatorem Valerium dictũ: ſed per conſulem oẽm rem actam ne/
q; anteq̄ Romam ueniret: ſed Romæ eam multitudinem cõiuratoꝝ ad arma conſternatam eſſe: nec in. T.
Quintii uillam: ſed in ædes. G. Manlii nocte impetum factum: eũq; a coniuratis compræhenſum ut dux
fieret: inde ad quartum lapidem ꝓfectos loco munito conſediſſe: nec ab ducibus mentionem concordiæ or
tam: ſed repente cum in aciem armati exercitus proceſſiſſent: ſalutationem factam: & ꝑmixtos dextras iun
gere ac complecti inter ſe lachrymantes milites cœpiſſe: coactoſq; conſules cũ uiderent auerſos a dimicatio
ne militum aĩos. rettuliſſe ad patres de concordia reconcilianda: adeo nihil p̄terq̄ ſeditionẽ fuiſſe: eáq; com
poſitam inter antiquos reꝝ auctores conſtat. Et huius fama ſeditionis: & ſuſceptum cũ ſamnitibus graue
bellum aliquot populos a romana ſocie ate auertit: & p̄ter latinorum infidum iádiu fœdus priuernates
ẽt Norbam: atq; Setiam finitimas colonias romanas incurſiones ſubita depopulati ſunt.

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI AB VRBE CONDITA. LIBER OCTAVVS.

C. Plautius. L. Aemyli⁹ cõ.

NAM CONSVLES Erant. C. Plautius. II. L. Aemylius Mamercus: cū Setini Nor
baniq; Romá nuncii defectionis priuernatium cū ꝗrimoniis acceptæ cladis uene
runt. Volſcoꝝ item exercitū duce Antiati, populo cõſediſſe ad Satricū allatum eſt:
utrūq; bellū Plautio ſorte uenit: prius ad priuernum ꝓfectus extemplo acie conſi
xit: haud magno certamine deuicti hoſtes: oppidū captum: redditūq; priuernatib⁹
ꝑſidio ualido īpoſito: agri ꝑtes duæ ademptæ. Inde uictor exercitus Satricum con
tra Antiates ductus: ibi magna utrinq; cæde atrox ꝓliū fuit: & cū tēpeſtas eos neu
tro inclinata ſpe dimicātes diremiſſet: romani nihil eo certamine tam ambiguo feſ
ſi in poſterum diem ꝓlium parant. Volſcis recenſentibus quos uiros in acie amiſiſ
ſent: haud quaq̄ idē aīus ad iterandum ꝑiculū fuit: nocte ꝓ uictis Antiū agmine tre
pido ſauciis ac parte impedimentoꝝ relicta abierunt. Armoꝝ magna uis tum īter cæſa corpora hoſtium
tum caſtris inuenta eſt: ea Luæ matri dare ſe conſul dixit: fineſq; hoſtium uſq; ad oram maritimam ē depo
pulatus. Alteri conſuli Aemylio ingreſſo ad ſabellum agrum non caſtra ſamnitium: non legiones uſquam
oppoſitæ: ferro igniq; uaſtantem agros legati ſamnitium pacem orantes adeunt: a quo reiecti ad ſenatum
poteſtate facta dicendi: poſitis ferocibus animis: pacem ſibi ab romanis belliq; ius aduerſus ſidicinos pe
tierunt: quæ ſe eo iuſtius petere quod in amicitiam Po. Ro. ſecundis ſuis rebus: non aduerſis ut campani
ueniſſent: & aduerſus ſidicinos ſumerent arma ſuos ſemꝑ hoſtes Po. Ro. nunq̄ amicos: q nec ut ſamnites
in pace amicitiam: nec ut campani auxilium in bello petiſſent: nec in fide Po. Ro. nec in ditione eſſent. Cū
de poſtulatis ſamnitium. T. Aemylius prætor ſenatum cõſuluiſſet: reddendumq; his fedus patres cenſuiſ
ſent: prætor ſamnitibus reſpondit. Nec quo minus perpetua amicitia eſſet per Po. Ro. ſtetiſſe: nec contradi
ci quin quoniam ipſos belli culpa ſua contracti tedium cœperit: amicitia deintegro recõcilietur. Quod ad
ſidicinos attinet: nihil intercedi quo minus ſamniti populo pacis belliq; liberum arbitriū ſit. Fœdere icto:
cum domū reuertiſſent: extemplo inde exercitus romanus ductus annuo ſtipendio & trium menſium fru
mento accepto: quod pepigerat conſul: ut tempus induciis daret: quoad legati rediſſent. Samnites copiis iiſ
dem: quibus uſi aduerſus romanum bellum fuerant: contra ſidicinos profecti haud in dubia ſpe erant ma
ture hoſtium urbis potiundæ. Tum ab ſidicinis deditio prius ad romanos cœpta fieri eſt: deinde poſteaq̄
patres ut ſeram eam ultimaq; tandem neceſſitate expreſſam aſpernabantur: ad latinos iam ſua ſponte in ar
ma motos facta eſt: nec campani quidem adeo iniuriæ ſamnitium: quam beneficii romanorum memo
ria præſentior erat. his ſe armis abſtinuere. Ex his tot populis ingēs exercitus duce latino fines ſamnitium
ingreſſus plus populationibus: quam præliis cladium fecit: & quãq̄ ſuperiores certaminibus latini erant
haud inuiti: ne ſæpius dimicandum foret: agro hoſtium exceſſere. Id ſpatium ſamnitibus datum eſt Ro
mam legatos mittendi: qui cum adiſſent ſenatum: conqueſti eadem ſe fœderatos pati: quæ hoſtes eēnt pa
ſi: præcibus infimis petiere: ut ſatis ducerent romani uictoriam, quam ſamnitibus ex campano ſidicino
que hoſte eripuiſſent ne uinci etiam ſe ab ignauiſſimis populis ſinerent: latinos campanoſq;: ſi ſub ditio
ne populi romani eſſent pro imperio arcerent ſamniti agro: ſin imperium abnuerent: armis coercerent Ad
uerſus hæc reſponſum anceps datum: quia fateri pigebat in poteſtate ſua latinos iam non eſſe: timebantq;
ne arguendo abalienarent. Campanorum aliam conditionem eſſe: qui non fœdere: ſed per deditionem in
fidem ueniſſent: itaque campanos ſeu uelint: ſeu nolint quieturos. in fœdere latino nihil eſſe: quod bella
re: cum quibus ipſi uelint: prohibeantur. Quod reſponſum ſicut dubios ſamnites: quidnam facturum ro
manum cenſerent: dimiſit: ita campanos metu abalienauit: latinos uelut nihil iam non concedentibus ro
manis ferociores fecit. Ita per ſpeciem aduerſus ſamnites belli parandi crebra concilia indicentes: omnibus
conſultationibus inter ſe principes occulte romanum coquebant bellum: huic quoq; aduerſus ſeruatores
ſuos bello campanus aderat. Sed quamq̄ omnia de induſtria celabantur: priuſq;: quam mouerentur roma
ni, tolli ab tergo ſamnitem hoſtem uolebant: tamen per quoſdam priuatis hoſpiciis neceſſitudinibuſque
coniunctos inditia coniurationis eius Romam emanarunt: iuſſiſque ante tempus conſulibus abdicare ſe
magiſtratu: quo maturius noui conſules aduerſus tantam molem belli crearentur: Religio inceſſit ab eius:
quorum imminutum imperium eſſet: comitia haberi: itaq; interregnum initum: quo interreges fuerunt.

T. Mãli⁹ P. Deci⁹ conſ.

M. Valerius. M. Fabius creauere conſules. T. Mãlium Torquatum tertium. P. Decium Murem. Eo an
no Alexandrum Epiri regem in Italiá claſſe appuliſſe conſtat: quod bellū: ſi prima ſatis proſpera fuiſſent:
haud dubie ad romanos perueniſſet. Eadem ætas reꝝ magni Alexandri eſt: quem ſorore huius ortum in
alio tractu orbis inuictum bellis iuuenē fortuna morbo extinxit. Cæteꝝ romani: & ſi defectio ſociorum
noīſq; latini haud dubia erat: tamē tanq̄ de ſamnitibus non de ſe curá agerent: decem principes latinorum
Romá euocauerunt: quibus imperarent: quæ uellent. Prætores tum duos latini habebant. L. Anniū Seti
num: &. L. Numitiū Cercienſem ambo ex coloniis romanis: per quos ꝑter Signiam: Velitraſq;: & ipſas
colonias romanas uolſci ēt exciti ad arma erant: eos noīatim euocari placuit: Haud cuiq̄ dubiū erat: ſuper
qua re accirentur: itaq; concilio prius habito: prætores quam Romá proficiſcerentur: euocatos ſe ab ſena
tu docent romano: & quæ actum iri ſecum credant: quidná ad ea reſponderi placeat: referunt. Cum aliud
alii cenſerent: tum Annius: quanq̄ ipſe ego rettuli: quid reſponderi placeret: tamen magis ad ſummam re
rum noſtraꝝ pertinere arbitror: quid agendū nobis: quam quid loquendum ſit facile erit explicatis con

ſiliis accõmodare rebus uerba. Nam ſi ẽt nunc ſub umbra fœderis æqui ſeruitutem pati poſſumus: quod
abeſt: quin ꝓditis ſidicinis non romanoꝝ ſolum: ſed ſamnitiũ quoqꝫ dicto pareamus? reſpondeamuſque
romanis nos: ubi inuenerint: poſituros arma? Sin aũt tandem libertatis deſideriũ mordet: aĩos: ſi fœdus eſt
ſi ſocietas æquatio iuris eſt: ſi cõſanguineos nos romanoꝝ eſſe: quod olim pudebat: nunc gloriari licet: ſi
ſocialis ullus exercitus iis ẽ: quo adiuncto duplicent uires ſuas: quẽ ſecernere cõſules ab ſe bellis propriis
ſumendis ponendiſqꝫ nolint: cur non oĩa æquantur: cur nõ alter a latinis conſul datur: ubi pars uiriũ: ubi
& imperii pars eſt. Eſt quidẽ nobis hoc ꝑ ſe haud nimis ampluũ: quippe cõcedentibus Romam caput La/
tio eſſe: ſed ut amplũ uideri poſſet: diuturna patiẽtia fecimus. At ſi quando unꝗ cõſociandi imperii uſur/
pandæ libertatis tp̃s optaſtis en hoc tp̃s adeſt & uirtute ueſtra & benignitate deum nobis datum. Tempta
ſtis patientiam negando militẽ: quis dubitat exarſiſſe eos: cũ plus ducentoꝝ annoꝝ morẽ ſoluerimus: per
tulerunt tñ hunc dolorem: bellũ noſtro noĩe cũ pelignis geſſimus: qui ne noſtroꝝ quidẽ finiũ ꝑ nos tuen/
doꝝ ius antea dabant: nihil interceſſerunt. Sidicinos in fidẽ receptos: campanos ad nos ab ſe deſciſſe: exer/
citus nos parare aduerſus ſamnites fœderatos ſuos audierunt: nec mouerunt ſe ab urbe: unde hæc illis tan/
ta modeſtia: niſi cõſcientia uiriũ & noſtraꝝ & ſuaꝝ. Idoneos auctores habeo querentibus de nobis ſamni
tibus ita reſponſum ab ſenatu romano eſſe: ut facile appareret: ne ipſos quidẽ iam poſtulare ut Latium ſub
romano imperio ſit: uſurpate modo poſtulando: & quod illi uobis taciti concedunt. Si quẽ hoc metꝰ di/
cere prohibet: en ipſe audiente nõ populo romano modo ſenatuqꝫ: ſed Ioue ipſo: qui capitoliũ incolit: pro/
fiteor me dictuꝝ: ut ſi nos in fœdere ac ſocietate eſſe uelint: conſulem alteꝝ ab nobis ſenatuſqꝫ partem acci/ Atẽ ſup/
piant. Hæc ferociter non ſuadenti ſolũ: ſed pollicenti clamore & aſſenſu oẽs permiſerunt ut ageret diceretqꝫ bũ latino
quæ e repu. noĩs latini fideqꝫ ſua uiderent. Vbi eſt Romã uentum in capitolio ei ſenatus datus eſt: ibi cum rũ reſpon
T. Manlius conſul egiſſet cum eis ex auctoritate patrũ: ne ſamnitibus fœderatis bellũ inferrent. Annius tã/ ſum
ꝗ uictor armis capitolium cepiſſet: nõ legatus iure gentium loqueretur: tp̃s erat: inquit. T. Manli: uoſqꝫ
patres conſcripti tandẽ iam uos nobiſcũ nihil pro imperio agere: cum florentiſſimũ deum benignitate nunc
Latiũ armis uiriſqꝫ ſamnitibus bello uictis ſidicinis cãpaniſqꝫ ſociis: nunc ẽt uolſcis adiunctis uideretis:
colonias quoqꝫ ueſtras latinum romano prætuliſſe imperium: ſed qm̃ uos regno impotenti finem ut im
ponatis: non inducitis in aĩum nos quãꝗ armis poſſumus aſſerere Latium in libertatem: conſanguinitati
tamẽ hoc dabimus: ut cõditiones pacis feramus æquas utriſqꝫ: quoniam uires quoqꝫ æquari diis ĩmorta
libus placuit: cõſulem alteꝝ roma alterum ex Latio creari oportet: ſenatus partẽ æquam ex utraqꝫ gente cẽ
unum populum unã rempu. fieri: & ut imperii eadem ſedes ſit: ideqꝫ oĩbus nomen qm̃ ab alter: utraqꝫ par
te concedi neceſſe eſt: quod utriſqꝫ bene uertat: ſit hæc ſane patria potior: & romani omnes uocemur.

Forte ita accidit: ut parem ferociæ huius & romani conſulem. T. Manlium haberent: qui adeo non te/
nuit iram: ut ſi tanta dementia patres conſcriptos cœpiſſet: ut ab ſetino homine leges acciperent: gladio cin
ctum in ſenatum ſe eſſe uenturum palam diceret: & quẽcunqꝫ in curia latinum uidiſſet: ſua manu interem
pturum: & conuerſus ad ſimulacrum Iouis. Audi Iuppiter hæc ſcelera: inquit: audite ius faſqꝫ: peregrinos
conſules & peregrinum ſenatum in tuo Iuppiter augurato templo captus: atqꝫ ipſe oppreſſus uiſurus es:
hæccine fœdera Tullus romanus rex cum albanis patribus ueſtris latini. hæc L. Tarquinius uobiſcum
poſtea fœdera fecit. Non uenit in mentem pugna apud regillũ lacum: adeo & cladium ueſtrarum uete/
rum: & beneficioꝝ noſtrorũ erga uos obliti eſtis. Cum conſulis uocem ſubſecuta patrum indignatio eẽt:
proditũ memoriæ aduerſus celebram implorationẽ deũ quos teſtes fœderũ ſæpius inuocabant cõſules uo/
cem Annii ſpernentis numina Iouis romani auditam: certe cũ cõmotus ira ſe ab ueſtibulo templi citato gra
du ꝓriperet: lapſus ꝑ gradus capite grauiter offenſo impactus imo ita eſt ſaxo ut ſopiret̃: exanimatum au/
ctores qm̃ non omnes ſunt: mihi quoqꝫ in incertũ relicto ſit: ſicut inter fœderum ruptorũ teſtationem in/
genti fragore cæli procellam effuſam: nam & uera eſſe: & apte ad repreſentandam iram deum ficta poſſũt.
Torquatus miſſus ab ſenatu ad dimittendos legatos: cum iacentem Anniũ uidiſſet: exclamat: ita ut popu
lo patribuſqꝫ audita uox pariter ſit: bene habet: dii pium mouete bellum: eſt cæleſte numen: es magne Iup/
piter: haud fruſtra te patrem deum hoĩumqꝫ hac ſede ſacrauimus: Quid ceſſatis qrites: uoſqꝫ patres conſul Cõſules ĩ
ti arma capere diis ducibus. ſic ſtratas legiones latinoꝝ dabo quẽadmodum legatum iacentem uidetis. hoſtes du
Aſſenſu populi excepta uox conſulis tantum ardoris animis fecit: ut legatos ꝓficiſcentes cura magiſtratu/ cunt
um magis: ꝗ iuſſu conſulis ꝓſequebantur: quam ius gentium ab ira impetuqꝫ hoĩum tegeret. Conſenſit Atẽ ꝓdi/
& ſenatus bellum: cõſuleſqꝫ duobus ſcriptis exercitibus ꝑ marſos pelignoſqꝫ ꝓfecti: adiuncto ſamnitium giũ ꝑ qe/
exercitu: ad Capuã: quo iã latini ſociiqꝫ cõuenerant: caſtra locant. Ibi ĩ qete utriqꝫ cõſuli eadẽ dicit̃ uiſa ſpe tẽ oblatũ
cies uiri maioris quã humano habitu auguſtioriſqꝫ dicentis: ex una acie ĩperatorem: ex altera exercitũ diis
manibus: matriqꝫ Terræ deberi utrius exercitus imperator legiones hoſtiũ ſuperqꝫ eas ſe deuouiſſet eiꝰ po
puli partiſqꝫ uictoriam fore. Hos ubi nocturnos uiſus inter ſe cõſules contulerunt placuit ad auertuncan/
dam deum iram uictimas cædi: ſimul ut ſi ex eis eadem: quæ ſomno uiſa fuerant: portenderentur: alteru/
ter conſulum fata impleret. Vbi reſponſa aruſpicum inſidenti iam animo tacitæ religioni congruerunt: tũ
adhibitis legatis tribuniſqꝫ: & imperiis deum ꝓpalam expoſitis. ne mors uoluntaria conſulis exercitum in
acie terreret: comparant inter ſe: ut ab utra parte cedere romanus exercitus cœpiſſet: inde ſe conſul deuoueret
pro Po. Ro. qritibuſqꝫ. Agitatum ẽt in cõcilio ẽ: ut ſi qñ unꝗ ſeuero ullũ imperio bellũ adminiſtratũ eẽt.
tunc uti diſciplina militaris ad priſcos redigeret̃ mores. Curam acuebat: quod aduerſus latinos bellandũ
erat: lingua: moribus: armorum genere: inſtitutis ante oĩa militaribus congruentes milites milibus: cen

turionibus centuriones:tribuni tribunis cõpares collegæq; iiſdem præſidiis ſæpe iiſdem manipulis ꝑmix
ti fuerant. Per hæc nequo errore milites caperent̃:edicunt conſules neq; extra ordinem in hoſtem pugna
rer. Forte inter cæteros turmarũ præfectos q exploratum in oẽs partes diſſimi erant. T. Manlius conſulis
filius ſuper caſtra hoſtium cum ſuis turmalibus euaſit:ut uix tæli iactu ab ſtatione proxima abeſſet:ibi tu
ſculani erant equites:ꝑerat. Genutius Metius uir tum genere inter ſuos:tum factis clarus Is ubi romanos
eqtes inſignemq; inter eos ꝓcedentem cõſulis filium:nam oẽs interſe utiq; illuſtres uiri nouerant:cogno
uit:una ne ait turma romani cum latinis ſociiſq; bellum geſturi eſtis? quid interea conſules: quid duo ex
ercitus conſulares agent? Aderunt & tempore Manlius:inquit:& cum illis aderit Iuppiter ipſe fœderum a
uobis uiolatorum teſtis:qui plus põt polletq;. Si ad regillum lacum ad ſacietatem ueſtram pugnauimus:
hic quoq; efficiemus ꝓfecto ne nimis acies uobis:& collata ſigna nobiſcum cordi ſint. Ad ea Genutius
paululum ab ſuis equo prouectus:uis ne igit̃ dum dies iſta uenit:qua magno conatu exercitus moueatis
interea tu ipſe congredi mecum:ut noſtro duorum iam hinc euentu cernatur quantum eques latinus ro
mano præſtet? Mouet ferocem animum iuuenis ſeu ira:ſeu detractandi certaminis pudor: ſeu inexupera
bilis uis fati:oblitus itaq; imperii patrii:conſulumq; edicti præceps ad id certamen agitur: quo uinceret
an uinceretur:haud multum intereſſet. Equitibus cæteris uelut ad ſpectaculum ſũmotis:ſpacio: quod par
ui interiacebat campi aduerſos cõcitant equos:& cum infeſtis cuſpidibus concurriſſent. Manlii cuſpis ſup
galeam hoſtis Metii trans ceruicem equi elapſa eſt:circũactis deinde equis:cum prior ad iterãdum ictum
Manlius conſurrexiſſet:ſpiculum inter aures equi fixit:ad cuius uulneris ſenſum cum equus priorib' pe
dibus erectis magna ui caput quateret:excuſſit equitem:quẽ cuſpide parmaq; innixum attollentẽ ſe a gra
ui caſu:Manlius a iugulo ita:ut per coſtas ferrum emineret terræ affixit:ſpoliiſq; lectis ad ſuos reuectus

Pugnat Mãlii cõſulis fili' ex ĩ iuſſu pr̃is. Mãlius cõ. filiũ ſecuri ꝑcuſſit Mãliana imperia

cum ouante gaudio turma in caſtra:atq; deinde ad prætorium ad patrem tendit ignarus fati futuri: quæ
laus an pœna merita eſſet. Vt me omnes:inquit:pater:tuo ſanguine ortum uere ferrent:prouocatus eque
ſtria hæc ſpolia capta ex hoſte cæſo porto. Quod ubi audiuit conſul:extemplo filium aduerſatus concio
nem claſſico aduocari iuſſit:quæ ubi frequens conuenit. Quando quidem:inquit:tu. T. Manlii:neq; im
perium conſulare:neq; maieſtatem patriam ueritus aduerſus edictum noſtrum extra ordinem ĩ hoſte pu
gnaſti:& q̃tum in te fuit diſciplinam militarem:qua ſtetit ad hanc diem romana res ſoluiſti:neq; in eam
neceſſitatem adduxiſti:ut aut reipu. mihi:aut mei meorumq; obliuiſcendum ſit:nos potius noſtro debi
to plectemur:quam reſpu. tanto ſuo dãno noſta peccata luat:triſte exemplum:ſed in poſterum ſalubre iu
uentuti erimus. Me quidem cum ingentia caritas liberum:tum ſpecimẽ iſtud uirtutis deceptum una ima
gine decoris in te mouet:ſed cum aut morte tua ſanctienda ſint conſulum imperia:aut impunitate in per
petuũ abroganda nec te qdem:ſiquid in te noſtri ſanguinis eſt:recuſare cenſeam:qn diſciplinam militarem
culpa tua prolapſam pœna reſtituas. Lictor deliga ad palum. Exanimati oẽs tam atroci imperio: nec ali
ter, quam in ſe quiſq; diſtrictam cernentes ſecurim metu magis:quam modeſtia quieuere. Itaq; uelut emer
ſo ab admiratione aĩo cum ſilentio defixi ſtetiſſent:repente poſteaquam ceruice cæſa fuſus eſt cruor tũ libe
ro conqueſtu coortæ uoces ſunt:ut neq; lamentis:neq; execrationibus parceretur:ſpoliiſq; contectum iu
uenis corpus:quantum militaribus ſtudiis funus ullum concelebrari poteſt:ſtructo extra uallum rogo cõ
crematetur. Manliana imperia non in præſentia modo horrenda:ſed exempli etiam triſtis in poſterũ ẽnt:
fecit tamen atrocitas pœnæ obedientem duci militem:præterq̃ quod uigiliæ cuſtodiæq;:& ordo ſtatio
num intentioris ubiq; curæ erant:& in ultimo etiam certamine:cum deſcenſum in aciem ẽ:ea ſeueritas ꝓ
fuit:fuit enim ciuili maxime bello pugna ſimilis:adeo nihil apud latinos diſſonum ab romana repu. præ
ter animos erat. Clypeis antea romani uſi ſunt:deinde poſteaquam ſtipendiarii facti ſcuta pro clypeis fece
re:& quod antea phalanges ſimiles macedonicis:hoc poſtea manipulatim ſtructa acies cœpit:eſſe:poſtre

Ordo qd ſit in acie Haſtati prĩcipes Mãipul' Vexillũ Triarii

mo in plures ordines inſtruebatur. Ordo enim ſexagenos milites:duos centuriones uexillarium unum ha
bebat. Prima acies haſtati erant manipuli quindecim diſtantes inter ſe modicum ſpatium: manipulus le
uis uicenos milites:aliam turbam ſcutatorum habeat:leues autem: qui haſtam tantum geſſaq; gererent:
uocabantur. Hæc prima frons in acie florem iuuenum pubeſcentium ad militiam habebat. Robuſtior in
de ætas totidem manipulorum quibus principibus eſt nomen: hos ſequebantur ſcutati omnes inſigni
bus maxime armis:hoc. xxx. manipulorum agmen antepilanos appellabãt:quia ſub ſignis iam alii quin
decim ordines locabantur:ex quibus ordo unuſquiſque tres partes habebat:earum unamquamque pri
mumpilum uocabant:tribus ex uexillis conſtabat:uexillum. clxxxiii. homines erant. Primum uexillum
triarios ducebat ueteranum militem ſpectatæ uirtutis:ſecundum rorarios minus roboris ætate factiſque:
tertium accenſos minimæ fiduciæ manu:eo & in poſtremam aciem reiiciebantur. Vbi his ordinibus exer
citus inſtructus eſſet:haſtati omnium primi pugnam inibant. Si haſtati profligare hoſtem non poſſent:
pede præſſo eos retrocedentes in interualla ordinum principes recipiebant:tum principum pugna erat:ha
ſtati ſequebantur:triarii ſub uexillis conſidebant:ſiniſtro crure porrecto:ſcuta innixa humeris: haſtas ſub
erecta cuſpide in terra fixas:haud ſecus:quam uallo ſepta inhorreret acies:tenentes. Si apud principes quo
que haud ſatis proſpere eſſet pugnatum:a prima acie ad triarios ſenſim referebantur: inde rem ad triarios
rediſſe:cum laboratur:prouerbio increbruit. Triarii conſurgentes ubi in interualla ordinum ſuorum prin
cipes & haſtatos recepiſſent:extemplo compreſſis ordinibus uelut claudebant uias:unoque continente ag
mine iam nulla ſpe poſt relicta in hoſtem incidebant. Id erat formidoloſiſſimum hoſti:cum uelut uictos
inſecuti: nouam repente aciem exurgentem auctam numero cernebant. Scribebantur hæ quattuor fere

legiones quinis milibus peditum:equitibus in ſingulas legiones trecentis:alteꝝ tantum ex latino delectu
adiiciebatur:qui ea tempeſtate hoſtes erant romanis:eodemq; ordine inſtruxerant aciem. Tum nec uexilla
cum uexillis tantum:uniuerſi haſtati cum haſtatis:principes cum principibus:ſed centurio quoq; cum cē
turione ſi ordines turbati non eſſent:concurrendum ſibi eſſe ſciebat. Duo primipili ex utraq; acie inter tria
rios erant:Romanus corpore haud quaq̃ ſatis ualidus:cæterum ſtrenuus uir:peritusq; militiæ:Latinus ui
ribus ingens:bellatorq; primus:notiſſimi inter ſe:quia ſemper pares ordines duxerunt. Romano haud ſa
tis fidenti uiribus iam Romæ permiſſum erat ab conſulibus:ut ſub centurionem ſibi quem uellet:legeret:
qui tutaretur eum ab uno deſtinato hoſte:iſq; iuuenis in acie oblatus ex centurione latino uictoriam tulit.
Pugnatum eſt haud procul a radicibus Veſuuii montis:qua uia ad Veſerim ferebat. Romani cōſules:pri-
uſq̃ educerent in aciem:imolauerunt. Decio caput iecineris a familiari parte cæſum aruſpex dicitur oſten-
diſſe:alioquin acceptam diis hoſtiam eſſe: Mālium egregie litaſſe. Atqui bene habet:inquit Decius:ſi a col
lega litatum eſt. Inſtructis:ſicut ante dictum eſt:ordinibus proceſſere in aciem: Manlius dextero: Decius
leuo cornu præerat. Primo utrinq; æquis uiribus eodem ardore animorum gerebatur res: deinde ab leuo
cornu haſtati romani non ferentes impreſſionem latinorum ſe ad principes recepere. In hac trepidatiōe De-
cius conſul. M. Valerium magna uoce inclamat:Deorum:inquit:ope Valeri opus eſt: agedum pontifex
publicus Po. Ro. præi uerba:quibus me pro legionibus deuoueam. Pontifex eum togam prætextam ſu-
mere iuſſit:& uelato capite manu ſubter togam ad mentum exerta ſuper telum ſubiectum pedibus ſtantē
ſic dicere:Iane:Iuppiter:Mars pater:Quirine bellona:Lares:diui Nouenſiles:dii indigetes:diui quorum ē
poteſtas noſtrorum hoſtiumq;:diiq; manes uos precor:ueneror:ueniam peto:feroq;:uti populo Roma
no:Quiritium uim uictoriamq; proſperetis:hoſteſq; populi romani:Quiritium terrore formidine mor
teq; afficiatis. Sicut uerbis nuncupaui:ita pro repub. Quiritium: exercitu:legionibus:auxiliis populi ro-
mani:Quiritium:legiones:auxiliaq; hoſtium mecum diis manibus deuoueo. Hæc ita precatus licto-
res ire ad. T. M. iubet matureq; collegæq; ſe deuotum pro exercitu nunciare: ipſe incinctus cincti gabio ar
matus in equum inſiluit:ac ſe in medios hoſtes imiſit. Conſpectus ab utraq; acie aliquanto auguſtior hu-
mano niſi ſicut cælo miſſus:piaculū oīs deorum iræ:q peſtem ab ſuis auerſam ī hoſtes ferret. Ita oīs terror
pauorq; cum illo latus:ſigna primo latinoꝝ turbauit:deīde in totā penitus aciem peruaſit. Euidentiſſimū
id fuit:quod quacūq; equo inuectus eſt:ibi haud ſecus:quā peſtifero ſydere icti pauebāt: ubi uero corruit
obrutus telis:inde iam haud dubiæ conſternatæ cohortes latinorū fugā ac uaſtitatem late fecerunt: ſimul
& romani exolutis religione aīs uelut tum primum ſigno dato coorti pugnam ītegram ædiderunt: nam
& rorarii procurrebant inter antepilanos:addiderantq; uires haſtatis ac principibus:& triarii genu dexte-
to innixi nutum cōſulis ad conſurgendū expectabat. procedente deīde certamine cum aliis partibus multi
tudo ſuperare latinorum: Manlius cōſul audito euentu collegæ cum ut ius faſque erat:lachrymis non:mi-
nus quam laudibus proſecutus tam memorabilem mortē eſſet:pauliſper addubitauit:an conſurgendi tria
riis tempus eſſet:deīde melius ratus integros eos ad ultimum diſcrimen ſeruari: accenſos a nouiſſima acie
ante ſigna procedere iubet. Qui ubi ſubiere extemplo latini tanquā idem aduerſarii feciſſent: triarios ſuos
excitauerūt:q aliquādiu pugna atroci cū & ſemetipſi fatigaſſent: & haſtas aut ꝑfregiſſent:aut hebetaſſēt pel
lerēt ui tamē hoſtē debellatū iā rati ꝑuentūq; ad extremā aciem:tum conſul triariis conſurgite nunc: inquit
integri aduerſus feſſos:memores patriæ parentumq;: & coniugum ac liberorum: memores conſulis ꝑ ue
ſtra uictoria morte occubantis. Vbi triarii conſurrexerunt integri refulgentibus armis:noua ex improui-
ſo orta acies receptis in īterualla ordinum antepilanis:clamore ſublato:principia latinorum ꝑturbant: ha
ſtiſq; ora fodientes:primo robore uirorum cæſo per alios manipulos uelut inermes prope intacti euaſe-
re:tantaq; cæde ꝑrupere cuneos:ut uix quartam partem relinquerēt hoſtium:ſamnites quoq; ſub radici
bus montis procul inſtructi præbuere terrorem latinis. Cæterum īter omnes ciues ſocioſq; præcipua eius
laus belli penes conſules fuit:quoꝝ alter omnes minas ꝑiculaq; ab deis ſuperis īferiſq; ī ſe unum uertit: al
ter ea uirtute eoq; concilio in prælio fuit ut facile cōuenerit inter romanos latinoſq;:qui eius pugnæ me-
moriam poſteris tradiderunt:utrius partis. T. Manlius dux fuiſſet:eius futuram haud dubie fuiſſe uicto
riam. Latini ex fuga ſe Minturnas contulerunt Caſtra ſecundum prælium capta:multiq; mortales: ibi ui-
ui oppreſſi maxime campani. Decii corpus ne eo die inueniretur:nox quærentes oppreſſit:poſtero die in
uentum inter maximā hoſtium ſtragem coopertum telis funuſq; compar morti celebrante collega factū.
Illud adiiciendum uidetur licere conſuli dictatoriq; & prætori cum legiones hoſtium deuoueat: non utiq;
ſe:ſed quem uelit ex legione romana ſcriptum ciuem:deuouere:ſi is homo qui deuotus eſt: moritur ꝓ
be factum uideri:ni moritur. tum ſignum ſeptem pedes altum aut maius in terram defodi: & piaculum
hoſtiam cædi:ubi illud ſignum defoſſum erit:eo magiſtratum romanum deſcendere fas non eſt. *Sin aūt*
ſeſe deuouere uolet ſicuti Decius deuoit:ni moritur:neq; ſuum:neq; publicum diuinum pure faciet. Qui
ſeſe deuouerit: Vulcano arma ſiue cui alii diuo uouere uolet:ſiue hoſtia:ſiue quo alio uolet:ius eſto. Telo
ſup quod ſtans cōſul ꝓcatus ē:hoſtem potiri fas non ē:ſi potiatur Marti ſuo luet auribus piaculum fieri.
Hæc & ſi oīs diuini humaniq; moris memoria aboleuit:noua peregrinaq; omnia priſcis ac patriis præ-
ferendo:haud ab re duxi uerbis quoq; ipſis:ut tradita nuncupataq; ſunt. referre. Romanis poſt prælium
demū fcīm ſamnites ueniſſe ſubſidio expectato euētu pugnæ apud quoſdā auctores inuenio. Latinis quoq;
ab Lauinio auxilium dū deliberando terunt tempus uictis demum ferri cœptum: & cū iam portis pri-
ma ſigna: & pars agminis eſſet egreſſa:nuncio allato de clade latinorum cum conuerſis ſignis retro in ur-

ex quot millib⁹ cō ſtaret exercitus

Vbi cū latinus pugnatum

Atē deuouēdi formulam

Deuotus Deci⁹ diis manibus concidit

T. Manlii laus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bem rediretur p̄torem eorum nóīe Milionium dixiſſe ferunt:pro paulula uia magnam mercedem roma/
nis eſſe ſoluendam. Qui latinorum pugne ſuperfuerant multis itineribus diſſipati:cum ſe in unum cōglo
baſſent. Veſcia urbs eis receptaculum fuit. Ibi in conciliis Numitius imperator eorum affirmando cōmu
nem uere matrem belli utranꝗ aciem pari cæde proſtrauiſſe:uictoriæꝗ nomen tantum penes romanos eē
& cæteram pro uictis fortunam illos gerere:funeſta duo conſulum prætoria:alterum parricidio filii:alte

Inſtaurāt bellū latini

rum conſulis deuoti cæde. Trucidatum exercitum omnem:cæſos aſtatos pīcipeſꝗ:ſtragem & ante ſigna
& poſt ſigna factam:triarios poſtremo rem reſtituiſſe. Latinorum & ſi pariter acciſæ copiæ ſint:tamen ſup
plemento uel latium proprius eſſe uel Volſcos: quam Romā. Itaꝗ ſi uideatur eis ſe ex latinis & ex uol/
ſcis populis iuuentute propere excita rediturum infeſto exercitu Capuam:eſſe romanoſꝗ nihil tum mīus
quam p̄lium expectantes nec opinato aduentu perculſurum: Fallacibus litteris circa Latium nomenque
uolſcum miſſis:quia qui non interfuerunt pugnæ:ad credendum temere faciliores erant:tumultuarius un

Iterū latini uincūt

diꝗ exercitius raptim conſcriptus conuenit. Huic agmini Torquatus conſul ad Triſanum: inter Sinueſſā
Minturnaſꝗ is locus eſt occurrit:priuſꝗ caſtris locus caperetur:ſarcinis utrinꝗ in aceruum coniectis: pu/
gnatum debellatumꝗ eſt:adeo enim acciſæ res ſunt ut conſuli uictorem exercitum ad populandos agros
eorum ducenti:dederent ſe omnes latini:deditionemꝗ eam campani ſequerentur. Latium Capuaꝗ agro
mulctati:latinis ager priuernati addito agro:& falernus:q populi campani fuerat:uſꝗ ad uulturnum flu

A ger latinis & cāpanis adimitur

men plebi romanæ diuiduntur:bina in latio iugera ita ut dodrantem ex priuernati complerent data:terna
in falerno quadrantibus etiam pro longinquitate adiectis. Extra pœnam fuere latinorum laurentes cam/
panorumꝗ equites:quia non deſciuerant: Cum laurentibus renouari fœdus iuſſum : renouaturꝗ ex eo
quot annis poſt diem decimum latinarum: Equitibus campanis ciuitas data : monumentumꝗ ut eſſet:
Aeneam tabulam in æde Caſtoris Romæ finxerunt:uectigal quoꝗ eis campanus populus iuſſus pende
re in ſingulos quot annis:fuere autem mille & ſexcenti denarii:nūmi quadrageni quini. Ita bello geſto:pe
cuniis pœnaꝗ pro cuiuſꝗ merito perſolutis. T. Manlius Romam rediit:cui uenienti ſeniores tantum ob
uiam exiſſe conſtat:iuuentutem & tunc & omni uita deinde auerſatam eum execratamque. Antiates ī agrū
hoſtienſem ardeatem ſolonium incurſiones fecerunt. Manlius conſul:quia ipſe per ualitudinem id bellum
exequi nequierat:dictatorem. L. Papyrium Craſſum:q tum forte erat p̄tor dixit:ab eo magiſter equitum
L. Papyrius Curſor dictus. Nihil memorabile aduerſus antiates ab dictatore geſtum ē:cum aliquot men/
ſes ſtatiua in agro antiate habuiſſet. Anno inſigni uictoria de tot ac tam potentibus populis: ad hoc conſu
lum alterius nobili morte:alterius ſicut truci ita claro ad memoriam īperio ſucceſſere conſules. T. Aemyli

Aemyli⁹ Mamercus. P. philo cō.

us Mamercus:&. P. Philo:neꝗ ī ſimilem materiam rerum & ipſi aut ſuarum rerum:aut partium ī rep̄u.
magis quam patriæ memores:latinos ob iram agri amiſſi rebellantes in campis fenectariis fuderunt: ca/
ſtriſꝗ exuerunt. Ibi publio:cuius ductu auſpicioꝗ res geſtæ erant:in deditionem accipiente latinos popu
los:quorum ibi iuuentus cæſa erat: Aemylius ad pedum exercitum duxit. Pedanos tuebatur Tybius præ
neſtinus ueliternuſꝗ populus:uenerant & ab Lanuuio Antioꝗ auxilia . Vbi cum p̄liis quidem ſuperior
romanus eſſet ad urbem ipſam Pedum caſtraꝗ ſociorum populorum:quæ urbi adiuncta erant:dum ite/
ger labor reſtaret:bello infecto repente omiſſo conſul quia collegæ decretum triūphum audiuit: ipſe quo/
que triumphi ante uictoriam flagitator Romā rediit. Qua cupiditate offenſis patribus negantibuſꝗ niſi
pedo capto:aut dedito triumphum. hinc alienatus ab ſenatu Aemylius ſeditioſum ſimilem tribunatibus
deinde conſulatum geſſit. Nā neꝗ quoad fuit conſul:crimiari apud populum patres deſtitit:collega haud
quaquā aduerſante:quia & ipſæ de plebe erat:materiam autem p̄bebat criminibus ager ī latino falernoꝗ
agro maligne plebi diuiſus:& poſteaquā ſenatus finire īperium conſulibus cupiens dictatorem aduerſus
rebellantes latinos dici iuſſit. Aemylius:cuius tum faſces erant collegam dictatorē dixit:ab eo magiſter eq
tum Iunius Brutus dictus. Dictatura popularis & orationibus ī patres criminoſis fuit:& quod tres leges
ſecundiſſimas plebi aduerſas nobilitati tulit:unam ut plebiſcita oēs q̄rites tenerent alteram:ut legum: quæ
comitiis centuriatis ferrent:ante initum ſuffragiū patres auctores fierent:tertiā ut alter utiꝗ ex plebe cū eo
uentum ſit:ut utrumꝗ plebeiū fieri liceret:cenſor crearet. plus eo anno domi acceptum cladis a conſulib⁹

Atē leges populares. L. Furius. G. Menius conſ.

ac dictatore:quam ex uictoria eorū belliciſꝗ rebus foris auctum īperium patres credebant:anno in ſequē
ti. L. Furio Camillo. C. Menio conſulibus:quo īſignitius omiſſa res Aemylio ſuperioris āni cōſuli expro
baretur. Pedum armis uiribuſꝗ & omni ui expugnandū ac delendum ſenatus fremit:coactiꝗ noui conſu
les oībus eam rem ꝑcerti proficiſcuntur. Iam Latio is ſtatus erat rerum: ut neꝗ bellum : neque pacē pati
poſſent:ad bellum opes deerāt pacē ob agri adempti dolorē aſpernabant: mediis cōſiliis ſtādum uidebāt
ut oppidis ſe tenerēt ne laceſſitus romanus cām belli haberet:& ſi cuius oppidi obſidio nunciata eſſet: un/
dique ex oībus populis auxiliū obſeſſis ferret. Neque tn̄ niſi admodum a paucis populis pedani adiuti
ſunt:tyburtes p̄neſtiniꝗ:quorū ager ꝓpior erat. pedū ꝑuenere: Aricinos lanuuinoſque : & ueliternos an/
tiatibus uolſcis ſe cōiungentes ad aſturæ flumē Menius īprouiſo adortus fudit:Camillus ad pedum cum
tyburtibus maxīe ualido exercitu maiore mole quāquā æque ꝓſpero euētu pugnat: Tumultum maxīe re
pentina īter p̄lium eruptio oppidanorū fecit:in quos parte exercitus conuerſa Camillus non cōpulit ſolū
eos intra mœnia:ſed eodem etiam die cum ipſos auxiliaꝗ eorū perculiſſet:oppidum ſcalis cepit. Placuit
inde iam maiore conatu aīoꝗ ab unius expugnatione urbis ad perdomandum Latium uictorē circūdu/
cere exercitum:nec quieuere antequā expugnando aut in deditionem accipiendo ſingulas urbes Latium
omne ſubegere:præſidiis inde diſpoſitis per recepta oppida Romam ad deſtinatum oīum conſenſu tri/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

umphum deceſſere: additus triũpho honos: ſtatuæ equeſtres eis rara illa ætate res ĩ foro ponerent̃ priuſq̃
comitia in ĩſequentem: annum conſules rogarent. Camillus de latinis populis ad ſenatum retulit atq; ita
diſſeruit. Patres cõſcripti quod bello armiſq; in latio agendũ fuit: id iam deũ benignitate ac uirtute mili-
tum ad finem uenit: cæſi ad pedum aſturamq; ſunt exercitus hoſtium oppida latina oĩa & Antium ex uol
ſcis aut ui capta: aut recepta ĩ deditionem præſidiis tenentur ueſtris: reliqua conſultatio eſt. quoniã rebellã
do ſæpius nos ſollicitant: quonã modo perpetua pace quietos obtineamus dii ĩmortales: ita uos potẽtes
huius conſilii fecerunt: ut ſit latium: deĩde an non ſit: ĩ ueſtra manu poſuerint: Itaq; pacem uobis: quod ad
latinos attinet parare ĩ perpetuum uel ſæuiendo: uel ignoſcendo poteſtis. Vultis crudeliter conſulere in de
ditos uictoſq;? licet delere omne latium: uaſtas ĩde ſolitudines facere: unde ſociali egregio exercitu per mul-
ta bella magnaq; ſæpe uſi eſtis. uultis exemplo maiorũ augere rem romanã uictos ĩ ciuitatẽ accipiẽdo: ma
teria creſcendi p ſummã gloriã ſuppeditat. Certe id firmiſſimũ longe ĩperium eſt: quo obedientes gaudent
Sed maturato opus eſt quicquid ſtatuere placet: tot populos ĩter ſpem metumq; ſuſpenſos animi habetis:
& ueſtram itaq; de eis curã quãprimum abſolui: & illorum aĩos dum expectatione ſtupent: ſeu pœna: ſeu
beneficio p̃occupari oportet: noſtrum. n. fuit efficere: ut oĩum rerum uobis ad conſulendum poteſtas eſſet:
ueſtrum eſt decernere: quid optimum uobis reiq; publicæ ſit. pricipes ſenatus relationem conſulis de ſum-
ma rerum laudare: ſed cum aliorũ cauſa alia eſſet: ita expediri poſſe conſilium dicere: ut pro merito cuiuſq;
ſtatueret̃: ſi de ſingulis noĩatim referrent populis. Relatum igit̃ de ſingulis decretumq; lanuuinis ciuitas
data ſacraq; ſua reddita: cum eo ut ædes lucuſq; Soſpitæ Iunonis cõis lanuuinis municipibus cũ populo
romano eſſet. Aricini nomentaniq; & pedani eodem iure quo lanuuini ciuitatem accepti: Tuſculanis ſer-
uata ciuitas: quam habebant: crimẽq; rebellionis a publica fraude ĩ paucos auctores uerſum. In ueliternos
ueteres ciues romanos: quod totiens rebellaſſent: grauiter ſæuitum: & muri deiecti: & ſenatus inde abdu-
ctus: iuſſiq; trans tyberim habitare: ut eius q eis tyberim dep̃henſus eſſet: uſq; ad mille clarigatio nõ paſſuũ
eſſet: nec priuſquã ære perſoluto: is q cepiſſet extra uincula captum haberet. In agrum ſenatorum coloni miſ
ſi: qbus aſcriptis ſpeciẽ antiquæ frequentiæ Velitræ receperunt. Et Antium noua colonia miſſa: cum eo ut
antiatibus permitteretur: ſi & ipſi aſcribi coloni uellent: naues ĩde longæ abactæ interdictũq; mare antiati
populo eſt: & ciuitas data. Tyburtes: p̃neſtiniq; agro mulctati: neq; ob recens tantum rebellionis cõmune
cũ aliis latinis crimen: ſed quod tedio ĩperii romani cũ gallis gente efferata arma quondam conſociaſſent.
Cæteris latinis populis cõnubia: cõmertiaq;: & conſilia ĩter ſe ademerunt. Campaĩs equitibus honoris cã
quia cum latinis rebellare noluiſſent: fundaniſq; & formianis: quod per fines eorũ tuta paccataq; ſemp fu-
iſſet uia: ciuitas ſine ſuffragio data. Cumanos ſueſſulanoſq; eiuſdem iuris conditioniſq; cuius Capuam eſ
ſe placuit. Naues antiatium partim in naualia Romæ ſubductæ: partim incenſæ: roſtriſque earum ſugge-
ſtum: in foro extructum adornari placuit: roſtraq; id templum appellatum. C. Sulpicio Longo. P. Elio
peto conſulibus cũ oĩa: non opes magis romanæ: quam beneficiis parta gratia bona pace obtinerent: inter
ſidicinos aurũcoſq; bellum ortum. Aurunci a. T. Manlio conſule ĩ deditionem accepti nihil deinde moue
rant: eo petendi auxilii ab romanis cauſa iuſtior fuit: ſed priuſquã cõſules ab urbe: iuſſerat enim ſenatus de
fendi auruncos: exercitum adducerent: fama affertur auruncos oppidum deſeruiſſe: profugatoſq; cum con-
iugibus ac liberis Sueſſam cõmuniſſe: q nunc Aurũca appellata: mœnia antiqua eorum urbẽq; a ſidicinis
deletam: Ob ea infenſus conſulibus ſenatus: quorũ cunctatione p̃diti ſocii eſſent: dictatorem dici iuſſit. Di
ctus eſt Claudius regillenſis magiſtrũ eqtum. C. Claudium Hortatorẽ dixit. Religio ĩde iniecta de dictare
& cum augures uitio creatũ uideri dixiſſent: dictator magiſterq; eqtum ſe magiſtratu abdicarunt. Eo an
no Minutia ueſtalis ſuſpecta prĩo pp mundiorem iuſto cultum ĩſimulata: deĩde apud pontifices ab ĩdice
ſeruo: cum decreto eorum iuſſa eſſet ſacris abſtinere: familiãq; in p̃tãte habere: facto iudicio uiua ſub terrã
ad portã collinã dextera uia ſtrata defoſſa: ſcelerato campo ab ĩceſto id ei loco nomẽ factum. Eodem anno
Qu. Publius philo p̃tor primũ de plebe: aduerſante Sulpicio conſule: q negabat rõnem eius ſe habiturum:
eſt factus: ſenatuq; cum ĩ ſummis ĩperiis: id non obtinuiſſet minus ĩ p̃tura ĩtendente. Inſequens annus. L.
Papyrio Craſſo: Ceſone Duilio conſulibus Auſonũ magis nouo: quã magno bello fuit ĩſignis: ea gẽs Ca-
les urbẽ ĩcolebat: ſidicinis finitimis arma cõiunxerat: unoq; p̃lio haud ſane memorabili duorum populo
rum exercitus fuſus: propinquitate urbiũ ad fugã p̃nior: & ĩ fuga ipſa tutior fuit: nec tamẽ omiſſa eius bel
li cura patribus: quia totiens iã ſidicini aut ipſi mouerãt bellum: aut mouẽtibus auxilium tulerant: aut cã
armorũ fuerãt. Itaq; oĩ ope ãnixi ſunt: ut maximũ ea tẽpeſtate ĩperatorum. M. Valerium coruinum conſu
lem quart. fecerãt: collega additus Coruino. M. Attilius Regulus: & ne forte caſu erraretur: petitũ a conſuli
bus ut extra ſortẽ Coruini ea prouĩcia eſſet. Exercitu uictore a ſuperioribus conſulibus accepto: ad Cales:
unde bellum ortũ erat: profectus: cum hoſtes ab ſuperioris ẽt certaminis memoria pauidos clamore atque
ĩpetu prĩo fudiſſet: mœnia ipſa oppugnare eſt agreſſus & militũ qdem is erat ardor: ut iam ĩde cum ſcalis
ſuccedere ad muros uellent: euaſuroſq; cõtenderẽt. Coruinus: qa id arduũ factu erat: labore militũ potius:
quã periculo peragere ĩceptum uoluit. Itaq; & aggerẽ: & uineas egit: turreſq; muro admouit. quarũ uſum
forte oblata opportunitas præuenerit. Nãq;. M. Fabius captiuus romanus: cũ p negligentiã cuſtodũ feſto
die uinculis ruptis p murũ ĩter opera romanorũ a religata ad pinnam muri reſte ſuſpenſus manibus ſe de
miſiſſet: perpulit ĩperatorem ut uino epuliſq; ſopitos hoſtes aggrederet̃: nec maiore certamine capti cum
urbe auſones ſunt: quam acie fuſi erant: præda capta ĩgens ẽ: præſidioque impoſito Calibus: reductæ Ro
mam legiones: conſul ex ſenatuſconſulto triumphauit. & ne Attilius expers gloriæ eſſet: iuſſi ambo con

Clarigatio. i. per duellionũ d̃claratio ut ultra mille paſ ſus p̃ hoſtibus haberent̃ roſtra.

C. ſulpicius. P. Elius cõſ.

Ninutia ueſtalis

L. papyrius duiliꝰ conſ. M. Vale. M. Attiliꝰ cõ.

ſules aduerſus ſidicinos ducere exercitum dictatorem ante ex ſenatuſconſulto conitiorū habendorum cā
dixerunt. L. Aemylium Mamercum: is magiſtrum eqtum. Qu. Publium Philonem dixi. Dictatore co/
Cales mitia habēte: cōſules creati ſunt. T. Veturius. Sp. Poſthumius. Et ſi belli pars cum ſidicinis reſtabat: tamē
ut beneficio ꝑuenirent delyderium plebis: de colonia deducenda Cales rettulerunt: factoqꝫ ſenatuſconſul/
to ut duo millia qngenti hoīes conſcriberent: tres uiros coloniæ deducendæ: agroqꝫ diuidundo creauerūt
Ceſonem Diulium. T. Quintium. M. Fabium: nam deīde conſules a ueteribus exercitu accepto ingreſſi
hoſtium fines populando uſqꝫ ad mœnia atqꝫ urbem peruenerunt. Ibi qa īgenti exercitu cōparato ſidicini
& ipſi pro extrema ſpe dimicaturi enixe uidebant: & Samnium fama erat conciri ad bellum dictator a cō
ſulibus ex auctoritate ſenatus dictus. P. Cornelius Ruffinus magiſter eqtum. M. Antonius. Religio dein
de īceſſit: uitio hos creatos: magiſtratuqꝫ ſe abdicauerunt: & qa peſtilentia īſecuta eſt uelut oībus eo uitio cō
L. Corne tactis auſpicii: res ad īterregnum rediit. Ab īterregno initio ꝑ qntum demum īterrege. M. Valerium Cor/
lius. Gn. uinum creati conſules. L. Cornelius iterum &. Gn. Domitius tranquillis rebus fama gallici belli pro tu/
Domitiꝰ multu ualuit: ut dictatorem dici placeret dictus. M. Papyrius Craſſus: & magiſter eqtum. P. Valerius pu
conſul. blicola: a qbus cum delectus ītentius: quam aduerſus finitima bella haberet: exploratores miſſi attulerunt
quieta oīa apud gallos eſſe. Samnium quoqꝫ iam alterum annum turbari nouis conſiliis ſuſpectum erat:
eo ex agro ſidicino exercitus romanis nō eſt deductus. Cæterum ſamnites bellum Alexandri epirenſis ī Lu
canos traxit: qui duo populi aduerſus regem excurſionē a pæſto facientem ſignis collatis pugnauerunt: eo
certamine ſuperior Alexander: īcertum qua fide culturus: ſi perinde cætera proceſſiſſent: pacem cum roma
nis fecit. Eodem anno cenſus actus: nouiqꝫ ciues cenſi: tribus ꝑꝑ eos additæ Metia: & Scaptia. Cēſores ad
diderunt. Qu. Philo. Sp. Poſthumius. Romani facti accerrani lege ab. L. Papyrio ꝑtore lata: qua ciuitas ſi
ne ſuffragio data. Hæc eo āno domi militiæqꝫ geſta. Fœdus īſequēs ānus ſeu ītemperie cæli: ſeu humana
M. Clau/ fraude fuit. M. Claudio Marcello. T. Valerio cōſulibus: Flaccum: potitumqꝫ uarie ī annalibus cognomē
dius. T. conſulibus inuenio: cæterū ī eo parui refert: qd ueri ſit: illud peruelim: nec oēs auctores ſunt proditum fal/
Vale. cōſ. ſo eſſe: uenenis abſumptos: quorum mors īfamē annum peſtilentia fecerit: ſicut proditur: tamē res ne cui
auctorum abrogauerim fidem: exponēda ē. Cum primores ciuitatis ſimilibus morbis eodem ferme oēs
euentu morerent: ancilla quædam ad. Qu. Fabium Maximū ædilem curulē īdicaturam ſe cām publicæ
peſtis profeſſa eſt: ſi ab eo ſibi fides data eſſet: haud futurum noxæ īdicium. Fabius confeſtim rem ad con
ſules: conſules ad ſenatū referunt: conſenſuqꝫ ordinis fides īdici data. Tum patefactum muliebri fraude ci/
uitatem ꝑmi: matronaſqꝫ ea uenena coquere: & ſi ſe ſequi extemplo uelint: manifeſto dephendi poſſe. Secu
ti iudicem: & coquentes quaſdam medicamenta: & recondita alia inuenerunt: qbus ī forum delatis: &. xx.
matronis: apud quas dephenſa erant ꝑ uiatorem accitis: duæ ex eis Cornelia ac Seruilia patriciæ utraqꝫ gē
tis cū ea medicamenta ſalubria eſſe contēderent: ab confutante īdice bibere iuſſæ: ut ſe falſum cōmentum ar
guerent: ſpacio ad colloquendum ſumpto cum ſūmoto populo ī conſpectu oīum rem ad cæteras retuliſ/
ſent: haud abneuntibus & illis bibere: epoto medicamento ſua metipſæ fraude oēs īterierunt: cōpræhenſæ
extemplo earum comites magnum numerū matronarū īdicauerunt: ex qbus ad. clxx. damnatæ. Neqꝫ de
Attur ueneficiis ante eam diem Romæ quæſitum eſt: prodigii ea res loco habita: captiſqꝫ magis mentibus: quā
Quæſtio conſceleratis ſimilis uiſa. Itqꝫ memoria ex annalibus repetita ī ſeceſſionibus quondā plebis clauum ab di/
nē de ue/ ctatore fixum alienataſqꝫ diſcordia mentes hoīum eo piaculo cōpotes ſui feciſſe. dictatorem claui figendi
neficis L. cauſa creari placuit creatus. G. Quintilius magiſtrum eqtum. L. Valerium dixit: qui fixo clauo magiſtra/
papy. L. tu ſe abdicarunt. Creati conſules. L. Papyrius Craſſus iterum. L. Plautius Venox: cuius pricipio anni lega
Plaucius ti ex uoſcis ſidicini & lucani Romā uenerunt: orantes ut ī fidem acciperent: ſi a ſamnitium armis defenſi
conſ. eſſent: ſe ſub imperio romani fideliter atqꝫ obedienter futuros. Miſſi tum ab ſenatu legati denunciatumqꝫ
ſamnitibus: ut eorum populorū finibus uim abſtinerent: ualuitqꝫ ea legatio nō tam qnia pacem uolebant
ſamnites q̄ quia nondū parati erant ad bellum. Eodem anno priuernas bellum initum: cuius ſocii funda/
ni dux etiā fundanus fuit uitrubius uaccus uir nō domi ſolum: ſed etiam Romæ clarus: ædes fuere ī pala/
tio eius: quæ uacci prata diruto ædificio publicatoqꝫ ſolo appellata. Aduerſus hūc uaſtantē effuſe ſetinum
norbanūqꝫ: & coranū agrū. L. Papyrius ꝓfectus haud ꝓcul caſtris eius cōſedit. uitrubio nec ut uallo ſete/
neret aduerſus ualidiorē hoſtem ſana cōſtare mens: nec ut longius a caſtris dimicaret aīus ſuppetere uix to
ta extra portā caſtrorū explicata acie: fugā magis retro: quā ꝓlium: aut hoſtem expectāte milite: ſine cōſilio
ſine audatia depugnat: & ut leui momento nec ambigue ē uictus: ita breuitate ipſa loci faciliqꝫ receptu ītā
propinqua caſtra. haud ægre militem a multa cæde eſt tutatus: nec fere quiſquā ī ipſo certamīe: pauci ī tur
Carceres ba fugæ extremæ: cum ī caſtra ruerent: cæſi primiſqꝫ tenebris priuernū īde peritum agmīe trepido: ut mu/
circo ris potius quā uallo ſeſe tutarent: a priuerno Plautius alter cōſul: peruaſtatis paſſim agris: ꝑdaqꝫ abactaqꝫ
ī agrum fundanū exercitū īducit: īgredienti fines ſenatus fundanorū occurit: negant ſe pro uitrubio ſectāqꝫ
eius ſecutis ꝑcatum ueniſſe: ſed ꝓfundano populo: quē extra culpam belli eſſe ipſum uitrubium indicaſſe
cum receptaculum fugæ priuernum habuerit non patriam fundanos: priuerni igitur hoſtes populi roma
ni quærendos perſequēdoſqꝫ eſſe qui ſimul a fundanis ac romanis utriuſqꝫ patriæ īmemores defecerunt.
Fundanis pacē eſſe: & aīos romanos: & gratā memoriā acceptæ ciuitatis: orare ſe conſulem: ut bellum ab ī
noxio populo abſtineat agros: urbē corpora ipſorū: coniugūqꝫ: ac liberorum ſuorū in poteſtate populi ro
mani eſſe futuraqꝫ: Collaudatis fundanis: conſul litteriſqꝫ Romam miſſis: in officio fundanos eſſe: ad pri
uernum flexit iter: prius animaduerſum in eos qui capita coniurationis fuerant a conſule: ſcribit Clau/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dius ad.cccl.ex cõiuratis uinctos Romá miſſos:eáq; deditionẽ a ſenatu nõ acceptá quod egenũ atq; humi
lium pœna defungi uelle fundanum populũ cẽſuerint. Priuernũ duobus cõſularibus exercitibus cũ obſi-
derẽt.alter cõſul comitiorũ cã Romá reuocatus. Carceres eo anno ĩ circo primũ ſtatuti. Nõdũ ꝓfectos cu
ra priuernatis belli tumultus gallici fama atrox inuaſit haud ferme unq̃ neglecta pribus. Extẽplo igit̃ cõ-
ſules noui. L. Aemylius Mamercus:& Gn. plautius eo ipſo die Kalẽ. qntilibus:quo magiſtrat⁹ inierunt
cõparere ĩter ſe ꝓuincias iuſſi:Mamercus cui gallicũ bellũ euenerat:ſcribere exercitũ ſine ulla uacatiõis ue-
nia:qn opificũ quoq; uulgus & ſellulari minime militiæ idoneũ genus exciti dicunt̃. Veioſq; ingẽs exer-
citus cõtractus ut ĩde obuiá gallis iret̃:lõgius diſcedi:ne alio itinere hoſtis falleret:ad urbẽ incedẽs nõ pla-
cuit. Paucos deinde poſt dies ſatis explorata tpis eius qete a gallis Priuernũ oĩs cõuerſa uis:Duplex ĩde fa-
ma ẽ alii ui captá urbẽ Vitrubiũq; uiuũ in ptãtem ueniſſe:alii priuſq̃ ultima adhiberet̃ uix ipm̃ ſe in dedi
tionẽ cõſulis caduceũ pferentis pmiſiſſe auctores ſũt. Vitrubiũq; ab ſuis traditũ Senat⁹ de Vitrubio priuer
natibuſq; cõſultus cõſulẽ Plautiũ dirutis priuerni muris:præſidioq; ualido ĩpoſito:ad triũphum acceſſit.
Vitrubiũ in carcerẽ aſſeruari iuſſit:quoad cõſul rediſſet:tũ uerberatũ necari: ædes eius:q̃ eſſent ĩ palatio:di
ruendas:bona Semonilano cẽſuerũt cõſecráda quodq; æris ex eis redactũ eſt:ex eo ahenei orbes facti:poſi-
ti in ſacello Semonilani aduerſus ædẽ Quirini. De ſenatu priuernate ita decretũ ut q ſenator Priuerni poſt
defectionẽ ab romanis manſiſſet:trans tyberim eadẽ lege:q̃ ueliterni habitaret. His ita decretis uſq; ad triũ
phum Plautii ſilẽtiũ de priuernatibus fuit poſt triũphũ cõſul necato Vitrubio ſociiſq; ei⁹ noxiæ apud ſa-
tiatos iam ſuppliciis nocentiũ tutá mẽtionẽ de priuernatibus ratus:qm̃ defectionis auctores:inqt: meri-
tas pœnas & ab diis ĩmortalibus:& a uobis habẽt patres cõſcripti:qd placet de innoxia multitudine fieri?
æquidẽ & ſi meæ patres exqrendæ magis ſñiæ:quá dandæ ſunt tamẽ cũ uideá priuernates uicinos ſamni
tibus eſſe unde nunc nobis ĩcertiſſima pax ẽ:q̃ minimũ irarũ ĩter nos illoſq; relinq uelim. Cũ ipſa p ſe res
ancepſeſſet ꝓut cuiuſq; ingẽtiũ erat atrotius mitiuſue ſuadentibus:tũ incertiora oĩa unus ex priuernatib⁹
legatis fecit magis conditiõis:in qua natus eſſet:quá præſentis neceſſitatis memor: q interrogatus a quo-
dam triſtioris ſententiæ auctore:quá pœnam meritos priuernates cẽſeret:eam:inquit:quá merent̃:qui ſe
libertate dignos cenſent. Cuius cũ feroci reſponſo ĩfeſtiores factos uideret cõſul:eos qui ante priuernatium
cám ĩpugnabát ut ipſe benigna interrogatione mitius reſpõſum eliceret:qd ſi pœná:ĩquit:remitrimus uo
bis qualẽ nos pacem uobiſcũ habituros ſeperemus? Si boná dederitis:inquit:& fidelẽ & perpetuá: ſi ma-
lam haud diuturná. Tũ uero minari nec id ambigue priuernatẽ quiddá:& illis uocibus ad rebellandum
incitari pacatos populos. Pars melior ſenatus ad meliora reſponſa trahere:& dicere uiri & liberi uocẽ au-
ditá an credi poſſe ullum populũ aut hominẽ deniq; in ea conditione:cuius eũ peniteat:diutius:quá neceſ
ſe ſit manſurũ:ibi pacẽ eſſe fidam:ubi uoluntarii pacati ſint:neq; eo loco:ubi ſeruitutẽ eſſe uelint: fidem
ſperandam eẽ. In hanc ſententiam maxime conſul ipſe inclinauit animos: identidẽ ad principes ſententia-
rũ conſulares uti exaudiri poſſet a pluribus dicẽdo eos demũ:qui nihil præterquá de libertate cogitát di-
gnos eẽ qui romani fiant. Itaq; & in ſenatu cauſam obtinuere:& ex auctoritate patrũ latum ad populum
eſt:ut priuernatibus ciuitas daretur. Eodẽ anno Anxur trecenti in coloniá miſſi ſunt:bina iugera agri ac-
ceperunt. Secutus eſt annus nulla re belli domiue inſignis. P. Plautio Proculo. P. Cornelio Scapula conſu
libus:præterquá quod fregellæ (ſigniorũ is ager:deinde uolſcorũ fuerat) colonia deducta:& populo uiſce
ratio data a. M. Flauio in funere matris. Erant:qui per ſpeciẽ honerádæ patentis meritá mercedẽ populo
ſolutam interpretarentur:quod eum die dicta ab ædilibus crimine ſtupratæ matris familiæ abſoluiſſet.
Data uiſceratio ĩ pteritam iudicii gratiam honoris etiá cauſa fuit:tribunatuq; plebei ꝓximis comitiis ab-
ſens petentibus præfertur. Palæpolis fuit haud ꝓcul inde:ubi nũc Neapolis ſita eſt:duabus urbibus po-
pulus idem habitat:Cumis erant oriundi:Cumani Chalcide euboica originẽ trahunt. Claſſe qua aduecti
ab domo fuerant:multũ in ora maris eius:quod acolũt potuere:Prĩo in ĩſulas Aenariá & Pithecuſas egreſ
ſi:deinde in continẽ ẽ auſi ſedes transferre. Hæc ciuitas tum ſuis uiribus:tũ ſamnitiũ infida aduerſus roma
nos ſocietate fræta:ſiue peſtilẽtia:q̃ romaná urbẽ adhorta nunciabat̃ fidẽs:multa hoſtilia aduerſus roma
nos agrum cápanũ falernũq; incolentes fecit. Igit̃. L. Cornelio Lentulo. P. Philone iterũ conſulibus fœcia-
libus Palæpolin ad res repetẽdas miſſis: cũ relatum eẽt a græcis gente lingua magis ſtrenua:quá factis fe-
rox reſponſum:ex auctoritate patrũ populus palæpolitanis bellũ fieri iuſſit. Inter conſules ꝓuinciis cõpa-
ratis:bello græci pſequẽdi Publio euenerũt. Cornelius altero exercitu ſamnitibus:ſi qua ſe mouerẽt. op-
poſitus fama aũt erat defectioni cápanorũ imminẽtes admoturos caſtra: ibi optimũ uiſum cornelio ſtati-
ua habere:Ab utroq; cõſule exiguá ſpem pacis cũ ſamnitibus eẽ certior fit ſenatus. Publius duo millia no-
lanorum militũ & quattuor ſamnitiũ:magis nolanis cogentibus:quá uoluntate græcorũ recepta palæpo
li miſerat. Romæ compertũ ẽ delectũ indictũ a magiſtratibus:uniuerſum Samniũ erectũ:ac uicinos po-
pulos priuernatẽ fundanũq; & formianũ haud ambigue ſollicitari. Ob hæc cum legatos mitti placuiſſet:
prius ad ſamnitis:q̃ bellũ fieret:reſpõſum reddit̃ a ſamnitibus ferox:ultro incuſabant iniurias romanorum:
neq; eo negligentius ea:q̃ ipſis obiicerent̃:purgabant:haud ullo publico cõſilio auxilioue iuuari græcos:
nec fundanũ formianũue a ſe ſollicitatos:qppe minime pœnitere ſe uiriũ ſuarum:ſi bellũ placeat. Cæterũ nõ
poſſe diſſimulare: ægre pati ciuitatem ſamnitiũ:quod Fregellas ex uolſcis captas dirutaſq; ab ſe reſtitue-
rit romanus populus:coloniáq; in ſamnitiũ agro ĩpoſuerit:quá coloni eorum Fregellas appellent:eam ſe cõ
tumeliam iniuriáq; niſi ab iis:q fecerint:dematur:ipſos omni ui depulſuros eẽ. Cum roman⁹ legatus ad
diſceptandum eos ad cõmunes ſocios atq; amicos uocaret. Quid perplexe agimus:inquit:nr̃a certamina

L. æmyli⁹ C. Plauti-us conſ.

Att̃. cõtu max pri-uernatis reſpõſum

P. Plauti us. P. Corneli-us conſ.

Palæ-polis

L. Corne lius. P. Philo cõ.

Fregel-læ

romani nõ uerba legatorũ nec hoĩum qſquã diſceptator:ſed cãpus cãpanus:in quo cõcurrendũ ẽ:& arma
& cõmunis mars belli decernet.Proinde inter Capuã Sueſſulãqꝫ caſtra caſtris cõferamus:& Samnis Ro/
manus ne imperio Italiã regat:decernamus.Legati romanorũ tum ſe nõ quo hoſtis uocaſſet:ſed quo ĩpe/
ratores ſui duxiſſent:ituros eẽ reſpõderũt.Iam Publius ĩter Palæpolin Neapolinqꝫ loco opportune capto
diremerat hoſtibus ſocietatẽ auxilii mutui:qua ut quiſqꝫ locus ꝑmeretur:inter ſe uſi fuerãt.Itaqꝫ cũ & co/
mitiorũ dies ĩſtaret:& publium ĩminentẽ hoſtium muris auocari ab ſpe capiendæ ĩ dies urbis haud e re/
publica eẽt:actũ cũ tribunis ẽ:ad populũ ferrẽt:ut cũ.P.Philo cõſulatu abiiſſet:ꝓcõſul rẽ gereret:quoad
debellatum cũ græcis eẽt.L.Cornelio:qa ne eũ qdẽ in Sãnium iã ingreſſum reuocari ab ĩpetu belli place/
bat:litteræ miſſæ ut dictatorẽ comitioꝝ cã diceret:dixit.M.Claudiũ Marcellũ:ab eo magiſter equtum di/
ctus Sp.Poſthumius.Nec tñ ab dictatore comitia ſunt habita:qa uitio ne creatus eẽt:in diſqſitionẽ uenit:
conſulti augures uitioſum uideri dictatorẽ ꝓnunciauerunt.Eam rẽ tribuni ſuſpectã infamẽqꝫ criminan/
do fecerunt:nã neqꝫ facile fuiſſe id uitium noſci cũ cõſul oriente nocte ſilentio diceret dictatorẽ neqꝫ ab cõ/
ſule cuiquã publice priuatimqꝫ de ea re ſcriptum eẽt ut quemquã mortalium extare:qui ſe uidiſſe:aut au/
diuiſſe quid dicat quod auſpitiũ dirimeret:neqꝫ augures diuinare Romæ ſedẽtes potuiſſe qd in caſtris cõ/
ſuli uitii eueniſſet:cui nõ apparere.quod plebeius dictator ſit dictus:id uitiũ auguribꝰ uiſum.Hæc aliaqꝫ
ab tribunis ne quicq̃ iactata:tamẽ ad interregnũ res redit:dilatiſqꝫ alia atqꝫ alia cauſa comitiis:quartuſde/
C.Petili/us.L.Pa/pyrius con.
cimus demũ interrex.Lucius Aemylius cõſules creat.C.Petilium Luciũ Papyriũ Mugilanum Curſorẽ in
aliis annalibus inuenio.Eodem anno Alexandriã in Aegypto proditũ cõditam.Alexandrumqꝫ Epiri re/
gem ab exule lucano interfectũ ſortes dodonæi Iouis euẽtu affirmaſſe.Accito ab tarentinis ĩ Italiã data di/
ctio erat caueret acheruſiã aquã Pandoſiamqꝫ urbẽ:ibi fatis eius terminũ dari:eoqꝫ ocius tranſmiſit in Ita/
liam ut quã maxime procul abeſſet urbe Pandoſia in Epiro & acherõte amni:quẽ ex Molloſide defluen/
tem in ſtagna inferna accipit theſportius ſinus.Cæterũ ut ferme fugiẽdo in media fata ruitur:cũ ſæpe bru/
tias lucanaſqꝫ legiones fudiſſet.Heracleam tarẽtinorum coloniã Conſentiã ex lucanis Sipontũqꝫ brutio/
rum coloniã ac Erniam:alias inde meſſapiorum & lucanoꝝ cepiſſet urbes:& trecẽtas familias illuſtres in
Epirum:quas obſidũ numero haberet:miſiſſet:haud ꝓcul Pandoſia urbe imminẽte lucanis ac brutiis fini/
bus tris tumulos aliquãtum inter ſe diſtãtes inſedit:ex quibus excurſiões in omnẽ partẽ agri hoſtilis face/
ret:& ducẽtos ferme lucanorũ exules circa ſe ꝓfidis habebat:ut pleraqꝫ eius generis ingenio ſunt cũ fortu/
na mutabilem gerentes fidẽ:imbres cõtinui cãpis omnibus inũdantes cũ interclusiſſent trifariã exercitum a
mutuo inter ſe auxilio:duo præſidia:quæ ſine rege erãt:improuiſo hoſtiũ aduentu opprimũtur:deletiſqꝫ
eis ad ipſius obſidionẽ omnes cõuerſi:inde ab lucanis exulibus ad ſuos nũcii miſſi ſunt:pactoqꝫ reditu ꝓ/
miſſum eſt regẽ aut uiuũ aut mortuũ in poteſtatẽ daturos.Cæterũ cum delectis ipſe egregiũ facinus auſus
per medios erũpit hoſtes:& ducẽ lucanoꝝ cõminus congreſſum obtruncat:cõtrahenteſqꝫ ſuos ex fuga pa/
latos peruenit ad amnẽ ruinis recentibus põtis:quẽ uis aquæ abſtulerat indicantẽ iter quẽ cum incerto ua/
do tranſiret agmen feſſus metu ac labore miles increpãs nomẽ abnominandũ fluminis iure achreos uoca/
ris inquit.Quod ubi ad aures accidit regis adiecit extẽplo animũ fatis ſuis:ſubſtititqꝫ dubius an tranſiret
Tum Sotinius miniſter ex regis pueris:quid in tãto diſcrimine periculi cunctaretur:interrogans:indicat
lucanos inſidiis q̃rere locum:quod ubi reſpexit rex:ꝓcul grege facto uenientes ſtringit gladiũ:& per medi/
um amnem tranſmittit equũ.Iamqꝫ in uadũ egreſſum eminus ueruto lucanus exultãs figit:lapſum inde
cum inhærẽtem tælo corpus examine detulit animis in hoſtiũ præſidia.Ibi fœda laceratio corporis facta:
namqꝫ precio medio partem Conſentiã miſere pars ipſis retẽta ad ludubrium:quæ cũ iaculis ſaxiſqꝫ ꝓ/
cul inceſſeretur:mulier una ultra humanarum irarum fidẽ ſæuiẽti turbæ immixta ut parumper ſuſtinerẽt
precata:flens ait uirũ ſibi liberoſqꝫ captos apud hoſtes eẽ:ſperare corpore regio utcũqꝫ mulctato ſe ſuos re/
dempturam.Is finis lacerationi fuit:ſepultũqꝫ Conſentiæ:quod membroꝝ reliquum fuit:cura mulieris
unius:oſſaqꝫ Metapontũ ad hoſtes remiſſa:inde Epyrum deuecta ad Cleopatrã uxorẽ:ſororẽqꝫ Olym/
Alexan/dri Epi/renſis ĩtẽtus Com/mẽtũ pri/uatæ mu/lieris
piadem:quaꝝ mater magni Alexandri altera:ſoror altera fuit.Hæc de Alexandri epirẽſis triſti euentu q̃q̃
romano bello fortuna eum abſtinuit:tamẽ quia in Italia bella geſſit:paucis dixiſſe ſatis ſit.Eodem anno
lectiſternium Romæ quinto poſt conditam urbẽ:iiſdem quibus ante placandis habitum eſt diis.Noui
deinde cõſules iuſſu populi cum miſiſſent:qui indicerẽt ſamnitibus bellũ:ipſi maiore conatu:quã aduer/
ſus græcos cuncta parabãt:& alia noua nihil tum animo tale agitãtibus acceſſerũt auxilia.lucani atqꝫ ap/
puli:quibus gẽtibus nihil ad eam diẽ cum Roma.Popu.fuerat in fidem uenerunt arma uiroſqꝫ ad bellũ
pollicentes:fœdere ergo in amicitiã accepti.Eodem tẽpore etiã in Samnio res proſpere geſta:tria oppida
in poteſtatẽ uenerunt:Alife:Callirife:Ruffrium:aliuſqꝫ ager primo aduentu cõſulum longe lateqꝫ ẽ pua/
ſtatus.Hoc bello tam ꝓſpere cõmiſſo:bello quoqꝫ alteri:quo græci obſidebantur:iã finis aderat:nã præ/
terquã quod interſeptis munimentis hoſtium pars parti abſciſſa eẽt:fœdiora aliquanto intra muros iis:
quibus hoſtis territabat:patiebanť:& uelut capti a ſuiſmetipſis ꝑſidiis:indigna iam liberis quoqꝫ ac con/
iugibus:& quæ captaꝝ urbium extrema ſunt:patiebanť.Itaqꝫ cum & a Tarẽto & a ſamnitibus fama eẽt
noua auxilia uentura ſamnitium pluſquã uellent intra mœnia eſſe rebãtur:Tarentinorum iuuentutem
græci græcos haud minus per quos ſamniti nolanoqꝫ:quã ut romanis hoſtibus reſiſterent expectabant.
Poſtremo leuiſſimum malorũ deditio ad romanos uiſa.Charilaus & Nymphius principes ciuitatis cõ/
municato inter ſe conſilio partes ad rem gerendam didiſcere.ut alter ad imperatorem romanorum tranſfu/
geret:alter ſubſiſteret ad ꝑbendam opportunã conſilio urbem.Charilaus fuit:qui ad.P.Philonem uenit:

& quod bonũ fauſtũ felixqꝫ palæpolitanis populoqꝫ romano eſſet: tradere ſe ait mœnia ſtatuiſſe eo facto utrũ ab ſe ꝓdita an ſeruata patria uideať: in fide romana poſitũ eſſe: ſibi priuatim nec paciſci quicq̃ nec petere: publice petere: quã paciſci magis: ut ſi ſucceſſiſſet inceptũ: cogitaret populus romanus potius cũ q̃to ſtudio periculoqꝫ reditũ in amicitiã ſuã eſſet: quã qua ſtulticia & temeritate de officio deceſſum. Collaudatus ab imꝑatore triamilia militũ ad occupandã eã partẽ urbis: quam ſamnites ĩſidebãt accepit: p̃ſidio ei L. Quintius tribunus militũ p̃poſitus. Eodẽ tp̄e & Nymphius p̃torem ſamnitiũ arte aggreſſus ꝑpulerat: ut quoniã oĩs romanus exercitus ut circa Palæpolin: aut in Samnio eẽt ſineret ſe claſſe circũuehi ad romanũ agrum: nõ oram mõ maris: ſed ipſi urbi ꝓpinqua loca depopulaturũ: ſed ut falleret nocte ꝓficiſcendũ eẽ: extẽploqꝫ naues deducẽdas. Quod quo maturius fieret: oĩs iuuẽtus ſamnitiũ p̃ter neceſſariũ urbis præſidium ad littus miſſa. Vbi dum Nymphius in tenebris: & multitudine ſemetipſa impediente: ſedulo aliis alia ĩperia turbans terit tempus: Charilaus ex cõpoſito ab ſociis in urbem receptus cum ſumma urbis romano milite impleſſet: tolli clamorem iuſſit: ad quẽ græci ſigno accepto a principibus: q̃euere: Nolani ꝑ auerſam partẽ urbis uia Nolam ferente effugiũt: ſamnitibus excluſis ab urbe ut expeditior in p̃ſentia fuga ita fœdior poſteaq̃ ꝑiculo euaſerunt uiſa: q̃ppe qui inermes nulla rerũ ſuarum nõ relicta inter hoſtes: ludibrium nõ externis mõ: ſed ẽt popularibus: ſpoliati atqꝫ egentes domos rediere. Haud ignarus opiniõis alterius qua hæc proditio a ſamnitibus facta traditur cum auctorib⁹ hoc dedi: quib⁹ dignius credi ẽ. Tum fœdus neapolitanum: eo enim deinde ſumma rei græcorum uenit: ſimilius uero facit ipſos in amicitiam rediſſe. Publio triũphus decretus: quod ſatis credebatur obſidione domitos hoſtes in fidem ueniſſe. Duo ſingularia hæc ei uiro primũ cõtingere prorogatio ĩperii nõ ante in ullo facta: & acto honore triumphus

Palæpolis proditiõe capitur

Aliud ſubinde bellum cũ alterius oræ græcis exortũ: nãqꝫ cũ tarẽtini rẽ palæpolitanam uana ſpe auxilii aliquãdiu ſuſtinuiſſent: poſteaq̃ romanos urbe potitos accepe: uelut deſtituti ac nõ qui ipſi deſtituiſſent increpare palæpolitanos: ira atqꝫ inuidia in romanos furere: eo ẽt quod lucanos & appulos: nãqꝫ utraqꝫ eo anno ſocietas cœpta eſt: in fidem Po. Ro. ueniſſe allatũ eſt: quippe prope modũ ꝑuentum ad ſe eſſe: iamqꝫ ĩ eo rem eẽ: ut romani aut hoſtes: aut domini habendi ſint. Diſcrimen ꝓfecto rerũ ſuarũ in bello ſamnitiũ euentuqꝫ eius uerti: eam ſolam gentẽ reſtare: nec eam ipſam ſatis ualidam: quãdo lucanus defecerit: quem reuocati adhuc ĩpelliqꝫ ad abolendam ſocietatẽ romanam poſſe: ſi qua ars ſerẽdis diſcordiis adhibeatur. Hæc cõſilia cũ apud cupidos rerũ nouãdarũ ualuiſſent: ex iuuentute quidã lucanorũ p̃tio acciti: clari magis inter populares quã honeſti: inter ſe mulctati ipſi uirgis cũ corpora nuda intuliſſent in ciuiũ cœtũ uociferati ſunt: ſe quod caſtra romana ĩgredi auſi eẽnt: a cõſule uirgis cæſos ac ꝓpe ſecuri ꝑcuſſos eẽ. Deformis ſuapte natura res cũ ſpẽm iniuriæ magis: quã doli præ ſe ferret: Concitati hoĩes cogunt clamore ſuo magiſtratus ſenatũ uocare: & alii circũſtantes cõciliũ bellũ in romanos poſcũt: alii ad cõcitandã in arma multitudinem agreſtiũ diſcurrũt tumultuqꝫ ẽt ſanos cõſternãte aĩos decerniť: ut ſocietas cũ ſamnitibus renouaretur: legatiæ ad eã rẽ mittanť. Repentina res q̃a quam cãm nu llam tam ne fidem quidẽ habebat: coacti a ſamnitibus obſides dare: & præſidia in loca munita accipere: cæci fraude & ira nihil recuſarũt. Dilucere deinde breui fraus cœpit: poſteaq̃ criminũ falſorũ auctores Tarentũ cõmigrauere: ſed amiſſa omni de ſe poteſtate nihil ultra: quã ut pœniteret fruſtra reſtabat. Eo anno plebi romanæ uelut aliud initiũ libertatis factũ eſt quod necti deſierunt: mutatum autem ius ob unius fœneratoris ſimul libidinem: ſimul crudelitatem inſignem. L. Papyrius is fuit cum ſenatu conſulto Publius ob æs alienum paternum nexum dediſſet quẽ ætas formaqꝫ ad miſericordiam elicere poterant: ad libidinem & contumeliam animum accenderunt: & florem ætatis eius fructum aduentitium crediti ratus: primo perlicere adoleſcentem ſermone inceſto eſt conatus: deinde poſteaquam aſpernabantur flagitium aures minis territare atqꝫ identidem admonere fortunæ: poſtremo cum ingenuitatis magis quam præſentis conditionis memorem uideret: nudari iubet uerberaqꝫ afferri. Quibus laceratus iuuenis cum ſe in publicum proripuiſſet libidinem crudelitatemqꝫ cõquerens fœneratoris: ingens uis hominum cum ætatis miſeratione atqꝫ indignitate iniuriæ accenſa: tum ſuæ conditionis liberumqꝫ ſuorum reſpectu: in forum atqꝫ inde agmine facto ad curiam concurrit: & cũ conſules tumultu repentino coacti ſenatum uocarent: introeuntibus in curiam patribus laceratum iuuenis tergum procumbentes ad ſingulorum pedes oſtendebant. Victum eo die ob impotentem iniuriã unius ingens uinculum fidei iuſſiqꝫ conſules ferre ad populum ne quis: niſi qui noxiam meruiſſet: donec pœnam lueret: in compedibus aut in neruo teneretur: pecuniæ creditæ: bona debitoris non corpus obnoxiũ eſſet. Itaqꝫ nexi ſoluti: cautumqꝫ in poſterum ne necterentur. Eodem anno cum ſatis per ſeipſum ſamnitium bellum: & defectio repens lucanorum: auctoreſqꝫ defectionis tarentini ſollicitos haberent patres: acceſſit: ut & ueſtinus populus ſamnitib⁹ ſeſe coniungeret. Quæ res ſicut eo anno ſermõibus magis paſſim hominum iactata: quam in publico ullo concilio eſt: ita inſequentis anni cõſulibus. L. furio Camillo iterum. Iunio Bruto Scæuæ nulla prior potiorqꝫ uiſa eſt de qua ad ſenatum referrẽt: & quanquam noua res erat: tamen tanta cura patres inceſſit: ut pariter eam ſuſceptam neglectamqꝫ timerent ne aut impunitas eorũ laſciuia ſuperbiaqꝫ aut bello pœnæ expetitæ metu propinquo atqꝫ ira concirẽt finitimos populos. Et erat genus omne abũde bello ſamnitibus par marſi: pelignīqꝫ & marucini: quos ſi ueſtinus attingeret: omnes habendos hoſtes. Vicit: tamen pars: quæ in præſentia uideri potuit maioris animi quam conſilii: ſed euẽtus docuit fortes fortunam iuuare. Bellum ex auctoritate patrum populus aduerſus ueſtinos iuſſit: prouincia ea Bruto. Samnium Camillo ſorte euenit: exercitus utroqꝫ ducti: & cura tuendorum finium hoſtes prohibiti coniugere arma: Cæterum alterum conſulem. L. Furium: cui maior moles rerum impoſita

Cur deſierint q̃rites ob alienũ æs necti

L. Furius Iunius Brutus

erat:morbo graui implicitum fortuna bello ſubtraxit:iuſſuſq; dictatorem dicere rei gerendæ cauſa longe
clariſſimum bello ea tẽpeſtate dixit.L.Papyriũ Curſorẽ:a quo.Qu.Fabius Maximus Rutilianus magi-
ſter equitum eſt dictus par nobile rebus in eo magiſtratu geſtis diſcordia tamẽ qua ꝓpe ad ultimũ dimi-
cationis uentum eſt nobilius.Ab altero cõſule in ueſtinis multiplex bellũ nec uſquã uario euentu geſtum
eſt:nam & peruaſtauit agros & populãdo atq; urendo tecta hoſtium ſataq; in aciẽ inuitos extraxit:& ita
prælio uno accidit ueſtinorum res haud quaquã tamẽ incruento milite ſuo:ut nõ in caſtra ſolum refuge-
rent hoſtes:ſed iam ne uallo quidẽ ac foſſis fræti dilaberentur in oppida ſitu urbiũ mœnibuſq; ſe defenſu-
ri:Poſtremo oppida quoq; ui expugnare adortus.primo Cutinã ingenti ardore militũ aut uulnerũ ira:
quod haud fere quiſquã ĩteger prælio exceſſerat:ſcalis cepit:deinde Cingiliã.Vtriuſq; urbis prædã militi-
bus:quod eos neq; portæ:neq; muri hoſtiũ acuerant conceſſit.In Samniũ incertis itũ auſpiciis ẽ:cuius rei
uitiũ nõ in belli euẽtum.quod ꝓſpere geſtũ eſt:ſed in rabiẽ atq; iras ĩperatorum uertitur.Nãq; Papyrius
dictator appulario monitus:cũ ad auſpiciũ petendũ Romã ꝓficiſceretur:magiſtro equitũ denunciauit ut

Fabi⁹ magiſter eqtũ ĩ iuſſu dictatoris pugnat.xx.Sãnitiũ cæſa

ſeſe loco teneret:neu abſente ſe cũ hoſte manũ confereret.Fabius cũ poſt ꝓfectionẽ dictatoris ꝑ explorato-
res cõperiſſet ꝑinde oĩa ſoluta apud hoſtes ac ſi nemo romanus in Sãnio eẽt:ſeu ferox adoleſcẽs indignita
te accenſus:quod oĩa in dictatore uiderent̃ repoſita eẽ:ſeu occaſione bene gerẽdæ rei inductus:exercitu in-
ſtructo:paratoq;:ꝓfectus ad Imbrinium(ita uocant locũ)acie cũ ſamnitibus cõflixit.Ea fortuna pugnæ
fuit:ut nihil relictum ſit:quo:ſi affuiſſet dictator:res melius geri potuerit nõ dux militi:nõ duci miles de-
fuit:eques ẽt auctore.L.Cominio tribuno:qui aliquotiẽs ĩpetu capto perrũpere nõ poterat hoſtiũ agmẽ:
detraxit frenos equis:atq; ita cõcitatos calcaribus permiſit ut ſuſtinere eos nulla uis poſſet:ꝑ arma per ui-
ros late ſtragẽ delere ſecutus pedes impetũ eqtum turbatis hoſtibus intulit ſigna uiginti milia hoſtium cæ
ſa eo die tradũtur.Auctores habeo bis cũ hoſte ſigna collata dictatore abſente:bis rem egregie geſtã:apud
antiquiſſimos ſcriptores una hæc pugna inuenitur in qbuſdam annalibus tota res prætermiſſa eſt.Magi-
ſter equitũ ut ex tãta cæde multis potitus ſpoliis:cõgeſta in ingentẽ aceruũ hoſtilia arma ſubdito igne con
creauit:ſeu uotũ id deorũ cuipiam fuit ſeu credere libet Fabio auctori eo factum:ne ſuæ gloriæ fructũ di-
ctator caperet nomenq; ibi ſcriberet aut ſpolia in triũpho ferret.Litteræ quoq; de re ꝓſpere geſta ad ſenatũ
nõ ad dictatorẽ miſſæ:argumentũ fuere minime cũ eo cõicantis laudem.Ita certe dictator id factum acce-
pit:ut lætis aliis uictoria parta præ ſe ferret:iram triſtitiãq;:miſſoq; repẽte ſenatu:ſe ex curia ꝓripuit.Tũ
uero nõ ſamnitiũ magis legiones:quã maieſtatem dictatoriã & diſciplinã militarem a magiſtro equitum
uictam & euerſam dictitans:ſi illi impune ſpretũ imperium fuiſſet.Itaq; plenus minarum iræq;ꝓfectus in
caſtra cum maximis itineribus iſſet nõ tamẽ præuenire famã aduentus ſui potuit.præcurrerãt enim ab ur
be:qui nunciarent dictatorẽ auidum pœnæ uenire.alternis pene uerbis.T.Manlii facta laudãtem.Fabi-

Verba fabri ad milites

bius extẽplo:cõcione aduocata:obteſtatus milites eſt:ut qua uirtute rẽp.ab infeſtiſſimis hoſtibus defendiſ
ſent:eadem ſe:cuius ductu auſpicioq; uiciſſent:ab impotẽti crudelitate dictatoris tutarentur.Venire amẽ-
tem inuidia:iratum uirtuti alienæ felicitatiq; furere quod ſe abſente:reſpub.geſta egregie eſſet:malle ſi mu
tare fortunã poſſet:apud ſamnites:quã romanos uictoriã eſſe:imperium dictaturæ ſpretum:tanq̃ non ea-
dem mẽte pugnari uetuerit:q̃ pugnatũ doleat:& tũc inuidia ĩpedire uirtutẽ alienã uoluiſſe cupidiſſimiſq;
ablaturũ arma fuiſſe militibus:ne ſe abſente moueri poſſent:& nũc id furere id ægre pati:quod ſine.L.Pa-
pyrio nõ inermes:nõ mãci milites fuerint:quod ſe.Q.Fabius magiſtrũ eqtum duxit ac nõ accenſum di
ctatoris.Quid illũ facturũ fuiſſe:ſi quod belli caſus ferũt:marſq; cõmunis aduerſa pugna eueniſſet:q ſibi
deuictis hoſtibus:repu.bene geſta ita ut nõ ab illo unico duce melius geri potuerit:ſuppliciũ magro eq-
tum & tũc uictori minet̃.Neq; illum magiſtro eqtum infeſtiorẽ quã centurionibus:quã militibus eẽ:ſi
poſſet in oẽs ſæuiturũ fuiſſe:qa id nequeat in unũ ſæuire:& iã inuidiã tanq̃ ignem ſumma petere in caput
cõſilii in ducẽ incurrere.Si ſe ſimul cũ gloria rei geſtæ extinxiſſet:tunc uictorẽ uelut in capto exercitu do-
minantẽ qcqd licuerit:in magiſtro eqtum in militibus auſurũ.Proinde adeſſent in ſua cã oĩum libertati:ſi
cõſenſum exercitus eundẽ q in prælio fuerit in tuẽda uictoria uideat:& ſalutẽ unius oĩbus curæ eſſe:in-
clinaturũ ad clæmentiorẽ ſñiam aĩum:poſtremo ſe uitã fortunaſq; ſuas illorũ fidei uirtutiq; ꝑmittere.Cla
mor e tota cõcione ortus uti bonũ aĩum haberet neminẽ illi uim allaturũ ſaluis legiõibus romanis.Haud
multo poſt dictator aduenit:claſſicoq; extẽplo ad concionẽ aduocauit.Tum ſilẽtio facto:præco Quintũ
Fabium magiſtrũ eqtum citauit:q ſemel ex inferiore loco ad tribunal acceſſit:tum dictator q̃ro:ĩquit:de
te Quinte Fabi cum ſummũ imperiũ dictatoris ſit:pareant ei cõſules regia poteſtas:prætoreſq; iidem au-
ſpiciis:quibus cõſules creati:æquum cẽſeas nec ne magiſtrum equitũ dicto audientẽ eẽ:itemq; illud inter-
rogo:cum me incertis auſpiciis ꝓfectum ab domo ſcirem:utrum mihi turbatis religionibus reſpublica
diſcrimẽ cõmittenda fuerit:an auſpicia repetenda ne quis diis dubiis agerem?ſimul illud:quæ dictatori re
ligio impedimento:ad regem gerendam fuerit:num ea magiſter equitũ ſolutus ac liber potuerit eſſe?Sed

Cõſules & ꝑtores iiſdem auſpiciis creabantur

quid ego hæc interrogo?cum ſi ego tacitus abiſſem:tamẽ tibi ad uoluntatis interprætationem meæ dirigẽ
da tua ſententia fuerit:qn tu reſpondeas:uetuerim ne quicq̃ rei me abſente agere?uetuerim ne ſigna cũ hoſti
bus conferre?quo tu imperio meo ſpreto:ĩcertis auſpiciis:turbatis religionibus:aduerſus mortem milita-
rem diſciplinãq; maiorum & numen deorum auſus es cum hoſte confligere?Ad hæc:quæ interrogat⁹ es:
reſponde:extra ea caue uocẽ mittas.Accede lictor accede.Aduerſus ſingula Quinto Fabio cum reſponde-
re haud facile eſſet:& nunc quereretur accuſatorem eundem capitis ſui ac iudicem eſſe:modo uitã ſibi eri-
pi citius:quam gloriam rerum geſtarum poſſe uociferaret̃:purgaretq; ſe inuicem:atq; ultro accuſaret:tũc

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Papyrius redintegrata ira ſpoliari magiſtrũ equitũ ac uirgas & ſecures expediri iuſſit. Fabius fide militũ
implorans lacerãtibus ueſtẽ uictoribus ad triarios tumultũ iam in cõcionẽ miſcentes ſeſe recepit. inde cla
mor ꝑ totá concionẽ eſt ꝑlatus: alibi preces: alibi minæ audiebant͛. Qui ꝓximi forte tribunali ſteterant: qͣ
ſubiecti oculis iꝑatoris noſcitari poterãt: orabãt: ut parceret magiſtro equitũ: neu cũ eo exercitũ dánaret:
extrema concio & circa Fabiũ globus increpabant in clæmentẽ dictatorẽ: nec ꝓcul deditione aberant. Ne
tribunal quidẽ ſatis quietũ erat: legati circũſtãtes ſellá orabat: ut rẽ in poſteꝝ diẽ differret: & iræ ſuæ ſpatiũ
& cõſilio tẽpus daret: ſatis caſtigatá adoleſcentiá Fabii eſſe ſatis deformatá uictoriá ne ad extremũ finem
ſupplicii tenderet: neu unico iuueni: neu patri eius clariſſimo uiro: neu ſabiæ genti eá iniungeret ignomi-
niá cũ paꝝ precib⁹: parũ cá ꝓficerent: intueri ſæuientẽ cõcionẽ iubebant: ita iratus militũ aĩs ſubdere ignẽ
ac materiá ſeditioni nõ eẽ ætatis: nõ prudẽtiæ eius: neminẽ id Quinto Fabio pœná deprecanti ſuam uitio
uerſurũ: ſed dictatori: ſi occæcat⁹ ira infeſtá multitudinẽ in ſe prauo certamine mouiſſet. Poſtremo ne id ſe
gratiæ dare. Qu. Fabii crederet ſe iuſiurandũ dare paratos eſſe non uideri reipu. expedire in. Qu. Fabium
eo tempore animaduerti. His uocibus cũ in ſe magis concitarent dictatorẽ: quá magiſtro equitũ placerent:
iuſſi de tribunali deſcẽdere legati: & ſilentio nequicquá per præconẽ tẽptatio: præ ſtrepitu ac tumultu nec
ipſius dictatoris: nec apparitorũ eius uox audiretur: nox uelut in prælio certamini finẽ fecit: magiſter eq-
tum iuſſus poſtero die adeſſe cũ omnes affirmarent infeſtius Papyrium exarſurum agitatũ contẽtione ipſa
exacerbatũq;: clam ex caſtris Romá profugit: & patre auctore. Qu. Fabio: qui ter iam conſul dictatorq;
fuerat: uocato extemplo ſenatu: cũ maxime cõquereretur apud patres uim atq; iniuriam dictatoris: repen
te ſtrepitus ante curiá lictorum ſubmouẽtiũ auditur: & ipſe infenſus aderat: poſteaquá comperit profectũ
ex caſtris cum expedito equitatu ſecutus. Iterata deinde contẽtione præbẽdi Papyrius Fabium iuſſit: ubi
cum deprecantibus primoribus patrum atq; uniuerſo ſenatu præſtaret ĩcepto immitis anim⁹: tum pater
M. Fabius quádo quidẽ inquit apud te nec auctoritas ſenatus nec ætas mea: cui orbitatẽ paras: nec uirtus
nobilitaſq; magiſtri equitũ a te ipſo nominatim ualet: nec preces: quæ ſæpe hoſtẽ mitigauere: quæ deorũ
iras placant tribunos plebis appello & prouoco ad populũ: eumq; tibi fugienti exercitus tui: fugienti ſena
tus iudicium iudicem fero qui certe unus pluſquam tua dictatura poteſt: polletq;: uidero ceſſurus ne pro-
uocationi ſis cui rex romanus Tullus hoſtilius ceſſit. Ex curia in cõtionẽ itur: quo cum paucis dictator:
cum omni genere principum magiſter equitũ aſcendiſſet: deduci eũ de roſtris Papyrius in partẽ inferio-
rem iuſſit: ſecutus pater bene agis inquit. cũ eo nos deduci iuſſiſti unde priuati uocẽ mittere poſſem⁹: Ibi
primo nõ tam perpetuæ orationes: q̃ altercationes exaudiebantur: uicit deinde ſtrepitũ uox & indignatio
Fabii ſenis increpantis ſuperbiam crudelitatẽq; Papyrii: ſe quoq; dictatorem Romæ fuiſſe: nec a ſe queq̃
nec plebis quidem hominẽ: nõ centurionem: nõ militem uiolatũ. Papyrium tãquá ex hoſtium ducibus
ſic ex romano imperatore uictoriam & triumphum petere. Quantum intereſſet inter moderationẽ anti-
quorum: & nouá ſuperbiam crudelitatẽq; dictatorẽ Quintium Cincinatũ in. L. Minutiũ cõſulẽ ex obſi-
dione a ſe abreptum non ultra ſæuiſſe: quá ut legatum ad exercitum pro conſule relinqueret. M. Furiũ
Camillũ in. L. Furio qui cõtempta ſua ſenectute & auctoritate fœdiſſimo cum euẽtu pugnaſſe: non ſolũ
in præſentia moderatũ iræ eſſe: nequid de collega ſecus populo aut ſenatui ſcriberet: ſed cum reuertiſſet po-
tiſſimum ex tribunis conſularibus habuiſſe quem ex collegis optione a ſenatu data ſocium ſibi ĩperii de-
legerit. Nam populi quidem: penes quem poteſtas omnium rerum eſſet: ne iram quidẽ unq̃ atrociorem
in eos fuiſſe: qui temeritate atq; inſcitia exercitus amiſiſſent: quá ut pecunia eos mulctaret: capite anquiſitũ
ob rem bello male geſtam de imperatore nullo ad eam diem eſſe: nunc ducibus Po. Roma. quæ ne uictis
quidem bello fas fuerit: uirgas & ſecures uictoribus & iuſtiſſimos meritis triumphos intemptari. Quid
enim tandem paſſurũ fuiſſe filium ſuũ: ſi exercitũ amiſiſſet: ſi fuſus fugatis caſtris exutus fuiſſet: quo ul-
tra iram uiolentiáq; eius exceſſuram fuiſſe, quam ut uerberaret necaretq;: Quam conueniens eſſe propter
Quintũ Fabium ciuitatẽ in læticia uictoria ſupplicationibus ac gratulationibus eẽ: eũ propter quem delu
bra pateant: aræ ſacrificiis fument: honore donis cumulentur: nudatum uirgis lacerari in cõſpectu popu-
li romani: intuẽtem capitolium: atq; arcẽ: deoſq; ab ſe duobus præliis haud fruſtra aduocatos quo id aĩo
exercitũ qui eius ductu auſpiciiſq; uiciſſet: laturũ: quẽ luctum in caſtris romanis: quá læticiam ĩter hoſtes
fore. Hæc ſimul iurgans querenſq; deum hominumq; fidem obteſtans: & complexus filiũ plurimis cum
lachrymis agebat. Stabat cum eo ſenatus maieſtas: fauor populi: tribunicium auxilium: memoria abſen-
tis exercitus. Ex altera parte imperium inuictum populi romani: & diſciplina rei militaris: & dictato-
ris edictum pro numine ſemper obſeruatum: & manlia imperia & poſthabita filii caritas publicæ utili-
tati iactabantur. Hoc ẽt. L. Brutũ conditorem romanæ libertatis antea in duobus liberis feciſſe: nũc patres
comes & ſenes faciles de alieno imperio ſpreto tanq̃ rei paruæ diſciplinæ militaris euerſæ iuuẽtuti gratiá
facere ſe tamẽ perſtaturũ incepto nec ei: q aduerſus dictum ſuum turbatis religionibus ac dubiis auſpiciis
pugnaſſet: quicq̃ ex iuſta pœna remiſſurum. Maieſtas ĩperii perpetua ne eẽt nõ eẽ in ſua ꝑtãte. L. Papyriũ
nihil de eius iure dimminuturũ: optare ne poteſtas tribunitia inuiolata ipſa uiolet ĩterceſſione ſua roma-
num imperium: neu populus romanus in ſe potiſſimũ dictatorẽ & ius dictaturæ extinguat. Quod ſi fe-
ciſſet: nõ. L. Papyrium ſed tribunos: ſed prauũ populi iudiciũ nequicq̃ poſteros accuſaturos cũ polluta ſe-
mel militari diſciplina: nõ miles cẽturionis: nõ centurio tribuni: nõ tribunus legati: nõ legatus conſulis: nõ
magiſter equitum dictatoris pareat imperio: nemo hominum: nemo deorũ uerecundiam hẽat: non edicta
imperatoꝝ: nõ auſpicia obſeruẽtur: ſine cõmeatu uagi milites in peccato in hoſtico errent: immemores ſa-

Fabius magiſter eqtũ ex caſtris ꝓfugit

Ad Horatii iudicium alluſit

Atẽ. q̃ a Papyrio in Fabiũ afferrent͛

cramenti licentia ſola:ubi uelint:exauctorent:infrequentia deſerantur ſigna:neq; conueniatur ad edictum
nec diſcernatur interdiu nocte æquo iniquo loco:iniuſſu imperatoris pugnent:& non ſigna non ordines
ſeruent:latrocinii modo cæca & fortuita pro ſolemni & ſacra militia ſit:Horum criminũ uos reos in oĩa
ſæcula offerte tribuni plebis:ueſtra obnoxia capita pro licẽtia. Qu. Fabii obiicite: Stupentes tribunos &
ſuam iam uicem magis anxios:q̃ eius:cui auxilium ab ſe petebat᷑:liberauit onere cõſenſus populi roma-
ni ad preces & obteſtationẽ uerſus:ut ſibi pœnã magiſtri equitum dictator remitteret tribuni quoq; indi
natam rem in preces ſubſecuti:orare dictatorem inſiſtũt:ut ueniam errori humano:ueniam adoleſcẽtiæ.
Qu. Fabii daret:ſatis eum penarum dediſſe:iam ipſe adoleſcẽs:iam pater. M. Fabius contẽtionis obliti ꝓ
cumbere ad genua: & iram deprecari dictatoris. Tum dictator ſilentio facto bene habet:inquit:quirites:

Atꝰ. Papyrii dictatoris ꝓnunciationem

uicit diſciplina militaris:uicit imperii maieſtas:quæ in diſcrimine fuerunt an ulla poſt hanc diem eſſent:
nõ noxæ eximitur. Qu. Fabius:qui contra edictum imperatoris pugnauit:ſed noxæ dãnatus donatur po
pulo romano:donatur tribunitiæ poteſtati : precarium nõ iuſtum auxilium ferenti. Viue. Qu. Fabi fœli-
cior hoc cõſenſu ciuitatis ad tuendũ te:quam in qua pauloante exultabas uictoria:uiue id facinus auſus:
cuius tibi ne parens quidem:ſi eodẽ loco fuiſſet quo fuit. L. Papyrius:ueniam dediſſet: Mecum: ut uoles
reuerteris in gratiam populo romano:cui uitam debes:nihil maius præſtiteris quam ſi hic tibi dies ſatis
documenti dederit:ut bello ac pace pati legitima imperia poſſis. Cum ſe nihil morari magiſtrum equitũ
pronunciaſſet digreſſum eum templo lætus ſenatus:lætior populus circunfuſi ac gratulãtes hinc magiſtro
equitum:hinc dictatori ꝓſecuti ſunt:firmatũq; imperiũ militare haud minus periculo. Qu. Fabii: q̃ ſup-
plicatio miſerabili adoleſcentis Manlii uidebatur. Forte ita eo anno euenit: ut quotienſcunq; dictator ab
exercitu receſſit:hoſtes in Samnio mouerentur:cæterũ in oculis exemplo erat. Qu. Fabius. M. Valerio le-
gato:qui in caſtris præerat ne quam uim hoſtium magis:q̃ trucem dictatoris iram timeret. Itaq; frumen-
tatores cum circũuenti ex inſidiis cæſi loco iniquo eſſent:creditum uulgo eſt ſubueniri eis a legato potuiſ-
ſe:ni triſtitia edicta exhorruiſſet:ea quoq; ira alienauit a dictatore militũ animos:iam ante infenſos quod
implacabilis Quinto Fabio fuiſſet:& quod ſuis precibus negaſſet ei:populo romano ueniã dediſſet. Po-
ſteaquam dictator:præpoſito in urbe. L. Papyrio Craſſo magiſtro equitum. Quinto Fabio uetito quic-
quam pro magiſtratu agere:in caſtra rediit:neq; ciuibus ſatis lætus aduentus eius fuit:nec hoſtibus quic-
quam attulit terroris. Namq; poſtero die ſeu ignari ueniſſe dictatorem:ſeu adeſſet an abeſſet : paruifacien
tes inſtructa acie ad caſtra acceſſerunt:cæterũ tantũ momenti in uno uiro. L. Papyrio fuit: ut ſi ducis con-
ſilia fauor ſubſecutus militum foret:debellari eo die cum ſamnitibus potuiſſe pro haud dubio habitum
ſit:ita inſtruxit aciem loco ac ſubſidiis:ita omni arte bellica firmauit. Ceſſatum a milite ac de induſtria:ut
obtrectaret᷑ laudibus ducis ĩpedita uictoria eſt. Plures ſamnitium cecidere:plures romani uulnerati ſunt.
Senſit peritus dux:quæ res uictoriæ obſtaret:tẽperandũ ingenium ſuum eſſe: & ſeueritatem miſcendã co-
mitati:Itaq; adhibitis legatis ipſe circũ ſaucios milites inſerens in tentoria caput:ſingulos ut ſeſe haberent:
rogitans:curam eorũ nominatim legatis tribuniſq; & ꝓfectis demandabat:rem per ſe popularẽ ita dexter
egit:ut medendis corporibus animi multo plus militum imperatori recõciliarentur:nec quicq̃ ad ſalubri
tatem efficacius fuerit:quã quod grato aĩo ea cura accepta eſt. Refecto exercitu cum hoſte cõgreſſus haud
dubia ſpe ſua militumq; ita fudit fugauitq; ſamnites:ut ille ultimus eis dies conferẽdi ſigna cum dictato-
re fuerit. Inceſſit deinde: qua duxit:ꝑdæ ſpes uictor exercitus: perluſtrauitq; hoſtium agros nulla arma:

Victi Sãnites pacẽ poſcũt

nullã uim nec apertã nec inſidiis expertus. Addebat alacritatẽ: quod dictator prædã oẽm edixerat militi-
bus:nec ira magis publica:quã priuatum cõpendiũ in hoſtem acuebat. His cladibus ſubacti ſamnites pa-
cẽ a dictatore petiere:cũ quo pacti ut ſingula ueſtimẽta militibus & annuũ ſtipendium darent. Cũ ire ad
ſenatum iuſſi eſſent:ſecuturos ſe dictatorẽ reſponderũt:unius eius fidei uirtutiq; cãm ſuam cõmendantes.
Ita deductus ex ſamnitibus exercitus. Dictator triumphans urbem eſt ingreſſus:& cũ ſe dictatura abdica
re uellet:iuſſu patrũ:priuſquã abdicaret:cõſules creauit Claudiũ Sulpicium Longũ iterũ. Q. Aemylium
Cæritanũ. Samnites:infecta pace:quia de conditionibus agebat᷑:inducias annuas ab urbe rettulerũt: nec

Claudi. Sulpi. Q. Aemylius conſ.

earum ipſarũ ſancta fides fuit:adeo poſteaq̃ Papyriũ abiſſe magiſtratu nunciatũ eſt:arrecti ad bellandum
animi ſunt:Claudio Sulpitio. Q. Aemylio: Aulum quidã annales habent conſulẽ. Ad defectionem ſam
nitium appulũ nouum bellum acceſſit. Vtroq; exercitus miſſi Sulpicio ſamnites: Appulia Aemylio ſorte
euenerunt. Sunt q nõ ipſis appulis bellum illatũ:ſed ſocios eius gẽtis populos ab ſamnitiũ ui atq; iniuriis
defenſos ſcribant. Cæterũ fortuna ſamnitiũ uix a ſeipſis eo tẽpore ꝓpulſantiũ bellum ꝓpius ut ſit uero ſa-
cit nõ appulis ab ſamnitibus arma illata:ſed cum utraq; ſimul gente bellũ romanis fuiſſe. Nec tamen res
nulla memorabilis acta:ager appulus Samniumq; euaſtatũ: hoſtes: nec hic:nec illic inuenti. Romæ no-
cturnus terror:ita ex ſomno trepidã repẽte ciuitatem exciuit ut capitolium atq; arx mœniaq; & portæ ple
na armatorũ fuerint: & cũ concurſatum clamatũq; ad arma oĩbus locis eſſet:prima luce nec auctor:nec cã
terroris cõparuit. Eodẽ anno de tuſculanis flauia rogatõe fuit iudicium. M. Flauius tribunus plebis tulit
ad populum ut in tuſculanos animaduerteretur:quorũ ope ac conſilio ueliterni priuernateſq; Po. Ro. bel
lũ feciſſent: Populus tuſculanus cũ coniugibus ac liberis Romã uenit:ea multitudo ueſte mutata & ſpecie
reorum tribus circuit genibꝰ ſe oĩum aduolens. Plus itaq; miſericordia ad pœnæ ueniam quã cauſa ad cri-
men purgandum ualuit. Tribus oẽs ꝓter polliam antiquarunt legem. Polliæ ſnĩa fuit puberes uerberatos
necari:coniuges liberoſq; ſub corona lege belli uenire memoriamq; eius iræ tuſculanis in pœnæ tam atro
cis auctores mãſiſſe ad patrũ ætatẽ conſtat:nec quẽquã ex pollia tribu cãdidatum ferme datum Papyriã

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ferre ſolitum. In ſequenti anno. Qu. Fabio. L. Fuluio conſulibus. A. Cornelius Aruina dictator: & M. Fabius Ambuſtus magiſter equitum: metu grauioris in ſamnio belli: conducta enim prætio a finitimis iuuentus dicebatur intentiore delectu habito: egregium exercitum aduerſus ſamnites duxerunt caſtra ī hoſtico incurioſe ita poſita tanquam procul abeſſet hoſtis: cum ſubito aduenere ſamnitium legiones tanta ferocia: ut uallum uſq; ad ſtationem romanam inferrēt: noxiā appetebat: id prohibuit munimenta adoriri nec diſſimulabant orta luce poſtero die facturos. Dictator ubi propiorem ſpe dimicationē uidit: ne militum uirtuti damno locus eſſet: ignibus crebris relictis: qui conſpectum hoſtium fruſtarentur: ſilentio legiones educit: nec tamen fallere propter propinquitatem caſtrorum potuit: eques extemplo inſecutus itaſtituit agmini: ut donec luceſceret prælio abſtineret nec pedeſtres quidem copiæ ante lucem caſtris egreſſæ. Eques luce demum auſus incurſare in hoſtem: carpendo nouiſſimos præmendoq; iniquis ad tranſitum locis agmen detinuit interim pedes equitem aſſecutus & totis iam copiis ſamnis urgebat. Tum dictator poſteaquā ſine magno incommodo ꝓgredi nō poterat eum ipſum: in quo cōſtiterat: locum caſtris cōmuniri iuſſit. Id uero circūfuſo undiq; eq̃tatu: ut uallū peteretur: opuſq; inciperet: fieri nō poterat: itaq; cū neq; eundi neq; manendi copiā eſſe uidet: inſtruit aciem impedimētis ex acie remotis: inſtruuntur contra & hoſtes & animis: & uiribus pares. Auxerat id maxime aīos quod ignari loco iniquo nō hoſti ceſſum. uelut fugiētes ac territos terribiles ipſi ſecuti fuerant. Id aliquādiu æquauit pugnam: iampridem deſueto ſamnite clamorem romani exercitus pati: At hercule illo die ab hora diei tertia ad octauā: ita anceps dicitur certamen ſtetiſſe: ut neq; clamor ut primo ſemel concurſum eſt: ſublatus iteratus ſit: neq; ſigna promota loco retroue recepta: neq; recurſum ab ulla ſit parte: in ſuo quiſq; gradu obnixi urgentes ſcutis ſine reſpiratiōe ac reſpectu pugnabant: fremitus æqualis tenorq; idem pugnæ in defatigatiōem ultimam: aut noctem ſpectabat. Iam uiris uires iam ferro ſuauis iam ducibus conſilia deerant cum ſubito ſamnitium equites cum turma una lōgius prouecta accepiſſent impedimenta romanorū procul ab armatis ſine præſidio: ſine munimento ſtare: auiditate prædæ impetū faciunt.

Att. obſtinatos in pugna animos

Quod ubi dictatori nuncius trepidus attulit: ſine modo inquit: ſe præda præpediant: alii deinde ſuper alios diripi paſſim ferriq; fortunas militum uociferabātur. tum magiſtro equitum accito: uides tu: inquit. M. Fabi ab hoſtium equite omiſſam pugnam? herent impediti impedimētis noſtris aggredere: quod inter prædandum omni multitudini euenit diſſipatos: raros equis inſidentes raros: quibus ferrum in manu ſit: inuenies: equoſq;: dum præda orant: cæde inermes cruentamq; illis prædam redde: mihi legiones peditumq; pugna curæ erunt penes te equeſtre ſit decus. Equitum acies: qualis: quæ eſſe inſtructiſſima poteſt: inuecta in diſſipatos impeditoſq; hoſtes cæde omnia replet: inter ſarcinas omiſſas repente obiacentes pedibus fugiētium conſternatorūq; equorum neq; pugnæ neq; fugæ ſatis potentes cæduntur. Tum deleto prope equitatu hoſtium. M. Fabius circūductis paulum alis a tergo pedeſtrem aciem adoritur: clamor inde nouus accedens & ſamnitium animos terruit: & dictator ubi reſpectātes hoſtium anteſignatos: turbataq; ſigna & fluctuantem aciem uidit: tum appellare: tum adhortari milites: tribunos principeſq; ordinum nominatim ad iterandam ſecum pugnam uocare. Nouato clamore ſigna inferuntur: & quocūq; ingrediebant̃: magis magiſq; turbatos hoſtes cernebāt. Eques ipſe iam primis erat in conſpectu: & Cornelius reſpiciens ad manipulos militum quod manu: quod uoce poterat: monſtrabat uexilla ſe ſuorum parmaſq; cernere equitum. Quod ubi auditum ſimulq; uiſum eſt: adeo repente laboris per diem pene totum tolerati uulnerumq; obliti ſunt: ut haud ſecus: quam ſi tum integri e caſtris ſignum pugnæ accepiſſent: concitauerint ſe in hoſtem. Nec ultra ſamnis tolerare terrorem equitum peditumq; ui potuit: partim in medio cæſi: partim in fuga diſſipati ſunt. Pedeſtres reſtantes ac circunuentos cædunt ab equite fugientium ſtrages eſt facta: inter quos & ipſe imperator cecidit. Hoc demum prælium ſamnitium res ita infregit: ut omnibus conciliis fremerent: minime id quidem mirum eē: ſi impio bello & contra fœdus ſuſcepto: infeſtioribus merito diis quam hominibus nil proſpere agerent:

Cædunt̃ Sānites

expiandum id bellum magna mercede luendumq; eſſe. Id referre tantum utrum ſupplicia noxio paucorum: an omnium inoxio præbeant ſanguine: audebantque iam quidem nominare auctores armorum. Vnum maxime nomen per conſenſum clamantium Brutuli Papyrii exaudiebatur. Vir nobilis potenſq; erat haud dudic proximarum induciarum ruptor: de eo coacti referre prætores decretum fecerūt: ut Brutulus Papyrius romanis dederetur: & cum eo præda omnis romana captiuiq; Romam mitterent̃: quæq; res per fœciales ex fœdere repetitæ eſſent: ſecundum ius faſq; reſtituerentur. Fœciales Romam: ut cēſuerūt: miſſi: & corpus Brutuli exanime ipſe morte uoluntaria ignominiæ ſe ac ſupplicio ſubtraxit: placuit cum corpore bona eius quoq; dedi. Nihil tamen carū rerum præter captiuos: & ſi qua cognita ex præda ſunt: ſunt: acceptum eſt: ſed cæterarum rerum irrita fuit deditio.

Brutulus Papyrius

brutulus a ſānitib⁹ ceditur

Dictator ex ſenatuſconſulto triumphauit. Hoc bello a conſulibus bellatum: quidam auctores ſunt: eoſq; de Samnitibus triumphaſſe. Fabium etiam in Apuliam proceſſiſſe: atque inde magnas prædas egiſſe nec diſcrepant quin dictator eo anno. A. Cornelius fuerit. Id ambigitur belli ne gerendi cauſa creatus ſit: an ut eſſet qui ludis romanis: quia. L. Plautius prætor graui morbo forte implicitus erat: ſignum mittendis quadrigis daret: functuſq; eo haud ſane memorandi imperii miniſterio ſe dictatura abdicaret: nec facile eſt aut rem rei: aut uictoriam auctori præferre. Vitiatam memoriam funebribus laudibus reor falſiſq; imaginum titulis: dum familia ad ſe quæque famam rerum geſtarum honorumque fallente mendatio trahunt. Inde certe & ſingulorum geſta: & publica monumenta rerum confuſa: nec quiſquam æqualis temporibus illis ſcriptor extat: quo ſatis certo auctore ſtetur.

Nota p̄tores ſignū dare cōſueſſe quadrigis

## PRIMAE DECADIS
## TITI LIVII PATAVINI HISTORICI AB VRBE CONDITA. LIBER NONVS.

T. Veturius Sp. Poſthumius conſ.

SEQVITVR Húc annum nobilis Clade Romana caudina pax. T. Veturio Cal-
uino. Sp. Poſthumio cóſulibus. Samnites eo anno imperatoré Claudiú Pontiú
Herénii filiú habuerunt: patre longe prudétiſſimo natum: primú ipſum bellatoré
ducéq;. Is ubi legati: q ad dedendas res miſſi erant pace infecta redierunt: ne nihil
actú: inqt: hac legatóe céſeatis: expiatú é quicqd ex fœdere rupto irarú in nos cæle
ſtiú fuit. Satis ſcio: qbuſcúq; diis cordi fuit ſubigi nos ad neceſſitaté dedédi res: q
a nobis ex fœdere repetitæ fuerant iis nó fuiſſe cordi tam ſuperbe ab romanis: fœ
deris expiationé ſpretá. Quid enim ultra fieri ad placandos deos mitigandoſq;
homines potuit q quod nos fecimus? Res hoſtium in præda captas: q belli iure noſtræ uidebátur remiſi-
mus auctores belli quia uiuos nó potuimus: perfunctos iam fato dedimus bona eorú: nequid ex cótagio
ne noxæ remaneret penes nos. Romá portauimus. Quid ultra tibi romane: qd fœdere: quid diis arbitris
fœderis debeo? quem tibi tuarú irarum: qué meorú ſuppliciorum iudicem ferá? neminem neq; populum
neq; priuatum fugio. Quod ſi nihil cú potentiore iuris humani relinquitur íopi: at ego ad deos uindices
intolerandæ ſuperbiæ confugiam & precabor ut iras ſuas uertant in eos: quibus nó ſuæ redditæ res: nó
alienæ accumulatæ ſatis ſint: quorú ſeuitiá nó mors noxiorú: nó deditio exanimatorú corporum nó bo-
na ſequentia domini deditioné exacient: placari nequeant: niſi hauriendú ſanguiné laniáda uiſcera noſtra
præbuerimus. Iuſtum é bellum ſamnites: quibus neceſſariú: & pia arma: quibus nulla niſi in armis relin
quitur ſpes. Proinde cú rerú humanarum maximú mométum ſit: q propitiis rem: q aduerſis agant diis:
pro certo habete priora bella aduerſus deos magis: q homines geſſiſſe: hoc quod íſtat ducibus ipſis diis
geſturos. Hæc nó læta magis: quá uera uaticinatus: exercitu educto circa Caudium caſtra: q poteſt occul-
tiſſime. ducit inde ad Calatiá: ubi iam cóſules romanos caſtraq; eé audiebat: milites decem paſtorú habi-
tu mittit: pecoraq; diuerſos alium alibi haud procul romanis paſcere iubet præſidiis: ubi inciderint í præ
datores: ut idé omnibus ſermo conſtet: legiones ſamnitiú in Appulia eé: Luceriá omnibus copiis circúſe-
dere: nec pcul abeſſe qn capiát. Iam & is é rumor ante de induſtria uulgatus uenerat ad romanos: ſed fidé
auxere captiui eo maxime: quod ſermo íter oés congruebat. Haud erat dubiú: quin lucerinis opé roman'
ferret bonis ac fidelibus ſociis: ſimul ne Appulia oís ad pſentem terroré deficeret: ea modo: qua irent: có-

Caudinæ furcæ

ſultatio fuit. Duæ ad Luceriá ferebát uiæ: altera pp oram ſuperi maris patens apertaq;: ſed qto tutior: táto
uere longior: altera p furcas caudinas breuior: ſed ita natura loci eſt: ſaltus duo alti ſiluoſiq; ſunt mótibus
circa ſe ppetuis interſe iuncti: iacet inter eos ſatis patés clauſus in medio cápus herbidus aquoſuſq;: p qué
medium iter eſt: ſed antequá uenias ad eú: intrandæ primæ anguſtiæ ſunt: & aut eadem: qua te inſinuaue-
ris: retro uia repetenda: aut ſi ire porro pergas per aliú ſaltum artioré impeditioremq; euadédum. In eum
campum uia alia per cauá rupé romani remiſſo agmine: cum ad alias anguſtas protinus pergerent ſeptas
deiectu arborum ſaxorumq; ingentium obiacente mole inuenere. Cum fraus hoſtilis apparuiſſet: præſi-
dium etiam in ſummo ſaltu cóſpicitur: citati inde retro: qua uenerát: pergunt repetere uiam eá quoq; clau
ſam ſua obice armiſq; inueniunt: ſiſtunt inde gradum ſine ullius imperio: ſtupor omnium animos ac ue
lut torpor quidá inſolitus membra tenet: intuenteſq; alii alios cú alterum quiſq; magis mentis compoté
ac conſilii ducerent: diu immobiles ſilent: deinde ubi prætoria conſulum erigi uidere & expedire quoſdá
utilia operi: quáquam ludibrio fore munientes perditis rebus ac ſpe omni adempta cernebant: tamen ne
culpam malis adderét pro ſe quiſq; nec hortáte ullo nec imperáte ad muniendum uerſi: caſtra prope aquá
uallo circundant: ſua ipſa opera laboremq; irritum: præterquá quod hoſtes ſuperbe increpabant cum mi
ſerabili cóſeſſione eludentes: ad conſules mœſtos ne aduocantes quidem in conſilium: quando nec conſi-
lio: nec auxilio locus eſſet: ſua ſponte legati ac tribuni conueniunt: militeſq; in prætorium uerſi opé: quá
uix dii ímortales ferre poterant: ab ducibus expoſcunt. Querentes magis: q cóſulentes nos oppreſſit: cum

Intercluditur ro. exercitus

p ingenio quiſq; fremerent: alius per obices uiarú alius per diuerſa mótiú p ſiluas: qua ferri arma poterát
eamus mó ad hoſté peruenire liceat: qué p annos iam ppe. xx. uicimus: oía æqua ac plana erút romano
in præſidú ſannité pugnáti alius quo aut qua eamus? num montes moliri ſede ſua paramus? dum hæc í-
minebunt iuga: qua tu ad hoſté uenies armati inermes fortes ignaui pariter oés capti atq; uicti ſumus: ne
ferrú quidem ad bene moriendú oblatur' eſt hoſtis ſedés bellú conficiet. His íuicem ſermonibus táquam
quietis ímemores nox traducta eſt. Ne ſamnitibus quidem conſilium in tam lætis ſuppetebat rebus itaq;

Herennii pótii ſententia

uniuerſi Herennium Pontium patrem imperatoris per litteras cóſulendú céſuerunt. Iam is grauior annis
nó militibus ſolú ſed ciuilibus quoq; abſceſſerat muneribus: í corpore tamé affecto uigebat uis animi có
ſiliiq;. Is ubi accepit ad furcas caudinas inter duos ſaltus clauſos exercitus romanos: conſultus ab nuncio
filii cenſuit oés inde quá primum inuiolatos dimittédos: quæ ubi ſpreta ſententia é iterúq; eodé remeáte
nuncio cóſulabatur: cenſuit ad unú oés interficiendos. Quæ ubi tam diſcordia íter ſe uelut ex ancipiti ora
culo reſponſa data ſunt: quáquam filius ipſe in primis iam animum quoq; patris conſenuiſſe in affecto
corpore rebatur tamé cóſenſu oíum uictus eſt: ut ipſum in conſilium acciperet. Nec grauatus ſenex plau-
ſtro in caſtra dicitur: aduectus uocatuſq; in conſilium ita ferme locutus eſt: ut nihil ſententiæ ſuæ muta-
ret. cauſas tantum adiiceret. Priore ſe conſilio: quod optimum duceret: cum potentiſſimo populo per in-
gens beneficium perpetuam firmare pacé amicitiamq;: altero cóſilio í multas ætates quibus amiſſis duo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bus exercitibus:haud facile receptura uires romana res bellũ differre:tertium nullum cõſilium eſſe:Cum fi
lius aliiq; principes ꝑcunctando exquirerent:qd ſi media uia conſiliũ caperetur:ut & dimitterentur ĩcolu
mes:& leges is iure belli uictis ĩponerent̃:iſta quidem ſententia:ĩquit:ea eſt:quæ neq; amicos parat: neq;
inimicos tollit:ſeruate modo quos ignominia irritaueritis. Ea eſt romana gens:quæ uicta qeſcere neſciat:
uiuet ſemꝑ in pectoribus illorum quicqd iſtuc præſens neceſſitas iniunxerit:neq; eos ante multiplices pœ
nas expetitas a nobis qeſcere ſinet. Neutra ſnĩa accepta:Herennius domum aduectus. Et in caſtris romanis
cũ fruſtra multi conatus ad erũpendum capti eſſent:ẽt omnium rerum inopia eſſet:uicti neceſſitate legatos
mittunt:qui primũ pacem peterent æquam:ſi pacem nõ impetrarent:prouocarent ad pugnã. Tum Ponti
us debellatũ eſſe reſpõdit:& qm̃ ne uicti quidẽ ac capti fortunã fateri ſcirẽt:inermes cũ ſingulis ueſtimẽtis
ſub iugũ miſſuꝝ:alias conditiones pacis æquas uictis ac uictoribus fore:ſi agro ſamnitium decederent̃:co
loniæ abducerent̃:ſuis inde legibus romanũ ac ſamnitem æquo fœdere uictuꝝ. His conditionibus para-
tum ſe eſſe fœdus cum cõſulibus ferire:ſiquid eoꝝ diſpliceat:legatos iam redire ad ſe uetuit. Hæc cum lega
tio renunciaret̃:tantus gemitus omniũ ſubito exortus eſt:tantaq; mœſticia inceſſit:ut nõ grauius acceptu-
ri uiderent̃:ſi nunciaret̃ oĩbus eo loco mortem oppetendã eſſe. Cum dĩu ſilentiũ fuiſſet:nec conſules aut ꝓ
fœdere tam turpi:aut cõtra fœdus tam neceſſariũ hiſcere poſſent:tum. L. Lentulus:q tum princeps legato-
rum uirtute atq; honoribus erat:patrem:inquit meum conſules ſæpe audiui memorantem ſe in capitolio
unũ non fuiſſe auctorẽ ſenatui redimendæ auro a gallis ciuitatis:quãdo nec foſſa ualloq; ab ignauiſſimo
ad opa ac muniendũ hoſte clauſi eſſent:& erũpere ſi non ſine periculo magno:tamen ſine certa pernicie poſ
ſent. Quod ſi illis:ut decurrere ex capitolio armatis in hoſtem licuit:quo ſæpe mõ obſeſſi in obſidẽtes eru-
perunt:ita nobis æquo:aut iniquo loco dimicandi tantũmodo cum hoſte copia eſſet:nõ mihi paterni ani
mi idoles in conſilio dãdo deeſſet:Eqdem mortem pro patria præclaram eſſe fateor:& me uel deuouere ꝓ
Po. Ro. legionibuſq;:uel in medios me mittere hoſtes paratus ſum:ſed hic patriam uideo: hic quicquid
romanorum legionũ eſt:quæ ſi pro ſe ipſis ad mortẽ ruere uolunt:quid habẽt:quod morte ſua ſeruent̃:te-
cta urbis dicat aliquis & mœnia:& eam turbã:a qua urbs incolit̃: imo hercule produnt̃ ea magis omnia
deleto hoc exercitu:non ſeruant̃:quis. n. ea tuebit̃:imbellis uidelicet atq; inermis multitudo:tam hercule:
quam a galloꝝ ĩpetu defendit:an a Veiis exercitũ Camillũq; ducem implorabunt:Hic omnis ſpes opeſq;
ſunt:quas ſeruando patriam ſeruamus:dedendo ad necem patriam deſerimus ac prodimus. At fœda atq;
ignominioſa deditio eſt:ſed ea caritas patriæ eſt:ut tam ignominia eam:quam morte noſtra ſi opus ſit:ſer-
uemus. Subeat̃ ergo iſta:quantacunq; eſt ĩdignitas:& pareat̃ neceſſitati:quam ne dii quidem ſuperãt. Itẽ
conſules:redimite armis ciuitatẽ quam auro maiores noſtri redemerunt. Conſules ꝓfecti ad Pontium in
colloquium cũ de fœdere uictor agitaret:negarunt iniuſſu populi fœdus fieri poſſe nec ſine fœcialibus ce-
rimoniaq; alia ſolemni. Itaq; non ut uulgo credunt. Claudiuſq; etiam ſcribit fœdere pax caudina:ſed per
ſponſionẽ facta eſt:quid enim aut ſponſoribus ĩ fœdere opus eſſet:aut obſidibus ubi præcatione res tran-
ſigit̃:per quem populũ fiat:quo minus legibus dictis ſtet̃:ut eum ita Iuppiter feriat:quẽadmodum a fœ
cialibus porcus feriat̃: Spoponderũt conſules:præfecti:legati:quæſtores:tribuni militũ:nominaq; oĩum
q ſpoponderũt:extant ubi ſi ex fœdere acta res eẽt:præterq̃ duoꝝ fœcialium nõ extarent: & pp neceſſariã
fœderis dilationem:obſides etiam ſexcẽti equites imperati:q capite luerent:ſi pacto non ſtaret̃:tempus in-
de ſtatutum tradendis obſidibus:exercituq; inermi mittendo. Reintegrauit luctũ in caſtris conſulum ad-
uẽtus:ut uix ab iis abſtinerent manus:quoꝝ temeritate in eũ locũ deducti eſſent:quoꝝ ignauia: fœdius ĩ-
de:quã ueniſſent abituri illis non ducẽ locoꝝ nõ exploratorẽ fuiſſe: bælluaꝝ mõ cæcos in foueã miſſos
alii alios intueri:contẽplari arma mox tradẽda & inermes futuras dextras obnoxiaq; corpora hoſti. Pro
ponere ſibimetipſi ante oculos iugũ hoſtile:& ludibria uictoris:& uultus ſupbos:& p armatos inermiũ
iter:ĩde fœdi agminis miſerabilẽ uiam p ſocioꝝ urbes:reditũ in patriã ac parẽtes:quo ſæpe ipſi maioreſ-
q; eoꝝ triũphantes ueniſſent: Se ſolos ſine uulnere:ſine ferro:ſine acie uictos:ſibi nõ ſtringere licuiſſe gladi
os:nõ manum cũ hoſte cõferre:ſibi neqcquam animos datos. Hæc fremẽtibus hora fatalis ignominiæ ad
uenit oĩa triſtiora experiundo factura:quam quæ præceperant animis. Iam primũ cum ſingulis ueſtimẽ
tis inermes extra uallum exire iuſſi:& primi traditi obſides:atq; ĩ cuſtodiã abducti. Tum a cõſulibus abi-
re lictores iuſſi:paludamẽtaq; detracta tantã ĩter eos:qui pauloante eos execrantes dedendos lacerandoſq;
cenſuerant miſerationẽ fecit:ut ſuæ quiſq; conditionis oblitus ab illa deformatione tantæ maieſtatis uelut
a nefando ſpectaculo auerteret oculos. Primi cõſules prope ſeminudi ſub iugum miſſi:tum ut quiſq; gra-
du proximus erat: ita ignominiæ obiectus:tum deinceps ſingulæ legiones circunſtabant armati expro-
brãtes eludenteſq;:gladii ẽt plæriſq; intemptati:uulnerati quidam necatiq;:ſi uultus eorum indignitate re
rum acrior uictorẽ offendiſſet:ita traducti ſub iugum:& qd pene grauius erat per hoſtium oculos: cum
ex ſaltu euaſiſſent:ac ſi uelut ab inferis extracti:tum primum lucem aſpicere uiſi ſunt:tamen ipſa lux ita de
forme intuentibus agmen omni morte triſtior fuit. Itaq; cum ante noctem Capuam peruenire poſſent in
certi de fide ſociorum:& quod pudor præpediebat: circa uiam haud procul Capua omnium egena cor-
pora humi proſtrauerũt. Quod ubi eſt Capuam nunciatum:euicit miſeratio iuſta ſocioꝝ ſuperbiam ĩge-
nitam campanis:cõfeſtim inſignia ſua conſulibus:faſces:lictores:arma:equos:ueſtimenta: cõmeatus mi-
litibus benigne mittunt:& uenientibus Capuam cunctus ſenatus populuſq; obuiam egreſſus:iuſtis om-
nibus hoſpitalibus priuatiſq; & publicis fungitur officiis:neq; illis ſocioꝝ comitas: uultuſq; benigni &
alloquia nõ modo ſermonem elicere:ſed ne ut oculos quidem attollerent: aut conſolantes amicos contra

Pareatur neceſſitati q̃ ne dii ſuperant.

Romanoꝝ conſulũ ignominia Sub iugũ mittit̃ Ro. exercitus

intuerentur efficere poterant: adeo ſuper mœrorem pudor quoq; effugere colloquia & cœtus hominum cogebat. Poſtero die cũ iuuenes nobiles miſſi a Capua: ut proficiſcentes ad finẽ campanum proſequerentur: reuertiſſent: uocatiq; ĩ curiam pcunctãtibus maioribus natu: multo ſibi mœſtiores & abiectiores animi uiſos referrẽt: adeo ſilens ac prope mutum agmẽ inceſſiſſe: tacere indolẽ illam romanã: ablatoſq; cum armis aĩos: non reddere ſalutẽ non ſalutãtibus dare reſponſum: non hiſcere quẽquam præ metu potuiſſe: tanq̄ ferẽtibus adhuc ceruicibus iugũ ſub qđ emiſſi eẽnt. Habere ſamnites uictoriã non præclarã ſolũ: ſed ẽt ppetuam: cepiſſe.n.eos non Romam ſicut ante gallos: ſed qđ multo bellicoſius fuerit romanã uirtutẽ ferociãq;. Cum hæc dicerẽtur audirẽturq;: & deploratũ pene Romanũ nomẽ in conſilio ſocioꝝ fideliũ eẽt:

Aut offi. legendũ ẽ aut ouilius & non offilius

dicit Offillius Acalauius Oui filius clarus genere factiſq; tum ẽt ætate uerendus: longe aliter ſe habere rem dixiſſe: ſilentiũ illud obſtinatũ: fixoſq; in terrã oculos: & ſurdas ad oĩa ſolatia aures: & pudorẽ intuẽdæ lucis: ingentẽ molem iraꝝ ex alto animi cientis indicia eſſe: aut romana ſe ignorare ingenia: aut ſilentium illud ſamnitibus flebiles breui clamores gemituſq; excitatuꝝ: caudinæq; pacis aliquanto ſamnitibus: quã romanis triſtiorẽ memoriam fore: qppe ſuos quẽq; eoꝝ animos habituꝝ ubicũq; congreſſuri ſint: ſaltus caudinos non ubiq; ſamnitibus fore. Iam Romæ & ſua infamis clades erat: obſeſſos primũ audierunt. triſtior deinde ignominioſæ pacis: quã piculi nuncius fuit. Ad famã obſidionis delectus haberi cœptus erat: dimiſſus deinde auxilioꝝ apparatus: poſteaquã deditionẽ tam fœde factam acceperũt: extẽploq; ſine ulla publica auctoritate conceſſum in oẽm formã luctus eſt. Tabernæ circa foꝝ clauſæ: iuſticiumq; ĩ foro in ſua ſponte cœptũ: priuſq̄ indictũ: lati claui: annuli aurei poſiti: pene mœſtior exercitu ipſo ciuitas eſſe: nec ducibus ſolum atq; auctoribus ſponſoribuſq; pacis iraſci: ſed innoxios ẽt milites odiſſe & negare urbi tectiſue accipiẽdos. Quam concitationẽ animorum fregit aduentus exercitus etiam iratis miſerabilis: non .n. tanq̄ in patriam reuertentes ex inſpirato incolumes ſed captoꝝ habitu uultuq; ingreſſi ſero in urbem: ita ſe in ſuis quiſq; tectis abdiderũt: ut poſtero die atq; in ſequentibus diebus nemo eoꝝ foꝝ aut publicũ aſpicere uellet. Conſules in priuato abditi nihil pro magiſtratu agere niſi qđ expreſſum ſenatuſconſulto ẽ:

Contra pliniũ q. C. Marium primum annulo aureo triumphaſſe ait Qu. Publium philonẽ L. Papyrium conſ.

ut dictatorem dicerent comitioꝝ cauſa. Q. Fabium Ambuſtum dixerunt: &. P. Aemylium Petũ magiſtrum eqtum: qbus uitio creatis: ſuffecti. M. Aemylius Pappus dictator. L. Valerius Flaccus magiſter equtum: nec per eos comitia habita: & qa tedebat populum omnium magiſtratuũ eius anni res ad interregnũ rediit: interreges. Q. Fabius Maximus. M. Valerius Coruinus. Is conſules creauit. Qu. Publiũ Philonẽ: &. L. Papyriũ Curſorẽ iterum: haud dubio conſenſu ciuitatis qđ nulli ea tempeſtate duces clariores eſſent. Quo creati ſunt die: eo ſic.n. placuerat patribus: magiſtratũ inierunt. ſolẽnibuſq; ſanctis perfectis: de pace caudina rettulerũt: & Publius penes quẽ faſces erãt: dic Spuri Poſthumi: inqt. Qui ubi ſurrexit: eodem illo uultu quo ſub iugum miſſus erat: haud ſum ignarus: inqt: conſules ignominiæ nõ honoris cauſa me primum excitatum iuſſumq; dicere non tanq̄ ſenatorem: ſed tanq̄ reũ tã infelicis belli: quã ignominioſæ pacis: ego tamẽ q̄do neq; de noxa noſtra: neq; de pœna rettuliſtis: omiſſa defenſione quæ non difficillima eẽt apud haud ignaros fortunaꝝ humanarum neceſſitatumq; ſñiam de eo de quo rettuliſtis: paucis peragã quæ ſñia teſtis erit: mihi ne an legionibus ueſtris pepercerim: cum me ſeu turpi: ſeu neceſſaria ſponſione obſtrinxi: qua tamen quãdo iniuſſu populi facta ẽ nõ tenet populus romanus: nec qequam ex ea præterq̄ corpora noſtra debent ſamnitibus. Dadamur per fœciales nudi uinctiq; exoluamus religione populũ: ſi qua obligauimus: neqd diuini aut humani obſtet: quo minus iuſtum piumq; de integro ineatur bellũ: interea conſules exercitum ſcribere: armare: educere placet: nec prius ingredi hoſtiũ fines: quam oĩa iuſta in deditionẽ noſtram perfecta erunt. Vos dii ĩmortales precor quæſoq; ſi uobis nõ fuit cordi. Sp. Poſthumiũ. T. Veturiũ conſules cũ ſamnitibus proſpere bellum gerere: at uos ſatis habeatis uidiſſe nos ſub iugũ miſſos: uidiſſe ſponſione infami obligatos: uidere nudos uinctoſq; hoſtibus deditos oẽm irã hoſtium noſtris capitibus excipientes: nouos conſules legioneſq; romanas ita cũ ſamnite gerere bellũ uelitis: ut oĩa añ nos cõſules bella geſta ſunt. Quæ ubi dixit: tanta ſimul admiratio miſeratioq; uiri inceſſit hoĩes: ut modo uix crederẽt illum eundẽ eẽ. Sp. Poſthumium: q auctor tam fœdæ pacis fuiſſe mõ miſerarent: qđ ui-

Dubium an tribuni tamen eſſent an poſtea creati

talis ẽt præcipuũ apud hoſtes ſuppliciũ paſſurus eſſet ob iram dirẽptæ pacis. Cum oẽs laudibus mõ proſequentes uiꝝ in ſñiam eius pedibus irent: tẽptata paulip interceſſio eſt a. L. Liuio: &. Qu. Melio tribunis plebis qui neq; exolui religione populũ aiebant deditione ſua: niſi oĩa ſamnitibus: qualia apud Caudium fuiſſent: reſtituerent: neq; ſe pro eo: qđ ſpõdẽdo pacẽ ſeruaſſent: exercitum Po. Ro. pœnam ullam meritos eſſe: neq; ad exrremum: cũ ſacroſancti eẽnt: dedi hoſtibus uiolariue poſſe. Tũ Poſthumius ĩterea dedite: inqt: pfanos nos: quos ſalua religione poteſtis: dedetis deĩde & iſtos ſacroſanctos: cũ primũ magiſtratu abierint: ſed ſi me audiatis: priuſq̄ dedant hic in comitio uirgis cæſos: hãc iam ut ĩter calatæ pœnæ uſuram habeant. Nã qđ deditione noſtra negant exolui religione populũ: id iſtos magis ne dedant: quã qa ita res habeat dicere qs adeo iuris fœcialium expers eſt: q ignoret? neq; ego inficias eo patres cõſcripti tam ſponſores: quã fœdera ſancta eſſe apud eos hoĩes: apud quos iuxta diuinas religiões fides humana colitur: ſed iniuſſu populi nego qcq̄ ſanciri poſſe: qđ populum teneat. An ſi eadẽ ſupbia: qua ſpõſionẽ iſtã expſſerunt: nobis ſamnites coegiſſent: nos uerba legitima dedentiũ urbes nũcupare: deditũ populũ romanum uos tribuni diceretis? & hanc urbẽ templa delubra: fines: aquas ſamnitiũ eſſe? omitto deditionem: qm̃ de ſponſione agitur. Quid tandem ſi ſpopondiſſemus urbem hanc relictuꝝ Populum Romanum? ſi inceſurum? ſi magiſtratus: ſi ſenatum: ſi leges non habiturum? ſi ſub regibus futurum? Dii meliora: inquis: atqui non indignitas rerum ſponſioni uinculum leuat. Siquid eſt: in quo obligari populus poſſit: in oĩbus põt: & ne

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

illud quidẽ:qđ quoſdam forſitan moueat:refert:cõſul an dictator:an ꝑtor ſpoponderit:& hoc ipſi ẽt ſam
nites iudicauerũt:quibus nõ fuit ſatis cõſules ſpõdere:ſed legatos quæſtores tribunos militũ ſpõdere coe
gerunt. Nec a me nunc qſq̃ quæſiuerit:quid ita ſpoponderim:cũ id nec cõſulis ius eſſet: nec illis ſpondere
pacẽ:quæ mei nõ erat arbitrii:nec pro uobis:qui nihil mandaueratis:poſſem. Nihil ad Caudiũ patres cõ-
ſcripti humanis cõſiliis geſtum ẽ:dii ĩmortales & ueſtris:& hoſtiũ ĩperatoribus mẽtem ademerũt:nec nos
in bello ſatis cauimus: & illi male partá uictoriá male ꝑdiderunt:dũ uix locis:qbus uicerát:credũt: dum
q̃cunq; cõditione arma uiris ĩ arma natis auferre feſtinát. An ſi ſana mens fuiſſet:difficile illis fuit:dũ ſenes
ab domo ad cõſultandũ accerſunt:mittere Romá legatos cũ ſenatu:cũ populo de pace & fœdere agere? tri-
dui iter expeditis erat:interea in induciis res fuiſſet:donec ab Roma legati aut uictoriam illis certá:aut pacẽ
afferrent:ea demũ ſponſio eſſet:quá populi iuſſu ſpopõdiſſemus. ſed neq; uos tuliſſetis:nec nos ſpopõdiſſe
mus:nec fas fuit alium rex exitũ eſſe:quá ut illi uelut ſomnio lætiore:quam qđ mẽtes eox capere poſſent
neq̃q̃ eluderent: & noſtrũ exercitum eadem:q̃ ĩpedierat fortuna expediret:unam uictoriam uanior irritá
faceret pax:ſpõſio interponeret:quæ neminem præter ſponſorẽ obligaret. Quid. n. uobiſcum patres con-
ſcripti? quid cum Po. Ro. actum ẽ? quis uos appellare poteſt? quis ſe a uobis dicere deceptum? hoſtis an
ciuis? hoſti nihil ſpopõdiſtis:quẽ neminem ſpõdere pro uobis iuſſiſtis:nil ergo uobis: nec uobiſcũ eſt: q-
bus nihil mádaſtis:nec cũ ſamnitibus:cum qbus nihil egiſtis. Sánitibus ſpõſores nos ſumus rei ſatis locu
pletes in id:qđ noſtrũ ẽ:in id quod ꝑſtare poſſumus corpora noſtra & animos:ĩ hæc ſæuiant:in hoc ferrũ
ĩ hæc iras acuát. Quod ad tribunos plebis attinet:conſulite utrum ꝑſens deditio eox fieri poſſit: an ĩ diẽ
differat:nos interim. T. Veturi:uoſq; cæteri uilia hæc capita lucẽdæ ſponſionis feramus: & noſtro ſuppli
cio liberemus romana arma. Mouit patres conſcriptos tum cauſa:tum auctor:nec cæteros ſolũ:ſed tribu
nos etiam plebei:ut ſe in ſenatus dicerent fore poteſtate:magiſtatu inde ſe extemplo abdicauerunt:traditiq;
fœcialibus cum cæteris Caudium ducendi. Hoc facto ſenatuſconſulto lux quædam affulſiſſe ciuitati uiſa
eſt:Poſthumius ĩ ore erat:eum laudibus ad cælum ferebát:deuotioni. P. Decii cõſulis aliis claris facinori-
bus æquabant:emerſiſſe ciuitatem ex obnoxia pace illius conſilio & opera:ipſum ſe cruciatibus & hoſtiũ
iræ offerre:piacula pro populo dare, romano:arma cuncti ſpectant & bellum:qđ deſyderant futurum: ut
congredi armatis cũ ſamnite liceat. In ciuitate ira odioq; ardente delectus oĩum prope uoluntariox fuit:re

Non uideo qua ratione Tri. ple. rei geren- dæ inter fuerunt

ſcriptæ ex eodẽ milite nouæ legiones ductuſq; ad Caudium exercitus. Progreſſi fœciales:ubi ad portá ue
nere:ueſtem detrahi pacis ſponſoribus iubent:manus poſt tergum uinciri. Cum apparitor uerecũdia ma-
ieſtatis Poſthumium laxe uinciret:quin tu:inquit adduces lox:ut iuſta fiat deditio? Tum ubi in cœtũ ſam
nitiũ & ad tribunal Pontii uẽtum eſt. A. Cornerius Aruina fœcialis ita uerba fecit. Quandoqdẽ hiſce ho-
mines iniuſſu populi romani qritium fœdus ictum iri ſpoponderunt:atq; ob eá rem noxá nocuerũt:ob
eam rẽ:quo populus romanus ſcelere impio ſit ſolutus:hoſce hoĩes uobis dedo. Hæc dicente fœciali Po-
ſthumius genu femur:q̃ta maxime potuit ui:perculit: & clara uoce ait ſe ſamnitem ciuẽ eſſe:illum legatũ

Attur. in poſthumio egregiá fidei cõſtantiá

fœcialem a ſe contra ius gentium uiolatũ:eo iuſtius bellum geſturos. Tum pontius nec ego iſtam deditio
nem accipiam:inquit:nec ſamnites ratá habebunt:quin tu Spuri Poſthumi:ſi deos eſſe cẽſes:aut omnia ir
rita facis:aut pacto ſtas? ſamniti populo oẽs:quos in poteſtate habuit:aut pro iis: pax debetur. Sed quid
ego te appello:qui te captum uictori cum qua potes fide:reſtituis? Po. Ro. appello: quẽ ſi ſponſionis ad
furcas caudinas factæ pœnitet:reſtituat legiones intra ſaltum:quo ſeptæ fuerũt:nemo quẽq̃ deceperit:om-
nia pro ĩfecto ſint:recipiant arma:quæ per pactionem tradiderunt:redeant ĩ caſtra ſua:qcqd pridie habue-
runt:quam ĩ colloquiũ eſt uẽtum:habeant:tum bellũ:& fortia conſilia placeant:tũc ſponſio & pax repu-
dietur:ea fortuna iis locis:quá ante pacis mentionem habuimus: geramus bellũ: nec populus romanus
conſulũ ſponſionem:nec nos fidem Po. Ro. accuſemus. Nunq̃ ne cauſa defiet:cur uicti pacto nõ ſtetis? ob
ſides Porſenæ dediſtis:furto eos ſubduxiſtis:auro ciuitatẽ a gallis redemiſtis: ĩter accipiendũ aurum cæſi
ſunt:pacẽ nobiſcum pepigiſtis ut legiones uobis captas reſtitueremus:eam pacẽ irritá facitis:& ſemꝑ aliq̃
fraudi ſpeciẽ iuris ĩponitis: Non probat populus romanus ignominioſa pace legiones ſeruatas? pacẽ ſibi
habeat:legiones captas uictori reſtituat:hoc fide:hoc fœderibus:hoc fœcialibus cærimoniis dignum erat:
ut qdem tu:qđ petiſti:ꝑ pactionẽ habeas tot ciues ĩcolumes:ego pacẽ:quam hoſti tibi remittẽdo pactus
ſum:non habeam? hoc tu. A. Corneli hoc uos fœciales iuris gentibus dicitis? Ego uero iſtos:quos dedi ſi
mulatis:nec accipio:nec dedi arbitror:nec moror:quo minus ĩ ciuitatem obligatá ſponſione cõmiſſa ira-
tis oĩbus diis:quox eludit numen:redeant:gerat bellum q̃do ſpurius Poſthumius modo legatum fœcia
lem genu perculit:ita dii credent ſamnitem ciuem Poſthumium non ciuem Romanum eſſe: & a ſamnite
Romanum legatum uiolatum: eo uobis iuſtum in nos factum eſſe bellum. Hæc ludibria religionum
non pudere in lucem proferre? & uix pueris dignas ambages ſenes ac conſulares fallendæ fidei exquire-
re? I lictor: deme uincula Romanis:moratus ſit nemo: quo minus: ubi uiſum fuerit habeant. Et illi qui

Poſthumius & alii caſtro. ĩuiolati redierũt

dem forſitan & publica: ſua certe liberata fide ab Caudio in caſtra Romana inuiolati redierunt. Samni-
tibus pro ſuperba pace infeſtiſſimũ cernentibus renatum bellum: omnia quæ deinde uenerunt: non in
animis ſolum:ſed prope in oculis eſſe: & ſero nequicquam laudare ſenis Ponti utraq; conſilia:inter quæ
ſe media lapſos uictoriæ poſſeſſionem pace incerta mutaſſe: & beneficii & maleficii occaſione amiſſa:
pugnaturos cum eis: quos potuerint in perpetuum uel inimicos tollere:uel amicos facere: adeoque nul
lo dum certamine inclinatis uiribus poſt caudinam pacem animi mutauerant:ut clariorem inter Roma-
nos deditio. Poſthumium: quam Pontium incruenta uictoria inter ſamnites faceret: & geri poſſe bel-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sánitiũ ꝑfidia in fregelláos

lum romani pro uictoria certa haberent:ſamnites ſimul rebellaſſe uiciſſe crederẽt romanum. Inter hæc ſa/
tricani ad ſamnites defecerát:& Fregellæ colonia nec opinato aduẽtu ſamnitium: fuiſſe & ſatricanos cum
iis ſatis cõſtat:nocte occupata ẽ:timor ĩde mutuus utroſqꝫ uſqꝫ ad lucẽ quietos tenuit:lux pugnæ initium
fuit:quá aliquádiu æquam:& qa pro aris & focis dimicabant:& qa ex tectis adiuuabat imbellis multitu
do tñ fregellani ſuſtinuerunt. Frauus deĩde rem inclinauit: qđ uocem audiri præconis paſſi ſunt ĩcolumẽ
ambituꝝ:qui arma poſuiſſet:ea ſpes remiſit a certamine animos:& paſſim arma iactari cœpta. Pertinaci/
or pars armata ꝑ auerſam portá erupit:tutiorqꝫ eis audacia fuit:quá incautus ad credendũ cæteris pauor:
quos circũdatos igni neqcq̃ deos fidemqꝫ ĩuocantes ſamnites concremauerũt. Conſules ĩter ſe partiti pro/
uincias Papyrius in Appuliá ad Luceriá pergit:ubi equites romani obſides ad Caudium dati cuſtodiebá
tur:Publius in Sánio ſubſtitit aduerſus caudinas legiones. Diſtẽdit ea res ſánitium animos: quod nec ad
Luceriam ire:ne a tergo ĩſtaret hoſtis:nec manere:ne Luceria interim amitteret̃:ſatis audebát:optimum ui
ſum eſt cõmittere rẽ fortunæ & tráſigere cũ Publio certamẽ:itaqꝫ in aciẽ copias ducunt:aduerſus quos Pu
blius cõſul cum dimicaturus eſſet:prius alloquẽdos milites ratus concionẽ aduocari iuſſit: cæteꝝ ſicut in
genti alacritate ad prætoriũ cõcurſum eſt:ita ꝓclamore poſcentium pugná nulla adhortatio impatoris au
dita eſt:ſuus cuiqꝫ aĩus memor ignominiæ adhortator aderat. Vadunt igit̃ in ꝓlium urgẽtes ſigniferos:&
ne mora in cõuerſu pilis emittẽdis ſtringẽdiſqꝫ ĩde gladiis eſſet:pila uelut dato ad id ſigno abiiciunt: ſtri/
ctiſqꝫ gladiis curſu ĩ hoſtem ferunt̃:nihil illic ĩperatoriæ artis ordinibus:aut ſubſidiis locádis fuit: oĩa ira

Vincunt̃ ſamnites

militaris prope ueſano ordine egit. Itaqꝫ non fuſi modo hoſtes ſunt:ſed ne caſtris quidẽ ſuis fugá ĩpedire
au ſi:Appuliam diſſipati petiere:Luceriam tñ coacto rurſus ĩ unum agmine eſt ꝑuentum. Romanos ira
eadem:quæ ꝑ mediam hoſtiũ aciem ĩtulerat:& in caſtra pertulit:ibi plus quam ĩ acie ſanguinis ac cædis
factum:ꝓdæqꝫ pars maior ira corrupta:Exercitus alter cũ Papyrio cõſules:locis maritimus ꝑuenerat Ar/
pos ꝑ oĩa pacata ſamnitiũ magis iniuriis & odio:quá beneficio ullo Po. Ro. ná ſamnites ea tẽpeſtate ĩ mõ
tibus uicatim habitantes cápeſtria & maritima loca contẽptu cultoꝝ molliore:atqꝫ ut euenit fere locis ſi/
mili genere ipſi mõtani atqꝫ agreſtes depopulabunt̃:quæ regio ſi fida ſamnitibus fuiſſet:aut ꝑuenire Ar/
pos exercitus romanus nequiſſet: aut ĩteriecta inter Romam & Arpos penuria reꝝ oĩum excluſos a cõ/
meatibus abſumpſiſſet. Tum quoqꝫ ꝓfectos inde ad Luceriá iuxta obſidẽtes obſeſſoſqꝫ inopia uexauit:
oĩa ab Arpis romanis ſuppeditabantur:cæteꝝ adeo exigue ut militi occupato ſtatiõibus uigiliiſqꝫ & ope
re:eques folliculis in caſtra ab Arpis frumentum ueheret:interdũ occurſu hoſtiũ cogeret̃ obiecto ab equo
frumento pugnare & obſeſſis priuſq̃ alter conſul uictore exercitu aduenit:& cõmeatus ex mõtibus ſamni/
tiũ inuecti erant:& auxilia intromiſſa. Artiora omnia aduẽtus Publii fecit:q obſidione delegata ĩ curam
collegæ uacuus ꝑ agros cuncta infeſta commeatibus hoſtium fecerat. Itaqꝫ cum ſpes nulla eſſet diutius ob
ſeſſos inopiam laturos:coacti ſamnites:q ad Luceriam caſtra habebát:undiqꝫ contractis uiribus ſigna cũ

Tarẽtinorum legatorum denunciatio

Papyrio cõferre:Per id tp̃s parantibus utriſqꝫ ſe ad prælium:legati tarẽtini interueniunt denũciantes ſam
nitibus:romaniſqꝫ ut bellũ obmitterent:ꝑ utros ſtetiſſet:quo minus diſcederet̃ ab armis:aduerſus eos ſeꝓ
alteris pugnaturos. Ea legatione Papyrius audita perinde ac motus dictis eoꝝ cum collega ſe cõmunica/
tuꝝ reſpondit:accitoqꝫ eo:cum tempus omne in apparatu conſumpſiſſet collocutus de re haud dubia ſi/
gnum pugnæ ꝓpoſuit. Agentibus diuina humanaqꝫ:quæ abſolent:cũ acie dimicandũ eſt:cõſulibus tarẽ/
tini legati occurſare reſpõſum expectantes:qbus Papyrius ait:auſpicia ſecũda eẽ tarẽtini pullarius nũciat:
litatum præterea eſt egregie auctoribus diis:ut uidetis:ad rem agendam ꝓficiſcimur. Signũ ĩde ferri iuſſit
& copias eduxit:uaniſſimá ĩcrepans gentẽ:q̃ ſuaꝝ ĩpotens reꝝ præ domeſticis ſeditiõibus diſcordiiſqꝫ:
aliis modũ pacis ac belli facere æquũ cẽſeret. Sánitas ex ꝑte altera cũ oẽm curá belli remiſiſſent:qa aut pa/

Papyrii reſpõſum ad Tarẽti nos legatos

cẽ uere cupiebát:aut expediebat ſimulare:ut tarẽtinos ſibi cõciliarẽt:cũ ĩſtructos repẽte ad pugná romáos
cõſpexiſſent:uociferari ſe ĩ auctoritate tarẽtinoꝝ manere:nec deſcẽdere ĩ aciẽ:nec extra uallũ arma ferre:de/
ceptos potius qđcũqꝫ caſus ferat:paſſuros quá ut ſpreuiſſe pacis auctores tarẽtinos uideant̃. Accipe ſe oẽ
cõſules aiũt:& eá ꝓcari mentẽ hoſtibus:ut ne uallũ qdẽ defendát:ipſi ĩter ſe partitis copiis ſuccedũt hoſtiũ
munimentis:& ſimul undiqꝫ adorti cũ pars foſſas explerẽt:pars uellerẽt:uallũ atqꝫ ĩ foſſas ꝓruerẽt:nec uir
tus mõ inſita:ſed ira ẽt exulceratos ignomniia ſtimularet aĩos caſtra ĩuaſere:& ꝓ ſe qſqꝫ nõ hæc furcas:nec
Caudiũ:nec ſaltus ĩuios eẽ:ubi errorẽ fraus ſupbe uiciſſet:ſed romaná uirtutẽ:quá nec uallũ:nec foſſæ ar/
cerẽt memorátes:cædũt pariter reſiſtẽies:fuſoſqꝫ inermes atqꝫ armatos ſeruos:liberos:puberes:impuberes:
hoĩes:iumẽtaqꝫ:nec ullũ ſupfuiſſet aĩal:ni cõſules recepui ſignũ dediſſent: auidoſqꝫ cædis milites e caſtris
hoſtiũ ĩperio ac minis expuliſſent. Itaqꝫ apud ĩfenſos ob ĩterpellatá dulcedinẽ iræ cõfeſtim oro habita eſt:
ut doceret̃ miles minime cuiq̃ militũ cõſules odio ceſſiſſe aut ceſſuros:qn duces ſicut belli ita inſatiabilis
ſupplicii futuros fuiſſe:ni reſpectus equitum ſexcẽtoꝝ:qui Luceriæ obſides tenerent̃:præpediſſet aĩos:ne
deſperata uenia hoſtes cæcos in ſupplicia eoꝝ ageret:ꝑdere prius:quam perire optátes. Laudare ea milites:
lætariqꝫ obuiam itum iræ ſuæ eẽ:fateri oĩa patienda prius:quam ꝑderet̃ ſalus tot prĩcipũ romanæ iuuẽ
tutis. Dimiſſa cõcione:conſiliũ habitum oĩbus ne copiis Luceriam ꝑmerent:an altro exercitu & duce ap/
puli circa gens dubiæ ad id uoluntatis temptarentur. Publius cõſul ad peragrádam profectus Appuliam
aliquot expeditione una populos aut ui ſubegit:aut conditionibus in ſocietatẽ accepit. Papyrio quoqꝫ: q
obſeſſor Luceriæ reſtiterat:breui ad ſpem euẽtus reſpondit:nam infeſſis oĩbus uiis:ꝑ quas commeatus ex
Sánio ſubuehebatur:fame domiti ſamnites:qui Luceriæ in præſidio erát:legatos miſere ad cōſulem Ro
manũ:ut receptis eqtibus:qui cauſa belli eſſent:abſiſteret obſidione. His Papyrius ita reſpõdit debuiſſe eos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pontium Herēnii filium:quo auctore romanos ſub iugum miſiſſent:conſulere:ꝗd uictis patiendum cen
ſeret:cæterum qm̄ ab hoſtibus in ſe æqua ſtatui: quam ĩ ſe ipſi ferre maluerint:nunciare Luceriá iuſſit: ar
ma:ſarcinas:iumenta:multitudinē oēm imbellem intra mœnia relinquerēt:militem ſe cum ſingulis ueſti
mētis ſub iugum miſſuꝝ:ulciſcentē illatam nō nouam ĩferentem iniuriam. Nihil recuſatū:ſeptem millia
militum ſub iugum miſſa:prædaq; ĩgens Luceriæ capta: receptis oĩbus ſignis armiſq;:quæ ad Caudium
amiſerant:& qđ oĩa ſupabat gaudia eqtibus recuperatis:quos pignore pacis cuſtodiēdos Luceriam ſamni
tes dederant. Haud ferme alia mutatione ſubita reꝝ clarior uictoria populi Romani ē:ſiquidem ēt quod
qbuſdam ĩ annalibus inuenitur Pontius Herennii filius ſamnitiū imperator:ut expiaret conſulum igno
miniam ſub iugū cum cæteris eſt miſſus. Cæteꝝ id minus miror obſcuꝝ eſſe de hoſtinm duce dedito miſ
ſoq; ſub iugū id magis mirabile eſt ambigi. L. ne Cornelius dictator cum. L. Papyrio Curſore magiſtro
eqtum ea res ad Caudium atq; inde Luceriam geſſerit, ultorq; unicus romanæ ignominiæ haud ſciam an
iuſtiſſimo triūpho ad eam ætatem ſecundū Furium Camillum triūphauerit:an conſulis Papyrii præci
puum id decus ſit. Seqtur hunc errorem alius error. Curſor ne Papyrius ꝓximis comitiis cum. Qu. Au
relio Ceretano iteꝝ ob rem bene geſtam Luceriæ continuato magiſtratu conſul tert. creatus ſit:an. L. Papy
rius Mugilanus & ĩ cognomine erratum ſit. Conuenit iam inde ꝑ conſules reliqua belli ꝑfecta. Aurelius
cū ferētanis uno ſecundo ꝓlio debellauit:urbēq; ipſam: quo ſe fuſa contulerat acies obſidibus ĩperatis in
deditionem accepit. Pari fortuna conſul alter cū ſatricanis: qui ciues romani poſt caudinam cladem ad ſá
nites defecerant:præſidiumq; coꝝ ĩ urbem acceperant:rem geſſit:ná cum ad mœnia Satricæ admotus eēt
exercitus:legatiſq; miſſis ad pacem cum ꝑcibus petendam triſte reſponſum a conſule redditum eſſet niſi ꝑ
ſidio ſamnitium interfecto aut tradito ne ad ſe remearent:plus ea uoce:quá armis illatis terroris colonis
iniectū. Itaq; ſubinde cum exequerentur quærendo a conſule legati:quo nam ſe pacto paucos & infirmos
crederet ꝑſidio tam ualido & armato uim allaturos: ab iiſdem conſilium petere iuſſi: qbus auctoribus ꝑ
ſidium in urbē accepiſſent:diſcedunt:ægreq; impetrato ut de ea re cōſuli ſenatum reſpōſaq; ad ſe referri ſi
neret:ad ſuos redeunt. Duæ factiones ſenatū diſtrahebant:una cuius principes erant defectiōis a Po. Ro.
auctores:altera fidelium ciuium:certatum ab utriſq; tñ eſt:ut ad reconciliandam pacē conſuli opa nauare
tur. Pars altera cum præſidium ſamnitium:qa nihil ſatis præparati erant:ad obſidionem tolerandam ex
curſuꝝ ꝓxima nocte eſſet:nunciare cōſuli ſatis habuit:qua noctis hora:quamq; ꝑ portam: & quá in uiá
egreſſurus hoſtis foret:altera qbus ĩuitis deſcitum ad ſamnites erat:eadem nocte portá ēt cōſulibus aperue
runt:ita duplici ꝓditione & ꝑſidium ſamnitiū inſeſſis circa uiam ſilueſtribꝰ locis nec opinato oppreſſum
ē:& ab urbe plena hoſtiū clamor ſublatus:momentoq; unius horæ ſánis cæſus:ſatricanus captus: & oĩa
in ꝑtáte conſulis erát:q quæſtione habita:quoꝝ opa defectio eſſet facta:quos fontes cōperit:uirgis cæſos
ſecuri ꝑcuſſit:ꝑſidioq; ualido ĩpoſito arma ſatricanis ademit: Inde ad triūphum deceſſiſſe Romam Papy
riū Curſorē ſcribunt:q eo duce Luceriam receptá: ſamniteſq; ſub iugum miſſos auctotes ſunt: & fuit uir
haud dubie dignus oĩ bellica laude:non animi ſolū uigore:ſed ēt corporis uiribus excellen; ꝑcipua pedū
ꝑnicitas inerat:quæ cognomen ēt dedit:uictoréq; curſu oĩu ætatis ſuæ fuiſſe ferunt:& ſeu uirium ui:ſeu
exercitatione multa:cybi uiniq; eundē capaciſſimū:nec cum ullo aſperiorem:qa ipſe inuicti ad laborem
corporis eēt:fuiſſe militiam pediti pariter equitiq;: equites ēt aliquando auſos ab eo petere: ut ſibi pro re
bene geſta laxaret aliqd laboris:qbus ille:ne nihil remiſſum dicatis:remitto:inqt:ne utiq; dorſum demul
ceatis:cum ex eqs deſcendetis: & uis erat ĩ eo uiro ĩperii ĩgens pariter ĩ ſocios ciueſq;. Præneſtinus prætor
ꝑ timorē ſegnius ex ſubſidiis ſuos duxerat ĩ primam aciē:quem cum inābulans ante tabernaculum uoca
ri iuſſiſſet:lictorē expedire ſecurim iuſſit:ad quá uocem exanimi ſtante ꝑneſtino:agedū lictor excide ra
dicem hác:inqt:incōmodam ambulantibus:ꝑfuſumq; ultimi ſupplicii metu mulcta dicta dimiſit. Haud
dubie illa ætate:qua nulla uirtutum ferocior fuit:nemo unus erat uir: quo magis innixa res romana ſta
ret:qn cum parem deſtinant animis magno Alexádro ducem:ſi arma Aſia ꝑdomita in Europá uertiſſet.
Nihil minus ꝗſitum a prĩcipio huius opis uideri pōt:quam ut plus iuſto ab reꝝ ordine declinarem ua
rietatibuſq; diſtinguendo opere & legentibus uelut diuerticula amœna:& requiem animo meo quærerē:
tamen tanti regis ac ducis mentio:qbus ſæpe tacitis cogitationibus uolutauit animum: ea ſeuocat in me
medium:ut quærere libeat:qnam euentus romanis rebus:ſi cum Alexandro foret bellatum: futurus fue
rit. Plurimum in bello pollere uidentur militum copia & uirtus:ingenia imperatorum:fortuna per om
nia humana maxime in res bellicas potens. Ea & ſingula ĩtuenti & uniuerſa:ſicut ab aliis regibus gētibuſ
q;:ita ab hoc quoq; facile præſtát ĩuictum romanū ĩperium. Iam primū ut ordiar ab ducibus cōparandis
haud eqdem abnuo egregiū ducē fuiſſe Alexandū:ſed clariorem eum tñ facit:quod unus fuit:quod adole
ſcens ĩ incremento reꝝ non dum alteram fortunam exptus deceſſit. Vt alios reges claros duceſq; omittam
magna exēpla caſuum humanoꝝ:Cyꝝ:quem maxime græci laudibus celebrant: qd niſi longa uita ſicut
magnum modo Pōpeium uertenti præbuit fortunæ! Ne recēſeam duces romanos:nec oēs omnium æta
tum:ſed ipſos eos:cum qbus conſulibus aut dictatoribus Alexandro fuit bellandum. M. Valerium Cor
uinum. C. Claudiū. M. Rutiliū:Claudium Sulpiciū. T. Manlium. Torquatū. Qu. Publiū Philonem. L.
Papyrium Curſorem. Q. Fabium Maximum. Duos Decios. L. Volúnium: Marcum Curium deíceps
ingentes ſequunť uiri:ſi punicum romano præuertiſſet bellum: ſeniorq; in Italiam traieciſſet. Horum in
quolibet tum indoles eadem:quæ in Alexandro erat animi ĩgeniiq;:tum diſciplina militaris iá ĩde ab ini
tiis urbis tradita ꝑ manus:ĩ artis ꝑpetuis præceptis ordinatæ modū uenerat. Ita reges geſſerát bella:ita de

Copiæ Sánitiū ad luceriá ſub iugū miſſæ

Papyrius Curſor Qu. Aurelius conſ.

Papyrii geſta

Celeritas papyrii

Hoc illud apud pliniū de ue tuſtate oleæ:ná radix oleæ fuit illa Attur: cū quibꝰ fuiſſet Alexan. bellandū

*Is pyrrhi' legatis fuiſſe dicit'*

inde exactores regum Iunii Valeriiq;:ita deinceps Fabii Quintii Cornelii:ita Furius Camillus:quẽ iuue-
nes duo:qbus cum Alexandro dimicandum erat:ſenem uiderát. Militaria opa pugnando obeunti Alexá-
dro:nam ea quoq; haud minus claꝝ eum faciunt:ceſſiſſet uidelicet in acie oblatus par Manliu s Torqua-
tus:aut Valerius Coruinus íſignes ante milites:quá duces?ceſſiſſent Decii deuotis corporibus in hoſtem
ruentes?ceſſiſſet Papyrius Curſor illo corporis robore:illo animi? uictus eſſet conſiliis iuuenis unius: ne
ſingulos nominẽ ſenatus ille:quem q ex regibus cõſtare dixit:unus ueram ſpeciẽ romani ſenatus cepit?Id
uero erat piculum:ne ſolertius:quam quiuis unus ex iis:quos nominaui:caſtris locum caperet:cõmeatus
expediret:ab íſidiis præcaueret:tpſ pugnæ eligeret:aciẽ inſtrueret: ſubſidiis firmaret:nõ iam cum Dario
rem eſſe dixiſſet:quẽ mulieꝝ ac ſpadonum agmen trahentẽ:íter purpuram atq; auꝝ ornatũ fortunæ ſuæ
apparatibus prædá uerius:quá hoſtem:nihil aliud quá bene auſus uana cõtẽnere incruentus deuicit. Lon-
ge alius Italiæ:quá Indiæ p quam temulento agmine comeſſabundus inceſſit:uiſus illi habitus eẽt:ſaltus
Appuliæ:ac mõtes lucanos cernenti:& ueſtigia recentia domeſticæ cladis: ubi auunculus eius nup Epiri
rex Alexáder abſumptus erat. Et loqmur de Aldxandro nondum merſo ſecũdis rebus:quaꝝ nemo into-
lerantior fuit:q ſi ex habitu nouæ fortunæ nouiq;:ut ita dicam:ingenii:quod ſibi uictor induerat: ſpecte-
tur:Dario magis ſimilis:quá Alexandro í Italiam ueniſſet:& exercitum Macedoniæ oblitum degeneran-
tẽq; iam in perſaꝝ mores adduxiſſet. Referre in tanto rege piget ſupbam mutationem ueſtis: & deſydera-
tas humi iacentiũ adulationes ẽt uictis graues ne dum macedonibus uictoribus & fœda ſupplicia: & in-
ter uinũ & epulas cæde amicoꝝ: & uanitatẽ ementiẽdæ ſtirpis, quid ſi uini amor in dies fieret acrior? qd
ſi trux ac præ feruida ira?nec qcq̃ dubium íter ſcriptores refero: nulla ne hæc damna imperatoriis uirtuti-
bus ducimus?Id uero piculum erat:qđ leuiſſimi ex grecis:q parthorum qnoq; contra nomen romanum

*Ná Alexáder ſe hámonis Iouis filium affinxit*

gloriæ fauent:dictitare ſolẽt:ne maieſtatẽ nominis Alexandri:quẽ ne fama quidem illis uotum arbitror
fuiſſe:ſuſtinere nõ potuerit populus Romanus:& aduerſus quẽ Athẽis í ciuitate fracta macedonũ armis:
cernẽtem tum maxime prope fumantes Thebaꝝ ruinas:concionari libere auſi ſint hoíes:id qđ ex monu-
mentis orationũ patet aduerſus eũ:nemo ex tot pceribus romanis uocem liberá miſſurus fuerit? Quanta-
libet magnitudo hoís concipiat' aío: unius tamen ea magnitudo hoís erit:collecta paulo plus decem an-
noꝝ felicitate:quam q eo extollunt:qđ populus Roma. & ſi nullo bello:multis tamẽ pliis uictus ſit: Ale-
xandro nullius pugnæ non ſecũda fortuna fuerit:non ítelligit ſe hoís res geſtas & eius iuuenis: cũ populi
iá octingẽteſimum bellantis annũ rebus conferre:miremur:ſi cum ex hac parte ſæcula plura numerentur:
quam ex illa anni plus í tam longo ſpatio:q̃ í ætate. xiii. annoꝝ fortuna uariauerit. Quin tu hoís cum ho-

*Att' pulchrá aſſeueratioẽ*

mine:& ducis cũ duce:fortunam cũ fortuna cõfers?Quot romanos duces nomi nem:qbus nunquam ad-
uerſa fortuna pugnæ fuit?paginas í annalibus magiſtratuum faſtiſq; pcurrere licet conſulum: dictatorũ-
q; quoꝝ nec uirtutis:nec fortunæ ullo die populum romanum pœnituit:Et quo ſint mirabiliores quam
Alexáder:aut quiſquam alius rex denos uicenoſq; dies quidam dictaturam:nemo pluſquam annum con-
ſulatum geſſit:a tribunis plebis delectus impediti ſunt:poſt tempus ad bella ierunt:ante tempus comitio-
rum cauſa reuocati ſunt:in ipſo conatu rerum circunegit ſe annus collegæ nunc temeritas: nunc prauitas
impedimento aut damno fuit:male geſtis rebus alterius ſucceſſum eſt:tyronem aut mala diſciplina inſtitu-
tum exercitum acceperunt. At hercule reges nõ liberi ſolũ impedimentis omnibus:ſed domini rerum tem-
porumq; trahunt conſiliis cuncta nõ ſequuntur. Ergo inuictus alexander cum inuictis ducibus bella geſ-
ſiſſet:& eadem fortunæ pignora in diſcrimen detuliſſet:imo etiam eo plus periculi ſubiſſet:quod macedo-
nes unum Alexandrum habuiſſent multis caſibus nõ ſolum obnoxium:ſed etiam offerentem ſe:romani
multi fuiſſent Alexandro uel gloria:uel rerum magnitudine pares: quorum ſuo quiſq; fato ſine publico
diſcrimine uiueret moreretur q;. Reſtat:ut copiæ copiis comparẽtur uel numero:uel militum genere:uel
multitudine auxiliorum:Cenſebátur eius ætatis luſtris ducenaquinquagena milia capitũ. Itaq; in omni

*Ex his datur intelligi ex q̃tis copiis cõſtaret legitimꝰ exercitꝰ*

defectione ſociorum latini nominis urbano prope delectu decẽ ſcribebantur legiões quaterni quinq; exer-
citus ſæpe per eos annos:in Hethruria:in Vmbria gallis hoſtibus adiunctis in Samnio in lucanis gereba-
tur bellũ. Latiũ deinde omne cũ ſabinis:& uolſcis:& equis:& omni Cápania:& pte Vmbriæ Ethruriæq;
& picẽtibus:& marſis peligniſq;:ac ueſtinis:atq; appulis: adiunctaq; omnis ora græcorum inferri ma-
ris a Thuris Neapolin & Cumas:& íde Antio atq; hoſtia tenus ſamnites aut ſocios ualidos romanis aut
fractos bello inueniſſet hoſtes. Ipſe traieciſſet mare cũ ueteranis macedonibus nõ plus triginta milibus ho-
minũ:& quattuor millibꝰ equitũ maxime theſſaloꝝ hoc. n. roboris erat:pſas indos aliaſq; ſi adiunxiſſet
gẽtes ípedimentũ maius:quá auxiliũ traheret. Adde quod romanis ad manũ domi ſupplemẽtũ eẽt. Ale-
xádro:quod poſtea Hánibali accidit:alieno in agro belláti exercitꝰ cõſenuiſſet. Arma clypeus:ſariſſæq; il-
lis:romano ſcutũ maius corpori tegumentũ:& pilũ haud paulo quá haſta uæhemẽtiꝰ ictu miſſũq; telũ:

*Pilum*
*Haſta*

ſtatarius uterq; miles ordines ſeruás:ſed illa phalanx ímobilis unius generis:Romana acies diſtinctior ex
pluribus ptibus cõſtans:facilis partiẽti quacũq; opus eẽt:facilis iũgenti. Iá in ope qs par romano miles?
qs ad tolerádũ laborẽ melior?Vno plio uictus Alexáder bello uictus eẽt:romanũ quá Caudiũ:quẽ Cá-
næ nõ fregerũt:q̃ fregiſſet acies?Næ ille ſæpe ẽt: ſi prima pſpere eueniſſent: perſas: & indos: & imbellem
Aſiam quæſiſſet:& cũ fœminis ſibi bellum fuiſſe dixiſſe:quod Epiri regẽ Alexandrum mortifero uulne-
re ictum dixiſſe ferũt:ſortẽ belloꝝ in Aſia geſtoꝝ ab hoc ipſo iuuene cũ ſua conferentẽ: Equidem cum per
annos quattuor & uiginti primo punico bello claſſibus certatum cũ pœnis recordor:uix ætatem Alexá-
dri ſuffecturam fuiſſe reor ad unũ bellum:& forſitan cũ & fœderibus uetuſtis iuncta res punica romanæ

eſſet: & timor par aduerſus cõmunem hoſtem duas potẽtiſſimas armis uiriſqꝫ urbes armaret: ſimul puni
co romanoqꝫ obrutus bello cẽt. Nõ quidem Alexãdro duce: nec integris macedonũ rebus: ſed expti tamẽ
ſunt romani macedonẽ hoſtẽ aduerſus Antiochum. Philippum: & Perſen: nõ mõ cũ clade ulla: ſed ne cum
piculo qdẽ ſuo: abſit iuidia uerbo & ciuilia bella ſileãt: nunq̃ ab eqte hoſte: nunq̃ a pedite: nunq̃ apta acie:
nunq̃ æquis utiqꝫ: nunq̃ iniqs locis laborauimus. Eqtẽ: ſagiptas ſaltus ĩpeditos: auia cõmeatibus loca gra
uis armis miles timere põt: mille acies grauiores: quam macedonũ atqꝫ Alexãdri auertit auertetqꝫ: modo
ſit ppetuus huius: qua uiuimus pacis amor: & ciuilis cura cõcordiæ. Inde. L. Flaccus: &. L. Plautius Ve- L. Flac-
nox cõſules facti. Eo anno a frequẽtibus ſamnitium populis de fœdere renouãdo legati: cum ſenatum hu cus. L.
mi ſtrati mouiſſent: reiecti ad populum haud quaq̃ tam efficaces habebant preces. Itaqꝫ de fœdere negatũ: Plautius
induciæ biẽnii: cum p aliquot dies fatigaſſent ſingulos: precibus ĩpetratæ. Et ex Appulia theanenſes can- conſ.
uſiniqꝫ populationibus feſſi obſidibus. L. Plautio cõſuli datis in deditionem uenerunt. Eodem anno pri
mum pfecti Capuæ creari cœpti legibus ab. L. Furio prætor datis: cum utrũqꝫ ipſi pro remedio ægris re-
bus diſcordia inteſtina petiſſent: & duæ Romæ additæ tribus Vfentina & falerina. Inclinatis ſemel in Ap
pulia rebꝰ: theates quoqꝫ appuli ad nouos cõſules. C. Iunium Bubulcum Qu. Aemylium Barbulam fœ C. Iunius
dus petitum uenerunt: pacis p omnem Appuliã præſtandæ populo Romano auctores id audacter ſpon Qu. Ae-
dendo imperrauerunt: ut fœdus daretur: neqꝫ ut æquo tamen fœdere: ſed in ditione populi romani eſſent mylius
Appulia pdomita: nam florento quoqꝫ ualido oppido Iunius potitus erat: in lucanos bellum porrectum conſ.
inde repentino aduentu Aemylii cõſulis Nerulum ui captum. Et poſteaquam res Capuæ ſtabilitas roma Florẽtum
na diſciplina fama per ſocios uulgauit: antiatibus quoqꝫ: qui ſe ſine legibus certis: ſine magiſtratibus age- Nerulũ
re querebantur: dati ab ſenatu ad iura ſtatuenda ipſius coloniæ patroni: nec arma modo: ſed iura etiam ro
mana late pollebant. C. Iunius Bubulcus: & Qu. Aemylius Barbula cõſules exitu anni non cõſulibus a ſe
creatis Sp. Nautio: &. M. Popilio: cæteꝝ dictatori. L. Aemylio legiones tradiderunt. Is cum. L. Fuluio Sp. Nau-
magiſtro equitum Satriculam oppugnare adortus rebellandi cãm ſamnitibus dedit. Duplex inde terror tius. M.
illatus romanis: hinc ſamnis magno exercitu coacto ad eximẽdos obſidione ſocios haud procul caſtris ro Popilius
manoꝝ caſtra poſuit: hinc ſatricani magno cum tumultu patefactis repente portis in ſtationes hoſtium ĩ- conſ.
currerunt. Inde pars utraqꝫ ſpe alieni magis auxilii: quam uiribus fræta ſuis: iuſto mox prælio inito roma
nos urgent: & q̃q̃ anceps dimicatio erat. tamen utrinqꝫ tutam aciem dictator habuit: qa locum haud faci-
lem ad circũueniendum cepit: & diuerſa ſtatuit ſigna: infeſtior tamen in erumpentes ĩceſſit: nec magno cer-
tamine itra mœnia compulit: tum totam aciem ĩ ſamnites obuertit: ibi plus certaminis uictoria ſicut ſera
ita nec dubia: nec uaria fuit: fuſi in caſtra ſãnites: extinctis nocte ignibus: tacito agmine abeunt: & ſpe abie
cta Satriculæ tuendæ: Poſtiam Pliſtiam ſocios romanoꝝ: ut parem dolorẽ hoſti redderent: circunſidunt.
Anno circunacto bellum deinceps ab dictatore. Qu. Fabio geſtum. Cõſules noui ſicut ſuperiores Romæ
manſerunt: Fabius ad accipiendum ab Aemylio exercitum ad Satriculam cum ſupplemento uenit: neqꝫ
.n. ſamnites ad Pliſtiam manſerant: ſed accitis ab domo nouis militibus multitudine fræti caſtra eodem:
quo ante loco poſuerunt: laceſſenteſqꝫ prælio romanos auertere ab obſidione conabantur. Eo intentius di
ctator ĩ mœnia hoſtium uerſus id bellum tãti ducere quod urbẽ oppugnabat: ſecurior ab ſamnitibus age
re ſtationibus modo oppoſitis: nequa ĩ caſtra uis fieret: eo ferocius adequitare ſamnites uallo neqꝫ ocium
pati: & cum iam prope in portis caſtroꝝ eſſet hoſtis: nihil conſulto dictatore magiſter equitum. Q. Au
lius Ceretanus magno tumultu cum oĩbus turmis equitum euectus ſummouit hoſtem: tum ĩ minime p
tinaci genere pugnæ: ſic fortuna exercuit opes ut inſignis utrinqꝫ clades & clara ipſorum æderet funera: pri
or ſamnitium ĩperator ægre patientes quod tam ferociter adeqtaſſet: inde ſe fundi fugariqꝫ: orando hortã
doqꝫ eqtes ꝓlium iterauit. In quem ĩſignem ĩter ſuos cientem pugnã magiſter eqtum romanus infeſta cu
ſpide ita pmiſit equum: ut uno ictu exanimem equo præcipitaret: nec ut fit: ad ducis caſum pculſa magis
quam irritata eſt multitudo oĩs. Qui circa erant: ĩ Aulium temere inuectum p hoſtium turmas tæla con
iecerunt: fratriqꝫ ꝑcipuum decus ulti ſamnitium ĩperatoris dederunt. Is uictorem detractũ ex equo magi- Aulius
ſtrum eqtum plenus mœroris atqꝫ iræ trucidauit: nec multũ abfuit: qn corpore ẽt: qa inter hoſtiles cecide magiſter
rat turmas ſamnites potirent̃: ſed extẽplo ad pedes deſcenſum ab romanis ẽ: coactiqꝫ idẽ ſamnites facere & eqtum oc
repẽtina acies circa corpora ducũ pedeſtre ꝓlium init: quo haud dubie ſupat romanus: recuperatũqꝫ Au- ciditur
lii corpus mixta cũ dolore lætitia uictores ĩ caſtra referunt Sãnites: duce amiſſo: & p equeſtre certamen tẽ-
ptatis uiribus: omiſſa Satricula: quã neq̃q̃ defendi rebantur ad Pliſtiæ obſidionẽ redeunt: itaqꝫ paucos
dies Satricula romanus p deditionem: Pliſtia p uim ſamnis potit̃. Mutata inde belli ſedes ẽ: ad Soram e
Sãnio Appuliaqꝫ traductæ legiones. Sora ad ſamnites defecerat: ĩterfectis colonis romanoꝝ. Quo cũ pri
or romanus exercitus ad ulciſcendã ciuium necẽ: recuperandãqꝫ coloniã magnis itineribus pueniſſet: ſpar
ſi p uias ſpeculatores ſeq legiões ſamnitiũ. nec iã procul abeſſe: cum alii ſup alios nũciarẽt: obuiã itum ho
ſti atqꝫ ad Lautulas ancipiti ꝓlio dimicatum ẽ: nõ cædes: nõ fuga alterius partis: ſed nox incertos: uicti ui-
ctores ne eſſent: diremit. Inuenio apud quoſdam aduerſam eã pugnã romanis fuiſſe: atqꝫ in ea cecidiſſe.
Q. Aulium magiſtrum equitũ. Suffectus ĩ locum Aulii Claudius Fabius magiſter equitum cũ exerci-
tu nouo ab roma aduenit: & p præmiſſos nuncios cõſulto dictatore: ubi ſubſiſteret: quoue tpe: & qua ex
parte hoſtem aggrederetur: ſubſiſtit occultus ad omnia ſatis exploratis cõſiliis: Dictator cum per aliquot
dies poſt pugnam continuiſſet ſuos intra uallum obſeſſi magis: quam obſidentis modo: ſignum repente
pugnæ propoſuit: & efficacius ratus ad accẽdendos uiroꝝ fortium animos nullẽ alibi quã in ſemetipſo

cuiquã relictã ſpem: de magiſtro equitũ nouoqꝫ exercitu militem celauit: & tanq̃ nulla niſi in eruptione
ſpes eſſet: Locis: inq̄t: anguſtis milites deprehẽſi: niſi quã uictoria patefecerimus: uiam nullam habemus:
ſtatiua nr̃a munimento ſatis tuta ſunt: ſed i nopia eadẽ infeſta: nã & circa omnia defecerunt: unde ſubuehi
Die priſtino cõmeatus poterant: & ſi oẽs iuuare uelint: iniqua loca ſunt. Itaqꝫ non fruſtrabor ego uos caſtra hic relinquẽ
do: in quæ infecta uictoria: ſicut priſtino de uos recipiatis: armis munimẽta nõ munimentis arma tuta eẽ
debẽt: caſtra habeant repetãtqꝫ q̄bus operæ eſt trahere bellũ nos oĩum rerꝫ reſpectum: præterquã uictoriæ
nobis abſcindamus: ferte ſigna ĩ hoſtẽ: ubi extra uallũ ceſſerit agmen: caſtra q̄bus imperatum eſt incẽdãt:
dãna noſtra milites oĩum circa qui defeceruut populorꝫ præda ſarcientur: Ea oratione dictatoris: quæ
neceſſitatis ultimæ index erat: milites accẽſi uadũt ĩ hoſtem: & reſpectus ipſe ardentium caſtrorꝫ: q̃q̃ pro
ximis tñ: ita. n. iuſſerat dictator: ignis eſt ſubditus: haud paruum irritamentum fuit. Itaqꝫ uelut uecordes
illati ſigna primo ĩpetu hoſtium turbant & in tp̄e poſteaq̃ ardentia procul uidit caſtra magiſter equitum:
id conuenerat ſignũ: hoſtiũ terga inuadit: ita circunuenti ſamnites: qua põt quiſqꝫ fugam ꝑ diuerſa petũt.
Ingens multitudo ĩ unũ metu cõglobata ac ſemetipſam turba ĩpediens ĩ medio cæſa: caſtra hoſtium capta
direptaqꝫ: quorꝫ præda onuſtũ militem ĩ romana caſtra dictator reducit haud q̃q̃ tam uictoria lætum: q̃
qđ præter exiguã deformatã incendio partem cætera cõtra ſpem ſalua inuenit. Ad Soram inde reditũ:
M. Petilius. C. Sulpiti⁹ cõſ. nouiqꝫ cõſules. M. Petilius. C. Sulpicius exercitũ ab dictatore Fabio accipiunt: magna parte ueterꝫ militũ
dimiſſa: nouiſqꝫ cohortibus in ſupplementũ adductis. Cæterꝫ cum ꝓꝑ difficilem urbis ſitum: nec oppu
gnãdi ſatis certa ratio iniret̃: & aut tp̄e longinqua: aut ꝓceps periculo uictoria eẽt: ſoranus traſfuga clam ex
oppido ꝓfectus cum ad uigiles romanus penetraſſet: duci ſe extẽplo ad conſules iubet: deductuſqꝫ traditu
rum urbẽ promittit ru rſus inde cũ quonãmodo id præſtaturus eſſet ꝑcunctantes doceret haud uana affer
re: ꝑpulit prope adiuncta mœnibus romana caſtra: ut ſex millia ab oppido remouerent̃: fore ut minus in
tentæ ĩ cuſtodiam urbis diurnæ ſtationes ac nocturnæ uigiliæ eſſent: ipſe inſequẽti nocte ſub oppido ſil
ueſtribus locis corhortibus inſidere iuſſis: decem milites delectos ſecum ꝑ ardua ac prope inuia in arcem
ducit pluribus quam pro numero uirorꝫ miſſilibus tælis eo collatis: ad hæc ſaxa erãt & temere iacẽtia: ut
fit in aſpretis: & de induſtria etiam: quo locus tutior eſſet. ab oppidanis congeſta: ubi cũ cõſtituiſſet: roma
nos ſemitamqꝫ anguſtã & arduã erectam ex oppido in arcem oſtendiſſet. Hoc quidem aſcenſu: inquit: uel
tres armati quãlibet multitudinẽ arcuerint: uos & decẽ numero & qđ plus & romani romanorũqꝫ fortiſſi
mi uiri eſtis: & locus ꝓ uobis & nox erit quæ oĩa ex incerto maiora territis oſtentat: ego iam terrore oĩa
implebo: uos aũt arcem intẽti tenete decurrit inde. quãto maxime poterat cum tumultu ad arma: & proh
ueſtrã fidẽ ciues clamitans arx ab hoſtibus capta ẽ defendite: ite: hæc incedens principũ foribus: hæc obiis
hæc excurrẽtibus in publicum pauidis increpat. Acceptum ab uno pauorẽ plures ꝑ urbem ferũt. Trepidi
magiſtratus miſſis ad arcẽ exploratoribus: cũ tæla & armatos tenere arcem multiplicato numero audirẽt:
auertunt animos a ſpe recuperãdæ arcis: fuga cuncta complent̃: portæqꝫ a ſemiſomnis ac maxima parte
inermibus refringunt̃: quarum per unam præſidium romanum clamore excitatum irũpit: & conuerſan
Sora uniꝰ ꝓditione capit̃ tes ꝑ uiam pauidos cædit. Iam Sora capta erat: cũ conſules prima luce aduenere: & quos reliquos fortuna
ex nocturna cæde ac fuga fecerat: in deditionẽ accipiunt: ex his. ccxxv. qui oĩum conſenſu deſtinabant̃: &
infandæ colonorꝫ cædis & defectionis auctores uinctos Romã deducũt: cæteram multitudinem incolu
mem ꝓſidio ĩpoſito Soræ relinquit: oẽs qui Romam deducti erãt: uirgis ĩ foro cæſi: ac ſecuri percuſſi ſum
mo gaudio plebis: cũ maxime ĩtererat: tutam ubiqꝫ: quæ paſſim ĩ colonias mitteret̃: multitudinẽ eſſe. Con
ſules ab Sora profecti in agros atqꝫ urbes auſonũ bellum intulerũt: mota nãqꝫ oĩa aduentu ſamnitium: cũ
apud Lautulas dimicatum eſſet: fuerant: coniurationeſqꝫ circa Cãpaniam paſſim factæ: nec Capua ipſa cri
mine caruit: quin Romã quoqꝫ & ad principum quoſdã inquirendos uentũ eſt: cæterꝫ auſonum gens ꝓ
Auſona ditione urbiũ ſicut Sora in ꝑtãtem uenit. Auſona & Nuntumnæ & ueſtina urbes erant: ex quibus princi
pes iuuẽtutis duodecim numero in proditione orbium ſuarum coniurati ad conſules ueniunt: docent ſu
os iãpridem exoptãtes ſamnitium aduentũ: ſimul ad Lautulas pugnatũ audierunt pro uictis romanos ha
buiſſe: iuuẽtute & armis ſamnites iuuiſſe: fugatis inde ſamnitibus ĩcerta pace agere: nec claudentes portas
romanis ne accerſerent bellũ: obſtinatos claudere: ſi exercitus admoueat̃: in ea fluctuatione animorꝫ oppri
mi incautos poſſe. His auctoribus mota propius caſtra: miſſiqꝫ eodem tp̄e circa tria oppida milites: par
tim armati: qui occulti propinqua mœnibus inſiderẽt loca partim togati tectis ueſte gladiis: q ſub lucem
apertis portis urbes ingrederent̃: ab iis ſimul cuſtodes trucidari cœpti: ſimul datũ ſignum armatis: ut ex in
ſidiis concurrerent: ita portæ occupatæ: triaqꝫ oppida eadem hora: eodemqꝫ conſilio capta: ſed q̄a abſenti
Deleta auſonũ gẽs uix certo crimine bus ducibus ĩpetus eſt factus: nullus modus cædibus fuit: deletaqꝫ auſonũ gens uix certo defectionis cri
mine: ꝑinde ac ſi inter necino bello certaſſet. Eodem anno ꝓdito hoſtibus romano ꝓſidio Luceria ſamni
tium facta: nec diu proditoribus ĩpunita res fuit: haud ꝓcul inde exercitus romanus erat: cuius primo im
petu urbs ſita ĩ plano capitur. Lucerni ac ſamnites ad internicionẽ cæſi: eoqꝫ ira ꝓceſſit: ut Romæ cũ de co
lonis mittẽdis Luceriã cõſuleret̃ ſenatus: multi delẽdã urbẽ cẽſerent: ꝓter odiũ qđ execrabile in his captis
erat: lõginquitas quoqꝫ adhorrere a relegandis tam ꝓcul ab domo ciuibus inter tã ĩfeſtas gentes cogebat:
uicit tamen ſnĩa: ut mitterent̃ coloni: duo millia & quingẽti miſſi. Eodẽ anno cũ oĩ ĩfida romanis eẽnt. Ca
puæ quoqꝫ occultæ principũ cõiurationes factæ: de q̄bus cũ ad ſenatũ relatũ eẽt: haud quaq̃ neglecta res ẽ
q̄ſtiones decretæ: dictatoreq̄ꝫ quæſtiõibus exercẽdis dici placuit. C. Menenius dictus: is. M. Folliũ magi
ſtrũ eq̄tum dixit. Ingens erat magiſtratus eius terror: itaqꝫ ſiue timore: ſeu cõſciẽtia eius calabios Obuium

Nouiumqꝫ ea capita cõiurationis fuerát: priuſq̃ noiarentur apud dictatorem: mors haud dubie ab ipſis
cõſcita iudicio ſubtraxit. Deinde ut quæſtioni cãpanæ materia deceſſit: uerſa Romá interprætando res: nõ
nominatim q Capuæ: ſed in uniuerſum: qui uſq̃ coiſſent: cõiuraſſentue aduerſus romanũ populum: quæ
ri ſenatum iuſſiſſe: & coitiones honoꝝ adipiſcendoꝝ cauſas factas aduerſus rẽp. eſſe: latiorqꝫ & re: & pſo
nis quæſtio fieri: haud abnuente dictatore ſine fine uelle quæſtionis ſuæ ius eẽ. Poſtulabunt ergo nobiles
hoĩes appellantibuſqꝫ tribunos: nemo erat auxilio: qn noĩa reciperent: inde nobilitas nec modo ĩ quos cri
men intendebatur: ſed uniuerſi ſimul negare nobiliũ id crimen eẽ: qbus: ſi nulla obſtetur fraude: pateat uia
ad honorẽ: ſed hominũ nouoꝝ ipſos adeo dictatorẽ magiſtrũqꝫ equitum reos magis: quam quæſtores
idoneos eius criminis eſſe: intellecturoſqꝫ ita id eſſe ſimul magiſtratu abiſſent. Tum. n. uero Menenius iá
famæ magis: quá ĩperii memor ꝓgreſſus in concionẽ ita fecit uerba. Etſi oẽs anteactæ uitæ uos conſcios
habeo quirites: & hic ipſe honos delatus ad me teſtis eſt ĩnocentiæ meæ: neqꝫ. n. quod ſæpe alias qa ita tẽ-
pora poſtulabant reip. q bello clariſſimus eſſet. ſed qui maxime procul ab his concionibus uitam egiſſet:
dictator diligendus exercendis quæſtionibus fuit. Sed qm̃ qdam nobiles hoĩes qua de cauſa uos extimare
quá me pro magiſtratu quicquá incõpertum dicere melius ẽ: primũ ipſas expugnare quæſtiones ope an-
niſi ſunt: deinde poſteaq̃ ad id parũ potentes erant: ne cauſam dicerent: ĩ pſidia aduerſariorum appellatio-
nem & tribunicium auxilium patricii cõfugerunt: poſtremo repulſi inde adeo oĩa tutiora: quá ut ĩnocen-
tiam ſuá purgarent: uiſa in nos irruerunt: & priuatis dictatorẽ poſcere reum uerecũdiæ nõ fuit: ut oẽs dii Quæſtio
hoĩeſqꝫ ſciant: ab illis etiá: quæ non poſſint: tẽptant: ne rationẽ uitæ reddant: ne obuiam ire crimini: & of- de ambitu
ferre me inimicis reum dictatura ab dico. Vos quæſo cõſules: ſi uobis datum ab ſenatu negocium fuerit: ĩ
me primũ: & hunc. M. Follium quæſtiones exerceatis: ut appareat innocentia nr̃a: nos nõ maieſtate hono
ris tutos a criminibus iſtis eſſe. Abdicat ſe ĩde dictatura: & poſt eum cõfeſtim Follius magiſtro eqtum pri
miqꝫ apud conſules iis. n. ab ſenatu mandata res ẽ rei facti: aduerſus nobiliũ teſtimonia egregie abſoluunt.
Publius etiam philo: multiplicatis ſummis honoribus: poſt res tot domi belloqꝫ geſtas cœterum inuiſus
nobilitati dixit cauſam: abſolutuſqꝫ ẽ. nec diutius: ut fit: quam dum recens erat: quæſtio per clara nomĩa
reorum uiguit: inde labi cœpit ad uiliora capita: donec factionibus coitionibuſqꝫ: abuerſus quas cõpara-
ta erat: oppreſſa ẽ. Earum fama rerũ: magis tñ ſpe cãpanæ defectionis: ĩ quá cõiuratum erat: ſamnites ĩ Ap
puliam uerſos rurſus ad Caudium reuocauit: ut ĩde ex propinquo: ſiqui motus occaſionem eriperent. Eo
conſules cum ualido exercitu uenerunt: & prĩo circa ſaltus: cum utrinqꝫ ad hoſtem iniqua uia eſſet: cuncta
ti caſtra mœtatiqꝫ ſunt: deinde ſamnites ꝑ apta loca breui circuitu ĩ loca plana cãpanos cãpos agmẽ dimit-
tunt: ibiqꝫ primũ caſtra in cõſpectu hoſtibus data: deinde leuibus prœliis equitũ ſæpius: quá peditũ utriqꝫ
periculũ factum: nec aut euentus eoꝝ romanum aut moræ: qua trahebát bellũ pœnitebat. Samnitiũ cõtra
ducibus: & carpi quottidie paruis damnis: & ſeneſcere dilatione belli uires ſuæ uidebant: itaqꝫ in aciem ꝓ
cedunt: eqtibus in cornua diuiſis: quibus præceptum erat: intentiores eſſe ad reſpectum caſtroꝝ: ne qua eo
uis fieret: cũ ad prœliũ ſtarent: aciẽ peditũ tutá fore cõſules Sulpicius in dextero Petilius in leuo cornu con
ſiſtunt: dextera pars: qua & ſamnites raris ordinibus aut ad circũeundos hoſtes: aut ne ipſi circũuenirẽtur
conſtiterant: latius patefacta ſtetit: ſiniſtris præterq̃ qđ confertiores ſteterant: repentino conſilio Petilii con
ſulis additæ uires: qui ſubſidiarias cohortes: quæ integræ ad longiores pugnæ caſus reſeruabantur: in pri-
má aciem extẽplo emiſit: uniuerſiſqꝫ hoſtẽ primo ĩpetu uiribus impulit. Cõmota pedeſtri acie ſamnitium
eques in pugná ſuccedit: in hunc tranſuerſo agmine inter duas acies ſe inferentẽ romanus equitatus cõcitat
equos: ſignaqꝫ & ordines peditum atqꝫ eqtum cõfundit: donec uniuerſam ab ea parte auertit aciem. In eo
cornu nõ Petilius ſolus: ſed Sulpicius ẽt hortator affuerat: auectus ab ſuis nõdum cõſerentibus manus ad
clamorem ab ſiniſtra parte prius exortũ. Vnde haud dubiá uictoriam cernẽs: cum ad ſuum cornu tẽderet
cum mille ducentis uiris: diſſimilem ibi fortuná inuenit: romanos loco pulſos uictorẽ hoſtem ſigna ĩ per
culſos inferentẽ: cæterum oĩa mutauit repente conſulis aduentus: nam & conſpectu ducis refectus militũ
eſt animus: & maius: quá ꝓ numero auxiliũ aduenerat mille fortes uiri: & partis alterius uictoria audita:
mox uiſa ẽt prœliũ reſtituit: tota deinde iam uincere acie romanus: & omiſſo certamine cædi capiqꝫ ſam- Maleuen
nites: niſi qui Maleuentum: cui nunc urbi Beneuentum nomen eſt: perfugerunt: ad trigintamillia cæſa aut tũ olim
capta ſamnitium proditũ memoriæ eſt. Cõſules egregia uictoria parta ꝓtinus inde ad Bouianũ oppugná nũc bene-
dum legiones ducunt: ibiqꝫ hyberna egerunt: donec ab nouis cõſulibus. L. Papyrio Curſore. C. Iunio Bu uentũ. L.
bulco: iterum noiatus dictator Claudius Petilius cum. M. Follio magiſtro equitũ exercitũ accepit. Is cum Papyrius
audiſſet arcẽ fregellaná ab ſamnitibus captá: omiſſo Bouiano: ad fregellas pergit: unde nocturna ſamniti- C. Iunius
um fuga ſine certamine receptis fregellis pſidioqꝫ ualido ĩpoſito in Cãpaniam reditũ maxime ad Nolam conſ.
armis repetendam: eo ſe intra mœnia ſub aduentũ dictatoris & ſamnitium oĩs multitudo & nolani agre-
ſtes contulerant. Dictator urbis ſitu circũſpecto: quo aptior aditus ad mœnia eẽt: oĩa ædificia: & frequen
ter ibi habitatur: circũiecta muris incẽdit: nec ita multo poſt ſiue a Petilio dictatore: ſiue ab. C. Iunio con- Pontiæ
ſule: ná utrunqꝫ traditur Nola eſt capta. Qui captæ decus Nolæ ad conſulem trahunt: adiiciunt Atiná: & Sueſſa
Calatiam ab eodem captas: Petiliũ autem peſtilentia orta: claui figendi cauſa dictatorẽ dictũ. Sueſſa & Põ M. Vale-
tiæ eodẽ anno coloniæ deductæ ſunt. Sueſſa auruncoꝝ fuerat: uolſci Pontias ĩſulam ſitam in conſpectu rius. P.
littoris ſui incoluerunt. Ninturna & Caſſinũ: ut deducerentur coloniæ: ſenatuſcõſultum factu eſt: triumui Deci⁹ cõ.
ros creauere: ac miſere colonorũ quattuormillia. Inſequentes cõſules. M. Valerius. P. Decius ꝓfligato fe
re ſamnitium bello: prius quam ea cura decederet patribus romanis ethruſci belli fama exorta eſt: nec erat



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ea tempeſtatẽ gens alia:cuius ſecundum gallicos tumultus arma terribiliora eſſent: tum ꝓpinquitate agri
tum multitudine hominũ:Itaqꝫ altero cõſule in Samnio reliqas belli perſequente.P.Decius:qui⁹ grauiter
æger Romæ reſtiterat:auctore ſenatu dictatorẽ.C.Iunium Bubulcum dixit.Is ꝓut rei magnitudo poſtu-
labat:oẽs iuniores ſacramento adigit:arma quæqꝫ alia res poſcit:ſumma induſtria parat:nec tantis appa-
ratibus elatus de inferendo bello agitat:quieturus aut dubie:niſi ultro arma ethruſci inferrent.Eadem ĩ cõ-
parando cohibendoqꝫ bello conſilia & apud ethruſcos fuere:neutri finibus egreſſi.Et cẽſura clara eo anno.
Via ap- Ap.Claudii:&.C.Plautii fuit:memoriæ tamen felicioris ad poſteros nomen Appii:quod & uiam muni-
pia Aqua uit:& aquam in urbẽ duxit:eaqꝫ unus ꝑfecit:qa ob infamem atqꝫ inuidioſam ſenatus lectionem uerecũ-
claudiam dia uictus collega magiſtratu ſe abdicauerat.Appius iam deinde antiquitus inſitam ꝑtinaciã familiæ gerẽ-
do ſolus cenſurã obtinuit.Eodem Appio auctore poticia gens cuius ad aram maximã Herculis familiare
ſacerdotium fuerat:ſeruos publicos miniſterii delegãdi cã ſolẽnia eius ſacri docuerat. Traditur inde dictu
mirabile:& qđ dimouendis ſtatu ſuo ſacris religionẽ afferre facile poſſet:cũ duodecim familiæ ea tempeſta-
te poticioꝝ eſſent:puberes ad triginta:oẽs intra annum cũ ſtirpe extinctos:nec nomen tm̃ poticioꝝ interiſ-
ſe:ſed cenſorem ẽt Appium memori deum ira poſt aliquot annos luminibus captũ.itaqꝫ conſules: q eum
Potitioꝝ annũ ſecuti ſunt.C.Iunius Bubulcus tert.&.Qu.Aemylius Barbula iterum:initio anni queſti apud po-
ĩterit⁹.C. pulum deformatum ordinẽ praua lectione ſenatus:qua potiores aliquot lectis præteriti eſſent: negauerũt
Iunius eã lectionẽ ſe q̃ ſine recti prauiqꝫ diſcrimĩe ad grãm ac libidinẽ facta eẽt:obſeruaturos:& ſenatũ extẽplo cita-
Qu.Ae uerunt eo ordine:quo ante cenſores.Ap.Claudium:&.C.Plautium fuerat.Et duo imperia eo anno dari
myli⁹ cõ. cœpta ꝑ populũ utraqꝫ pertinentia ad rem militarẽ:unum ut tribuni militum ſenideni in quattuor legio-
Appii nes a populo crearent:quæ antea ꝑ quã paucis ſuffragio populi relictis locis:dictatoꝝ & conſulum ferme
Cæcitas fuerant beneficia:tulere eã rogationem tribuni plebei.L.Attilius:Claudius Martius:alteꝝ ut duũuiros na-
Tibicinũ uales claſſis ordinandæ reficiendæqꝫ cã idem populus iuberet:lator huius plebeſciti fuit.M.Decius tribu-
ſeceſſio nus plebis.Eiuſdẽ anni rem dictu paruã ꝓterirem ni ad religionẽ eſſet uiſa ꝑtinere:tibicines qa prohibiti a
ꝓximis cenſoribus erãt in æde Iouis ueſci:quod traditum antiquitus erat:ægre paſſi Tybur uno agmine
abierunt:adeo ut nemo in urbe eſſet:q ſacrificiis præcineret.Eius rei religio tenuit ſenatum:legatoſqꝫ Ty-
bur miſerunt:ut darent operã:ut hi hoĩes romanis reſtituerent̃.Tyburtini benigne polliciti primũ accitos
eos in curiam hortati ſunt:ut reuerterent̃ Romam:poſteaquam perpelli nequibant:conſilio haud adhor-
rente ab ingeniis hoĩum eos aggrediunt̃ die feſto alii alios per ſpeciem celebrandaꝝ cantu epulaꝝ cã inui-
tant:& uino:cuius auidum ferme genus ẽ:oneratos ſopiunt:atqꝫ in plauſtra ſomno uictos coniiciunt:ac
Romam deportant:nec prius ſenſere:quã palustris ĩ foro relictis plenos crapulæ eos lux oppreſſit. Tunc
cõcurſus populi factus:ĩpetratoqꝫ ut manerent:datum ut triduum quotãnis ornati cum cantu atqꝫ hac q̃
nunc ſolemnis eſt licentia ꝑ urbẽ uagarent̃:reſtitutumqꝫ ĩ æde ueſcendi ius iis:q ſacris præcinerent.Hæc in-
ter duoꝝ igentium belloꝝ curã gerebant̃.Conſules inter ſe ꝓuincias partiti.Iunio ſamnites: Aemylio no-
uum bellum Ethruria ſorte euenit.In Samnio cluuiani ꝓſidium romanũ:quia nequerat ui capi:obſeſſum
fame in deditionẽ acceperant:ſamnites uerberibus fœdum in modũ laceratos occiderãt deditos.Huic iſen-
ſus crudelitati Iunius nihil antiquius oppugnatione cluuiana ratus:quo die aggreſſus ẽ mœnia:ui cœpit:
atqꝫ oẽs puberes interfecit.Inde uictor exercitus Bouianũ ductus caput hoc erat pentroꝝ ſamnitium lõge
ditiſſimũ atqꝫ opulẽtiſſimũ armis uiriſqꝫ.Ibi qa haud tm̃ irarũ erat:ſpe p̄dæ milites accenſi oppido potiũ-
tur:minus itaqꝫ ſægitum in hoſtes eſt:p̄dæ plus pene:quã ex omni Samnio unq̃ egeſtũ benigneqꝫ oĩs mi-
liti cõceſſa:& poſteaq̃ ꝑpotentẽ armis romanũ nec acies ſubſiſtere ullæ:nec caſtra:nec urbes poterãt:oĩum
principum in Samnio eo curæ ſunt intentæ:ut inſidiis quæreretur locus:ſiqua licentia populãdo effuſus
exercitus excipi ac circũueniri poſſet.Tranſfugæ agreſtes:& captiui quidã pars conſilio: pars forte oblati
congruentia ad cõſulem afferẽtes:quæ & uera erant:pecoris uim ingentem ĩ ſaltum auium compulſam eẽ
perpulerunt:ut prædatum eo expeditæ ducerent̃ legiones:ibi ingens hoſtium exercitus itinera occultus in-
ſiderat:& poſteaq̃ intraſſe romanos uidit ſaltum:repente adortus cum clamore ac tumultu inuadit: & pri-
mo noua res trepidationẽ fecit:dũ arma capiunt:ſarcinas congerunt in mediũ:deinde poſteaq̃:ut qſqꝫ libe-
rauerat ſe onere:aptauerat:qꝫ armis:ad ſigna undiqꝫ coibãt:& notis ordinibus in ueteri diſciplina militiæ iã
ſine præcepto ullius ſua ſponte ſtruebatur acies.Cõſul ad ancipitẽ maxime pugnã aduectus deſilit ex quo
& Iouem Martemqꝫ atqꝫ alios teſtatur deos:ſe nullã ſuam gloriam inde:ſed p̄dam militi querentẽ in eum
locum deueniſſe:neqꝫ in ſe aliud:quam nimiam ditandi ex hoſte militis curam repræhendi poſſe: ab eo ſe
dedecore nullam rem aliam:quã uirtutem militum uindicaturam cõniterentur modo uno animo inua-
dere hoſtem uictum acie:caſtris exutum:nudatum urbibus:ultimam ſpem furto inſidiarum temptantẽ:
& loco non armis fretum.Sed quem eſſe iam uirtuti romanæ inexpugnabilem locum fregellana arx ſo-
ranaqꝫ & ubicunqꝫ iniquo ſucceſſum erat loco commemorabatur.His accenſus miles omnium ĩmemor
difficultatũ uadit aduerſus ĩminentẽ hoſtium aciem:ibi palulũ laboris fuit:dum in aduerſum cliuũ eri-
gitur agmen:cæterum poſteaq̃ prima ſigna planiciem ſummam ceperunt:ſenſitqꝫ acies æquo ſe iam inſti-
tiſſe loco:uerſus extemplo eſt terror in inſidiatores:eaſdemqꝫ latebras quibus ſe paulo ante texerant:palati
atqꝫ inermes fuga repetebant:ſed loca difficilia hoſti:quæſita ipſos tum ſua fraude impediebant: itaqꝫ er-
go perpaucis effugium patuit:cæſa ad uigintimillia hominum:uictorqꝫ romanus ad oblatam ab hoſte
XX.Sã- prædam pecorum diſcurrit.Dum hæc geruntur in Samnio:iam omnes Ethruriæ populi præter aretinos
nitium ad arma ierant:ab oppugnando Sutrio:quæ urbs ſocia romanis uelut clauſtra Ethruriæ erat:ingens orſi

bellū: Eo alter cōſul Aemylius cū exercitu ad liberandos obſidiōe ſocios uenit: aduenientibus romanis ſu
trini cōmeatus benigne ī caſtra ante urbem poſita aduexere. Ethruſci diem primū conſultando maturarent
traherent: ne bellum traduxerunt: poſtero die ubi celeriora: quā tutiora cōſilia magis placuere ducibus: ſole
orto: ſignū pugnæ propoſitū ē: armatiq; i aciem procedunt. Quod poſteaq̄ cōſuli nunciatū ē extēplo: teſſe
rā dari iubet: ut prādeat: miles: firmatiſq; cybo uiribus arma capiat: dicto paret conſul: ubi armatos para
toſq; uidit: ſigna extra uallum ꝓferri iuſſit: & haud ꝓcul hoſte īſtruxit aciem. Aliquādiu utrinq; ītenti ſte
terunt expectantes: ut ab aduerſariis clamor & pugna īciperet: & prius ſol meridie ſe īclinauit: quā tælum
hinc aut illinc emiſſum ē: īde ne īfecta re abiretur: clamor ab ethruſcis oritur: cōcinuntq; tubæ: & ſigna īfe
runtur: nec ſegnius romanis pugna initur: cōcurrunt īfenſis aīs: numero hoſtis: uirtute romanus ſuperat:
anceps ꝓlium multos utrinq; & fortiſſimū quēq; abſumit: nec prius īclinata res ē: quā ſecunda acies roma
na ad prima ſigna feſſis ītegri ſucceſſerunt: Ethruſci: qa nullis recentibus ſubſidiis fulta prima acies fuit: an
te ſigna circaq; oēs ceciderunt: nullo unquam prælio fugæ minus: nec plus cædis fuiſſet: ni obſtinatos mo
ri tuſcos nox texiſſet: ita ut uictores priuſq̄ uicti pugnandi finē facerent: poſt occāſum ſolis ſignum recep
tui datū eſt: nocte ab utroq; in caſtra reditum: nec deinde qcq̄ eo anno rei memoria dignæ apud Sutrium

Ethruſci acie uincuntur

geſtum eſt: quia & ex hoſtiū exercitu prima tota acies deleta uno prælio fuerat: ſubſidiariis modo relictis:
uix: qđ ſatis eſſet ad caſtroꝝ ꝓſidium & apud romanos tantū uulneꝝ fuit: ut plures poſt ꝓlium ſaucii de
ceſſerint: quā ceciderant in acie. Q. Fabius inſequentis anni cōſul bellū ad Sutrium excepit: collega Fabio
C. Martius Rutilius datus eſt: cæteꝝ & Fabius ſupplementū ab Roma adduxit: & nouus exercit⁹ domo
accitus ethruſcis uenit. Permulti iam anni erant: cū inter patricios magiſtratus tribunoſq; nulla certamina
fuerant: cū ex ea familia: quæ uelut fatalis cum tribunis ac plebe erat: certamen orit̃. Ap. Claudius cēſor cir

Qu. Fabius. C. Martius conſ.

cūactis decē & octo mēſibus: quod Aemylia lege finitū cenſuræ ſpatium tpis erat: cū. C. Plautius collega
eius magiſtratu ſe abdicaſſet: nulla ui cōpelli: ut abdicaret: potuit. P. Sēpronius erat tribunus plebis: q fini
endæ cenſuræ intra legitimum tp̄s actionem ſuſceperat: nō popularē magis: quā iuſtā: nec in uulgus: quā
optimo cuiq; gratiorē. Is cum idētidem legē Aemyliā recitaret: auctorēq; eius Mamercum Aemyliū dicta
torem laudibus ferret: q qnquēnalē ante cenſurā & longinqtate ptātem dominantē intra ſex menſiū & an
ni coegiſſet ſpatium. Dic agendum: inqt. Ap. Claudi: quid nā facturus fueris: ſi eo tpe: quo. C. M. Furius
& M. Geganius cenſores fuerūt: cenſor fuiſſes? Negare Appius interrogationē tribuni magnope ad cām
pertinere ſuā: nam & ſi tenuerit lex Aemylia eos cenſores: quoꝝ in magiſtratu lata eſſet: quia poſt illos cen
ſores creatos eā legem populus iuſſiſſet: quodq; poſtremū iuſſiſſet: id ius ratumq; eſſet: non tamen aut ſe
aut eoꝝ quēq̄: qui poſt eam legem latam creati cenſores eſſent: teneri ea lege potuiſſe. Hæc ſine ullius aſſen
ſu cauillante Appio: & hic eſt inquit: quirites illius Appii progenies: q decēuir in annum creatus altero an
no ſe ipſe creauit: tertio nec ab ſe: nec ab ullo creatus priuatus faſces & imperium obtinuit: nec ante continu
ando abſtitit magiſtratu: quam obruerent eum male parta: male geſta: male retenta: imperia: hæc eſt eadem
familia quirites: cuius ui atq; iniuriis cōpulſi extorres patria ſacrū montem cepiſtis: hæc aduerſus quā tri

Probra appiæ familiæ

buniciū auxilium uobis comparaſtis: hæc pp quam duo exercitus auentinum inſediſtis: hæc quæ fœne
bres leges: hæc quæ agrarias ſemp impugnauit: hæc cōnubia patrū & plebis interrupit: hæc plebi ad curu
les magiſtratus iter obſepſit: hoc eſt nomen multo: quam Tarquinioꝝ infeſtius ueſtræ liberati. Ita ne tan
dem. Ap. Claudi cū centeſimus iam annus ſit ab Mamerco Aemylio dictatore: tot cēſores fuerint nobiliſſi
mi fortiſſimiq; uiri: nemo eoꝝ duodecim tabulas legit: nemo id ius eſſe: qđ poſtremo populus iuſſiſſet:
ſcit? imo uero oēs ſciuerunt: ideo Aemyliæ potius legi paruerunt quā illi antiquæ: qua primum cenſores
creati erant: quia hāc poſtremum iuſſerat populus: quia ubi duæ cōtrariæ leges ſunt ſemp antiq; abrogat
noua. An hoc dicis Appi nō teneri Aemylia lege populū? an populū teneri te unum extra legē eſſe? Tenuit
Aemylia lex uiolentos illos cenſores. M. Furiū: & M. Geganium: qcqd iſte magiſtratus in repu. maleface
re poſſet: indicarunt: cū ira finitæ poteſtatis Mamercū Aemyliū principem ætatis ſuæ belli domiq; ærariū
fecerunt: tenuit deinceps oēs cēſores intra centū annorū ſpaciū: tenet. C. Plautium collegā tuum iiſdem au
ſpiciis eodem iure creatum. An hunc: nō ut q optimo iure cenſor creatus eēt: populus creauit? tu unus exi
mius es: in quo hoc ꝓcipuum ac ſingulare ualeat? quē tu regem ſacrificiorū crees amplexus regni nomen?
ut qui optimo iure rex Romæ creatus ſit: creatū ſe dicet: quē ſemeſtri dictatura: quē interregno quinq; die
bus contentū fore putes? quē claui figendi aut ludorū cā dictatorem audacter crees? Quam iſti ſtolidos ac
ſecordes uideri creditis eos: qui intra uiceſimū diē ingentibus rebus geſtis dictatura ſe abdicauerunt? aut q
uitio creati abierunt magiſtratu? Quid ego antiqua repetā? nup intra decē annos. C. Menenius dictator:
quia cum qſtiones ſeuerius: quā quibuſdā potentibus tutum erat: exerceret: cōtagio eius: quod quærebat:
ipſi crinis obiecta ab inimicis eſt: ut priuatus obuiam iret crimini: dictatura ſe abdicauit. Nolo ego iſtam
in te modeſtiam: ne degeneraueris a familia imperioſiſſima & ſupbiſſima: non die: non hora citius quā ne
ceſſe eſt: magiſtratu abieris: modo ne excedas finitum tp̄s: ſatis eſt aut diē: aut mēſem cenſuræ adiecere: Tri
ennium: inqt: & ſex menſes ultra: quam licet Aemylia lege cenſuram gerā: & ſolus hoc qdem iam regno ſi
mile ē: an collegam ſubrogabis: quē ne in demortui quidē locū ſubrogari fas eſt? pœnitet. n. qđ antiquiſſi
mum ſolemne & ſolū ab ipſo: cui fit inſtitutum deo: ab nobiliſſimis antiſtibus eius ſacri ad ſeruorū mini
ſterium religioſus cenſor deduxiſti: gens antiqor originibus urbis huius hoſpitio deorū īmortaliū ſancta
pp te ac tuā cenſuram ītra ānum ab ſtirpe extincta eſt: niſi uniuerſam rēpublicā eo nefario obſtrinxeris: qđ
ominari ē reformidat aīus. Vrbs eo luſtro capta eſt: quo demortuo collega. C. Iulio cenſore. L. Papyrius

Curſor ne abiret magiſtratu. M. Corneliũ Maluginenſem collegã ſubrogauit: & quanto modeſtior illius
cupiditas fuit quã tua Appi: nec ſolus: nec ultra finitũ lege tp̃s Lucius Papyrius cenſuram geſſit: tamen ne
minem inuenit: q ſe poſtea auctorẽ ſequeret̃: oẽs deinceps cenſores poſt mortem collegæ ſe magiſtratu ab
dicarunt. Te nec q̃d dies exit cenſuræ: nec q̃d collega magiſtratu abiit: nec lex nec pudor coerceret: uirtutem
in ſuperbia audaciã in cõtemptu deoꝝ hominũq; ponis. Ego te. Ap. Claudi ꝓ iſtius magiſtratus maieſta
te ac uerecundia: quẽ geſſiſti: nõ modo manu uiolatũ: ſed ne uerbo quidẽ inclæmentiori a me appellatum
Vide ne uellẽ: ſed & hæc: quæ adhuc egi: peruicatia tua & ſupbia coegit me loqui: & niſi Aemyliæ legi parueris in
cõſ. cerint uincula duci iubebo: neq; cum ita cõparatum a maioribus ſit ut comitiis cẽſoriis: niſi duo confierint legiti
ſit potius ma ſuffragia nõ renunciato altero: comitia differant̃: ego te qui ſolus cẽſor creari nõ poſſis ſolum cenſurã
legendũ gerere non patiar. Hæc taliaq; cũ dixiſſet: præhendi cẽſorẽ: & in uincula duci iuſſit. Approbantibus ſex tri
bunis actionẽ collegæ: tres appellati Appio auxilio fuerunt: ſũmaq; inuidia oĩum ordinũ ſolus cenſuram
geſſit. Dum ea Romæ gerunt̃: iã Sutriũ ab ethruſcis obſidebat̃: cõſuliq; Fabio imis montibus ducenti ad
ferendam opem ſociis: teptandaſq; munitiones: ſi qua poſſet: acies hoſtiũ inſtructa occurrit: quoꝝ ingen
tem multitudinẽ cũ oſtenderet ſubiecta late planicies: cõſul ut loco paucitatẽ ſuoꝝ adiuuaret: flectit paulu
lum in cliuos agmen. Aſpreta erant ſtrata ſaxis: inde ſigna in hoſtem obuertit. Ethruſci oĩum præterq̃ mul
Fundunt̃ titudinis ſuæ: qua ſola freti erant, immemores præliũ ineunt adeo raptim & auide: ut abiectis miſſilib9: quo
ethruſci celerius manus cõſererent: ſtringerent gladios uadentes in hoſtem. Romanus contra nunc tæla nunc ſaxa:
quibus eos affatim locus ipſe armabat: ingerere: igit̃ ſcuta galeæq; icta cum ẽt: quos nõ uulnerauerãt: tur
barent: neq; ſubire erat facile ad propiorẽ pugnã: neq; miſſilia habebant: quibus eminus rem gererent: ſtã
tes & expoſitos ad ictus: cũ iam ſatis nihil tegeret: quoſdã ẽt pedẽ referentes fluctuanteſq;: & inſtabilẽ aciẽ
redintegrato clamore ſtrictis gladiis haſtati & principes inuadunt: eũ impetũ nõ tulerunt: ethruſci uerſiſq;
ſignis fuga effuſa caſtra repetunt. Sed eqtes romani præuecti per obliqua cãpi cũ ſe fugiẽtibus obtuliſſent:
omiſſo ad caſtra itinere: mõtes petunt: inde inermi pene agmine ac uexato uulneribus in ſiluam Ciminiã
penetrãt. Romanus multis millibus ethruſcoꝝ cæſis: duodequadraginta ſignis militaribus captis caſtris
ẽt hoſtium cũ præda ingenti potitur. Tum de pſequendo hoſte agitari cœptum. Silua erat Ciminia magis
Silua ci tum inuia atq; horrenda: quã nuper fuere germanici ſaltus: nulli ad eã diẽ ne mercatoꝝ qdem adita: eam
minia q̃ intrare haud fere quiſquam præter ducẽ ipſum audebat: aliis omnibus cladis caudinæ nõdum memoria
hodie uici aboleuerat: tum ex iis q aderant, conſulis fratrem. M. Fabium Ceſonẽ: alii. C. Claudiũ qdam matre eadẽ:
bcui iacu qua conſulem genitum tradunt: ſpeculatum ſe iturum profeſſum breuiq; oĩa certa allatuꝝ. Cære educatus
bat apud hoſpites ethruſcis litteris eruditus erat: linguamq; ethruſcam ꝓpe nouerat. Habeo auctores uulgo tũ
romanos pueros ſicut nunc græcis ita ethruſcis litteris erudiri ſolitos: ſed ꝓpius eſt uero pcipuũ aliqd fuiſ
ſe in eo: q ſe tam audaci ſimulatione hoſtibus immiſcuerit: ſeruus ei dicit̃ comes unus fuiſſe nutrit9 una: eo
q; haud ignarus linguæ eiuſdẽ: nec qcq̃ aliud ꝓficiſcentes: quã ſũmatim regionis: quæ intranda erat natu
ram: ac noĩa principũ in populis accepere: ne qua inter colloq insigni nota hæſitãtes depræhendi poſſent:
iere paſtorali habitu agreſtibus tælis geſſiſq; binis armati. Sed neq; cõmerciũ linguæ: nec ueſtis armorum
ue habitus ſic eos texit: quã q̃d abhorrebat a fide queq̃ externũ Ciminios ſaltus itratuꝝ. Vſq; ad camertes
umbros penetraſſe dicunt̃: ibi q eſſent fateri romanũ auſum itroductũq; in ſenatũ conſulis uerbis egiſſe de
ſocietate amicitiaq;: atq; inde comi hoſpitio acceptũ: nunciare romanis iuſſum cõmeatũ exercitui dierum.
xxx. præſto fore: ſi ea loca itraſſet: iuuentatẽq; camertiũ umbroꝝ i armis paratã imperio futurã. Hæc cum
relata cõſuli eẽnt: impedimentis prima uigilia præmiſſis legionibus poſt ipedimenta ire iuſſit: ipſe ſubſti
tit cũ equitatu: & luce orta poſtero die obequitauit ſtationibus hoſtiũ quæ extra ſaltũ diſpoſitæ erãt: & cũ
ſatis diu tenuiſſet hoſtẽ in caſtra ſeſe recepit: portaq; altera egreſſus ante noctem agmen aſſequitur: poſtero
cimi nia die luce prima iuga Ciminii montis tenebat: inde contemplatus opulẽta Ethruriæ arua milites emittit. In
ſilua a ro. genti iam abacta præda tumultuariæ agreſtium ethruſcorum cohortes repente a principibus eius regiõis
ſuperatur concitatæ romanis occurrunt adeo incompoſitæ: ut uindices prædarum prope ipſi prædæ fuerint. Cæſis
fugatiſq; iis late depopulato agro uictor romanus opulentuſq; reꝝ oĩum copia in caſtra rediit. Eo forte.
v. legati cum duobus tribunis plebis uenerant denunciatũ Fabio ſenatus uerbis ne ſaltum ciminium tran
ſiret: lætati ſerius ſe quã ut impedire bellum poſſent ueniſſe: nuncii uictoriæ Romam reuertuntur. Hac ex
peditione conſulis motum latius erat: quã ꝓfligatũ bellum: uaſtationẽ nãq; ſub Ciminii mõtis radicibus
iacens ora ſenſerat: concitauerat q; indignatione nõ Ethruriæ modo populos: ſed Vmbriæ finitima: itaq;
quantus nunq̃ antea exercitus ad Sutriũ uenit: neq; e ſiluis tantũmodo promota caſtra: ſed etiam auiditate
dimicandi q̃primũ in campos delata acies: deinde inſtructa: prio ſuo ſtare loco relicto hoſtium ad inſtruẽ
dum cõtra ſpatio: deinde poſteaq̃ detractare hoſtem ſenſere pugnã: ad uallũ ſubeunt: ubi poſteaq̃ ſtationes
quoq; receptas intra munimenta ſenſere: clamor repente circa duces ortus: ut eo ſibi e caſtris cybaria ei9 diei
deferri iuberent: manſuros ſe ſub armis: & aut nocte: aut certe luce prima caſtra hoſtium inuaſuros.

Nihilo quietior romanus exercitus imperio ducis continetur: decima erat fere diei hora: cum cybũ ca
pere conſul milites iubet: præcipit: ut in armis ſint: quacunq; diei noctiſue hora ſignum dederit: paucis mi
lites alloquitur: ſamnitium bellum extollit: & leuat ethruſcos: nec hoſtem hoſti: nec multitudinem multi
tudini ait comparandam eſſe: præterea tælum aliud occultum ſcituros in tempore: interea taceri opus eẽ.
His ambagibus prodi ſimulabat hoſtes: quo animus militum multitudine territus reſtitueret̃ur: & quod
ſine munimento conſiſterant: ueriſimilius erat: quod ſimulabatur. Curati cybo: corpora: quieti dant: &

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quarta fer: uigilia ſine tumultu excitati arma capiunt: dolabræ calonibus diuiduntur ad uallum proruē-
dum foſſaſqꝫ implendas: intra munimenta inſtruit̃ acies: delectæ cohortes ad portaꝝ exitus collocant̃: da
to deinde ſigno paulo ante lucem: quod æſtiuis noctibus ſopitæ maxime quietis tempus eſt: ꝓruto uallo
erupit acies: ſtratos paſſim inuadit hoſtes: alios ĩmobiles: alios ſemiſõnes ĩ cubilibus ſuis: maximá ptē ad
arma trepidantes cædes oppreſſit: paucis armandi ſe datum ſpatiũ ē: eos ipſos non ſignum certum: nõ du-
cē ſequentes fundit romanus: fugatoſqꝫ perſequit̃ ad caſtra: ad ſiluas diuerſi tendebát: ſiluæ tutius dedere
refugiũ: ná caſtra in campis ſita eodē die capiunt̃ aurũ argentumqꝫ iuſſum referri ad conſulem: cætera pꝺa
militis fuit: cæſa aut capta eo die hoſtium millia ad ſexaginta. Eam tam clará pugnam trans Ciminiam ſil
uam ad Peruſiá pugnatam qdam auctores ſunt: metuqꝫ in magno ciuitatē fuiſſe ne intercluſus exercit⁹ tá
infeſto ſaltu coortis undiqꝫ tuſcis umbriſqꝫ opprimeret̃: ſed ubicunqꝫ pugnatum eſt: res romana ſuperior
fuit: itaqꝫ a Peruſia & Crotone & Arretio: quæ ferme capita Ethruriæ populoꝝ ea tempeſtate erant: legati
pacem fœduſqꝫ ab romanis petentes inducias in triginta annos impetrauerunt. Dum hæc in Ethruria ge-
runtur: conſul alter. C. Martius Rutilius Alifas de ſamnitibus ui cepit: multa alia caſtella uiciqꝫ: aut delera
hoſtiliter: aut integra in poteſtatem uenere: Per idem tempus & claſſis romana a. P. Cornelio: quē ſenatus
maritimæ oræ præfecerat: in Cápaniam acta: cum appulſa Pompeios eſſet: ſocii inde nauales ad populan-
dú agrum nucerinum ꝓfecti ꝓximis raptim uaſtatis unde reditus tutus ad naues eēt: dulcedine ut fit pꝺæ
longius progreſſi exciuere hoſtes: palatis p agros nemo obuius fuit: cum occidione occidi poſſent: redeũ-
tes agmine incauto haud procul nauibus aſſecuti agreſtes exuerunt pꝺa: partē ēt occiderunt: quæ ſuperfuit
cædi: trepida multitudo ad naues cõpulſa eſt. Profectio. Qu. Fabii trans Ciminiam ſiluá quantũ Romæ
terrorem fecerat: tá lætam famá in Samnium ad hoſtes tulerat: intercluſum romanũ exercitum obſideri:
cladiſqꝫ imaginem furcas caudinas memorabát: eadē temeritate auidá ulterioꝝ ſemper gentem ſaltus inuio
deductá: ſeptam nõ hoſtium magis armis: quam locoꝝ iniquitatibus eſſe. Iam gaudium inuidia quadá
miſcebat̃: quod belli romani decus ab ſamnitibus fortuna ad ethruſcos auertiſſet: itaqꝫ armis uiriſqꝫ ad ob
terendum. C. Martium cõſulem concurrũt: protinus inde Ethruriam p marſos ac ſabinos petituri: ſi Mar
tius dimicandi ptãtem nõ faciat: obuius iis conſul fuit: dimicatũ pliũ utrinqꝫ atroci atqꝫ incerto euentu eſt:
& cũ anceps cædes fuiſſet: aduerſæ tñ rei fama in romanos uertit: ob amiſſos quoſdá equeſtris ordinis tri-
bunoſqꝫ militũ atqꝫ unum legatũ: & qꝺ inſigne maxime fuit cõſulis ipſius uulnus. Ob hæc ēt aucta fama
& ut ſolet: ingens terror patres inuaſit: dictatoremqꝫ dici placebat: nec quin Curſor Papyrius diceretur: in
quo tum ſumma rei bellicæ ponebatur: dubium cuiq̃ erat: ſed nec in Samnium nũcium pferri oĩbus infe
ſtis tuto poſſe: nec uiuere Martium cõſulē ſatis fidebant. Alter cõſul Fabius ĩfeſtus priuatim Papyrio erat:
quæ ne ira obſtaret bono publico legatos ex cõſulariũ numero mittendos ad eum ſenatus cenſuit: qui ſua
quoqꝫ eum nõ publica ſolum auctoritate mouerent: ut memoriam ſimultatum patriæ remitteret. Profecti
legati ad Fabium conſulem cum ſenatuſconſultum tradidiſſent: adieciſſentqꝫ orationem conuenientem má
datis: conſul demiſſis in terram oculis tacitus ab incertis: quid nam eſſet acturus: legatis receſſit: nocte de-
inde ſilentio: ut mos eſt. L. Papyrium dictatorem dixit: cui cum ob animum egregie uictum legati gratias
agerent: obſtinatum ſilentiũ obtinuit: ac ſine reſponſo ac mētione facta ſui legatos dimiſit: ut appareret inſi
gnem dolorē ingenti cõprimi animo. Papyrius. D. Iunium Bubulcũ magiſtrum eqtum dixit: atqꝫ ei legē
curatam de imperio ferenti triſte omen diem diffudit: qꝺ ſaucia curia fuit: principium duabus inſignibus
cladibus: captæ urbis: & caudinæ pacis: qꝺ utroqꝫ anno eiuſdē curiæ fuerat principium. Macer Licini⁹ ter-
tia etiam clade: quæ ad cremerá accepta eſt: abominandam eá curiá facit. Dictator poſtero die auſpiciis re
petitis pertulit legem: & profectus cũ legionibus ad terrorē traducti ſiluam Ciminiam exercitus nuper ſcri
pti: ad Longulam peruenit: acceptiſqꝫ a Martio conſule ueteribus militibus in aciem copias eduxit: nec ho
ſtes detractare niſi pugnam: inſtructos deinde armatoſqꝫ: cũ ab neutris ꝑlium inciperetur: nox oppreſſit.
Quieti aliq̃diu nec ſuis diffidētes uiribus: nec hoſtem ſpernentes ſtatiua in propinquo habuere. Nam &
cum umbroꝝ acie depugnatum eſt: fuſi tamē magis: quam cæſi hoſtes: quia cœptá acriter non tolerarunt
pugnam: & ad Vadimonis lacum ethruſci lege ſacrata: coacto exercitu: cũ uir uirum legiſſet: q̃tis nunquá
alias ante ſimul copiis: ſimul animis dimicarunt. tantoqꝫ irarum certamine geſta res eſt: ut ab neutra par-
te emiſſa ſint tæla: gladiis pugna cepit: & accerrime cõmiſſa ipſo certamine: quod aliq̃diu anceps fuit: accē
ſa eſt: ut non cum Ethruſcis totiens uictis: ſed cum aliqua noua gente uideret̃ dimicatio eſſe nihil ab ulla
parte mouetur fugæ cadunt anteſignani: & ne nudentur pugnatoribus ſigna: fit ex ſecũda prima acies: ab
ultimis deinde ſubſidiis cietur miles: adeoqꝫ ad ultimum laboris ac periculi uentum eſt: ut equites roma-
ni omiſſis equis ad proximos peditum per arma: per corpora euaſerint: ea uelut noua inter feſſos exorta
acies turbauit ſigna Ethruſcorum: ſecuta deinde impetum eorum: utcunqꝫ affecta fuerat: cætera multitu-
do tandem perrumpit ordines hoſtium. Tunc uinci ptinacia cœpta: & auerti manipuli quidam: & ut ſe-
mel dedere terga ēt certiorem capeſſere fugam. Ille primum dies fortuna ueteri abũdantes Ethruſcorũ fre-
git opes: cæſum ĩ acie qꝺ roboris fuit: caſtra eo ĩpetu capta direptaqꝫ. Pari ſubinde piculi gloriæqꝫ euentu
bellum ĩ ſamnitibus erat: q pter cæteros belli apparatus: ut acies ſua fulgeret nouis armoꝝ inſignibus: fece
runt: duo exercitus erant: ſcuta alterius auro: alterius argento celauerunt. Forma erat ſcuti ſummũ latius: q̃
pectus atqꝫ humeri tegunt̃ faſtigio æquali ad imum cuneatior nobilitatis cá: ſpõgia pectori tegumentũ. &
ſiniſtrũ crus ocrea tectũ: galeatæ criſtæ: quæ ſpeciem magnitudini corporum adderēt: tunicæ auratis mili
tibus uerſicolores argentatis linteæ cádidæ: his dexteꝝ cornu datũ: illi ĩ ſiniſtro conſiſtũt. Notus iá roma-

Ad Sutrium cedũt ethruſci

LX. hoſtiũ millia cæſa

Atſ. ſamnitiũ motus

Noctu dictator dicebat̃

Ad uadimõis lacũ ab hoſtes ethruſci uincunt̃

nis apparatus inſignium armoꝝ fuerat:doctiq; a ducibus erant horridũ militem eſſe debere:non cęlatum
auro argẽtoq;:ſed ferro & animis fretum:qppe illa pdam uerius:quam arma eſſe:nitẽtia ante rẽ: de for-
ma īter ſanguinẽ & uulnera:uirtutẽ eſſe militis decus:& oĩa illa uictoriã ſequi:& ditẽ hoſtẽ q̃uis pau-
peris uictoris præmiũ eſſe. His Curſor uocibus inſtinctos milites in pliũ ducit:dextero ipſe cornu cõſiſtit
ſiniſtro pfecit magiſtrũ equitũ. Simul eſt cõcurſum:ingens fuit cũ hoſte certamẽ:nõ ſegnius inter dictato-
rẽ & magiſtrũ eqtum ab utra parte uictoria īciperet. Prior forte Iunius cõmouit hoſtem leuo dexterũ cor-
nu:ſacratos more ſamnitiũ milites eoq; candida ueſte & paribus cãdore armis inſignes eo ſe horco macta-
re Iunius dictãs:cũ intuliſſet ſigna:turbauit ordines:& haud dubie impulit aciẽ. Quod ubi ſenſit dicta-
tor:ab leuo ne cornu uictoria īcipiet:inquit:& dexterũ cornu dictatoris acies alienã pugnã ſequẽtur:non
partẽ maximã uictoriæ trahet:cõcitat milites. Nec peditũ uirtuti equites:aut legatoꝝ ſtudia ducibus ce-
Sãnitium dunt. M. Valerius a dextero. P. Decius a leuo cornu ambo cõſulares ad equites in cornibus poſitos uehũ-
ſtrages tur:adortatiq; eos ut partẽ ſecũ capeſſerent decoris:ĩ tranſuerſa latera hoſtiũ incurrũt:is nouus terror addit
cũ ex utraq; parte circunuaſiſſet aciẽ:& ad terrorẽ hoſtiũ legiones romanæ redintegrato clamore intuliſſẽt
gradũ:tũ fuga ab ſamnitibus cœpta. Iam ſtrage hoĩum armorũq; inſigniũ cãpi repleri:ac primo pauidos
ſamnites caſtra ſua accepere deinde ne ea quidẽ retẽta:captis direptiſq; ante noctẽ iniectus ignis:Dictator
ex ſenatuſconſulto triũphauit:cuius triũpho lõge maximã ſpeciẽ captiua arma pbuere:tantũ magnificen-
tiæ uiſum in iis:ut aurata ſcuta dominis argentarioꝝ ad forũ ornãdũ diuiderent:inde natũ initiũ dr̃ fori
ornandi ab ædilibus:cũ thenſæ ducerent. Et romani quidem ad honorẽ deum inſignibus armis hoſtium
Initium uſi ſunt. Campani ab ſuperbia & odio ſamnitium gladiatores:qd ſpectaculum īter epulas erat:eo ornatu
ornandi armarunt:ſamnitiũq; nomine appellarũt. eodẽ ãno cũ reliquis ethruſcoꝝ ad Peruſiam:quæ ipſa inducia-
fori rum fidem ruperat Fabius conſul nec dubia:nec difficili uictoria dimicat. Ipſum oppidum nam ad mœ-
nia uictor acceſſit:cepiſſet. ni legati dedentes urbẽ exiſſent. Præſidio Peruſiæ impoſito:legationibus ethru-
riæ amicitiã petentibus:præ ſe Romam ad ſenatum miſſis:conſul præſtantiore etiam quam dictator ui-
ctoria triumphans urbem ẽ inuectus. Quin etiam deuictoꝝ ſamnitium decus magna ex parte ad legatos
P. Decium:&. M. Valerium ẽ uerſum:quos populus proximis comitiis ingenti conſenſu conſulem alte-
P. Decius rum:alterum prætorem declarauit. Fabio ob egregie pdomitã ethruriam continuatur conſulatus: Decio
Q. Fabi collega datur Valerius ptor quartũ creatus. Cõſules partiti puincias ethruria Decio Samnium Fabio eue-
us conſ. nit:profectus ad Nuceriam aliſates iã tum pacem petentes:qd uti ea cũ daretur:noluiſſent:aſpernatus op-
pugnando ſubegit. Cum ſamnitibus acie dimicatũ:haud magno certamine hoſtes uicti:neq; eius pugnæ
memoria tradita foret:ni marſi eo primũ prælio cum romanis bellaſſent:ſecuti marſorũ defectionem peli-
gni eandẽ fortunam habuerunt. Decio quoq; alteri conſuli ſecunda belli fortuna erat: tarqnienſem metu
ſubegerat frumentum exercitui præbere:atq; inducias ĩ. xl. annos petere:uolſinienſium caſtella aliquot ui
cæpit:quædam ex iis diruit:ne receptaculo hoſtibus eſſent:circũferendoq; paſſim bello tantum terrorem
ſui fecit:ut nomen oẽ ethruſcum fœdus a cõſule peteret:ac de eo qdẽ nihil īpetratum:īduciæ annuæ datæ
ſtipendium exercitui romano ab hoſte ĩ eũ annũ penſum:& binæ tunicæ in militẽ exactæ:ea merces indu-
ciarum fuit. Tranquillas res iam ethruſcis turbauit repentina defectio umbroꝝ gentis integræ a cladibus
belli:niſi quod tranſitum exercitus ager ſenſerat. Ii concitata omni iuuẽtute ſua & magna parte ethruſco-
rum ad rebellionem cõpulſa tãtum exercitũ fecerãt:ut relicto poſt ſe in ethruria Decio ad oppugnandum
inde Romam ituros magnifice de ſe ac cõtemptum de romanis loquẽtes iactarẽt. Quod īcœptum eoꝝ
ubi ad Decium conſulem perlatum eſt:ad urbem ex ethruria magnis itineribus pergit in agro pipinienſi
ad famam intentus hoſtium cõſedit. Nec Romæ ſpernebatur umbroꝝ bellum:& ipſæ minæ metum fe-
cerant expertis a gallica clade:quã in tutam urbem incolerent. Itaq; legati ad fabium cõſulẽ miſſi ſunt: ut
Meuania ſi quid laxamenti a bello ſamnitio eſſet:ĩ Vmbriam ppere exercitũ duceret. Dicto paruit conſul: magniſ-
que itineribus ad Meuaniam:ubi tum copiæ umbroꝝ erant perrexit. Repens aduentus conſulis:quẽ p-
cul Vmbria in Samnio bello alio occupatum crediderant:ita exterruit umbros:ut alii recedendum ad ur-
bes munitas:quidam bellum omittendum cenſerent. Plaga una:Materinã ipſi appellant:nõ cõtinuit mo-
do cæteros in armis:ſed cõfeſtim ad certamẽ egit:caſtra uallantem Fabiũ adorti ſunt. Quos ubi effuſos
ruere in munimenta conſul uidit:reuocatos milites ab opere:put loci natura tempuſq; patiebatur:ita in-
ſtruxit:cohortatuſq; prædicatione uera:qua in tuſcis:qua in Samnio partoꝝ decoꝝ exiguam appendi-
cem ethruſci belli conficere iubet:& uocis impiæ pœnas expetere: qua ſe urbem romanam oppugnatu-
ros minati ſunt: Hæc tanta ſunt alacritate militum audita:ut clamor ſua ſponte ortus loquentem inter-
Att. tur- pellauerit ducem:ante imperiũ deinde concẽtu tubarum a cornuum curſu effuſo in hoſtem ferunt:non
pem um- tanq̃ in uiro aut armatos incurrunt. mirabilia dictu ſigna primo eripi cœpta ſigniferis:deinde ipſi ſigni-
brorum feri trahi ad conſulem:armatiq; milites ex acie ĩ aciem transferri:& ſicubi eſt certamẽ:ſcutis magis quam
deditionẽ gladiis geritur res & umbonibus:incuſſaq; ala ſternunt hoſtes:plus capitur hominum:quã cæditur:atq;
Ap. Clau una uox ponere arma iubentium per totam fertur aciẽ. Itaq; inter ipſum certamen facta deditio eſt a pri-
dius. L. mis auctoribus belli:poſtero inſequentibuſq; diebus & cæteri umbroꝝ populi dedũtur:oriculani ſpon-
Volũnius ſione in amicitiam accepti. Fabius alienæ ſortis uictor belli in ſuam prouinciam exercitum reduxit:itaq;
conſ. ei ob res tam feliciter geſtas ſicut priore anno populus continuauerat cõſulatum:ita ſenatus in inſequen-
tem annum:quo Ap. Claudius. L. Volumnius conſules fuerunt:prorogauit maxime Appio aduerſan-
te imperium. Appiũ cenſorẽ petiſſe cõſulatum:comitiaq; eius ab. L. furio tribuno plebis interpolata:do-

nec ſe cenſura abdicauit:in qbuſdã annalibus inuenio:creatus cõſul cũ collegæ nouum bellum ſalẽtini ho
ſtes decernerent Romæ manſit:ut urbanis artibus opes augeret:quãdo belli decus penes alios eẽt. Volu-
minium ꝓuinciæ:haud penituit:multa ſecunda ꝑlia fecit:aliquot urbes hoſtiũ ui cepit. Prædæ erat largi-
tor & benignitatẽ ꝑ ſe gratã comitate adiuuabat:militẽq; iis artibus fecerat & periculi & laboris auidum.
Quintus Fabius ꝓcõſul ad urbẽ Aliſas cũ ſamnitium exercitu ſignis collatis confligit:minime ambigua
res fuit:fuſi hoſtes atq; in caſtra cõpulſi:nec caſtra forent retẽta:ni exiguũ ſupfuiſſet diei:ante noctem tamẽ
ſunt circũſeſſa & nocte cuſtodita:neq; labi poſſet:poſtero die uix dũ luce certa deditio fieri cœpta:& pacti
q ſamnitium forẽt:ut cũ ſingulis ueſtimentis emitterent:ii oẽs ſub iugũ miſſi:ſociis ſamnitium nihil cau
tum:ad quattuormilia ſub corona uenere:q ſe ciuẽ hernicũ dixerat:ſeorſum in cuſtodia habitus eos oẽs P. Corne
Fabius Romã ad ſenatũ miſit:& cũ q̃ſitũ eſſet:delectu an uoluntarii pro ſamnitibus aduerſus Romanos lius.Qu.
bellaſſent:ꝑ latinos populos cuſtodiendi dant iuſſiq; eã in egram rem noui cõſules.P.Coruelins Aruina Martius
Qu.Martius Tremulus:ii.n.iã creati erant ad ſenatũ referre. Id ægre paſſi hernici cõciliũ populoꝝ oĩum conſ.
habentibus anagninis in circo:quẽ maritimũ uocant:ꝑter alatrinatẽ ferẽtinatẽq; & uerulanũ oẽs hernici
noĩs po.ro.bellũ induxerũt. In Sãnio quoq;:qa deceſſerat inde Fabius:noui motus exorti. Calatia & So
ra ꝑſidiaq;:q in iis romana erãt:expugnata:& in captiuoꝝ corpora militũ fœde ſæuitũ. Itaq; eo.P. Cor-
nelius cũ exercitu miſſus:Martio noui hoſtes:iam.n.anagninis hernicisq; aliis bellũ iuſſum erat:decernũ
tur. Primo ita oĩa opportuna loca hoſtes inter cõſulum caſtra interceperunt:ut ꝑuadere expeditus nuncius
nõ poſſet:ꝑq; aliquot dies incerti reꝝ oĩum ſuſpenſiq; de ſtatu alterius uterq; cõſul ageret. Romamq; is
metus manaret:adeo ut oẽs iuniores ſacramento adigerent:atq; ad ſubita reꝝ duo iſti ſcriberent exercitꝰ.
Cæteꝝ hernicum bellum nequaq̃ ꝓ præſenti terrore ac uetuſtate geſtis gloriæ fuit:nihil uſquam dictu di
gnum auſi:trinis caſtris intra paucos dies exuti triginta dieꝝ inducias:ita ut ad ſenatum Romam legatos Trinis ca
mitterẽt:pacti ſunt:bimeſtri ſtipẽdio frumẽtoq; & ſingulis in militẽ tunicis. Ab ſenatu ad Martium reie- ſtris exuũ
cti ſenatuſconſulto ꝑmiſſum de hernicis erat:iſq; gentẽ in deditionẽ accepit. Et in Sãnio alter cõſul ſupior tur herni-
uiribus locis ĩpeditior erat:oĩa itinera obſeperant hoſtes:ſaltuſq; ꝑuios ceperant ne qua ſubuehi cõmeatus ci
poſſent:neq; eos cum quottidie ſigna in aciem conſul ꝓferret:elicere ad certamẽ poterat:ſatiſq; apparebat
neq; ſamnitem certamen ꝑſens:nec romanum dilationẽ belli laturꝝ. Aduẽtus Martii:qui hernicis ſubactis
maturauit collegæ uenire auxilio:morã certaminis hoſti exemit:nã ut qui alteri qdem exercitui ſe ad certa
men credidiſſent pares:cõiungi utiq; paſſi duos conſulares exercitus nihil crederent ſupeſſe ſpei:aduenien-
tem incõpoſito agmine Martiũ aggrediunt. Raptim collatæ ſarcinæ in mediũ:& prout tẽps patiebat:in-
ſtructa acies:clamor primũ in ſtatiua ꝑlatus:deinde cõſpectus puluis tumultũ apud alteꝝ cõſulem in ca-
ſtris fecit:iiſq; cõfeſtim arma capere iuſſis raptimq; eductis inuicẽ militibus:tranſuerſam hoſtiũ atq; alio cer
tamine occupatã inuadit:clamitans ſũmum flagitiũ fore:ſi alteꝝ exercitum utriuſq; uictoriæ cõpotẽ ſine-
rent fieri:nec ad ſe ſui belli uindicarent decus:qua impetũ dederat:perrũpit:aciẽq; per mediã in caſtra ho-
ſtium tẽdit:& uacua defenſoribus capit:atq; incendit. Quæ ubi flagrantia martianus miles cõſpexit:& ho
ſtes reſpexere:tum paſſim fuga cœpta ſamnitiũ fieri:ſed oĩa obtinet cædes:nec in ullã partem tutũ perfugi-
um eſt. Iam.xxx.milibus hoſtium cæſis ſignũ receptui conſules dederant:colligebantq; in unũ copias ſui
cẽ inter ſe gratantes:cũ repente uiſæ procul hoſtium nouæ cohortes q in ſupplementũ ſcriptæ fuerant: inte xxx.mi-
grauere cædem:in quas nec iuſſu cõſulũ:nec ſigno accepto uictores uadunt:malo tyrocinio imbuendum lia Sãniti
ſamnitem clamitãtes. Indulgent cõſules legionũ ardori:ut qui probe ſcirent nouũ militem hoſtium inter um cæſa
perculſos fuga ueteranos ne tentãdo quidem ſatis certamine fore:nec eos opinio fefellit:oẽs ſamnitium co
piæ ueteres nouæq; mõtes proximos fuga capiunt:eo & romana erigitur acies:nec quicq̃ ſatis tuti loci ui
ctis eſt:& de iugis quæ ceperant:funduntur:iamq; una uoce oẽs pacem petebãt. Tum trium menſium fru-
mento imperato:& annuo ſtipendio:ac ſingulis in militẽ tunicis:ad ſenatum pacis oratores miſſi. Corne
lius in Samnio relictus. Martius de hernicis triumphans in urbẽ rediit:ſtatuaq; equeſtris in foro decreta ẽ Martiiꝰ
quæ ante templũ Caſtoris poſita eſt. Hernicoꝝ tribus populis alatrinati uerulano ferentinati:quia malue ſtatua ãte
runt quam ciuitatem:ſuæ leges redditæ cõnubiumq; inter ipſos:quod aliquãdiu ſoli hernicorum habue- templum
runt:permiſſum:anagninis quiq; arma romanis intulerant:ciuitas ſine ſuffragii latione data cõſilia connu Caſtoris
biaq; adempta:& magiſtratibus præterq̃ ſacrorum curatione interdictum. Eodem anno ædes Salutis a Ciuitas
C.Iunio Bubulco cenſore locata eſt:quã cõſul bello ſamnitiũ uouerat:ab eodem collegaq; eius. M. Vale- anagna-
rio Maximo uiæ per agros publica impenſa factæ:& cum carthaginenſibus eodẽ anno fœdus tertium re nis ſine
nouatum:legatiſq; eorum:qui ad id uenerãt:comiter munera miſſa. Dictatorem idem annus habuit. P. ſuffragii
Corneliũ Scipionem cum magiſtro equitũ.P.Decio Mure:ab iis:propter quæ creati erant:comitia con- latiõe late
ſularia habita:qa neuter conſulũ potuerãt bello abeſſe:creati cõſules.L.Poſthumius.T.Minutius:hos cõ data.L.
ſules Piſo.Qu.Fabio &.P.Decio ſuggerit:biennio exemplo:quo Claudiũ Volumniumq; & Corneliũ Poſthũi-
cum Martio conſules factos tradidimus:memoriæ ne fugerit in annalibus digerendis:an conſulto binos us.T.mi
conſules falſos ratus tranſcenderit:incertum eſt. Eodem anno in campum ſtellatem agri campani ſamniti nutiꝰ cõ.
um in curſiones factæ:itaq; ambo conſules in Samnium miſſi cum diuerſas regiones Tifernum Poſthu
mius:Bouianũ Minutius petiſſent:Poſthumii prius ductu ad Tifernũ pugnatum alii haud dubie ſamni
tes uictos:ac trigintamilia inde hoĩum capta tradunt:alii marte æquo diſceſſum & Poſthumium metũ
ſimulantem nocturno itinere clam in montes copias adduxiſſe:hoſtes ſecutos duo millia inde locis mu-
nitis & ipſos conſediſſe. Conſul ut ſtatiua tuta copioſaque:& ita erant:periſſe uideretur:poſteaq̃ & muni

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mentis caſtra firmauit: & omni apparatu reꝝ utilium inſtruxit: relicto firmo ꝓſidio uigilia tertia: qua du
ci proxime poteſt: expeditas legiones ad collegā & ipſum aduerſus alios ſedentem duci: ibi auctore Poſt
humio Minutius cū hoſtibus ſigna confert & cum anceps ꝓlium in multum diei proceſſiſſet: ītegris legio
nibus defeſſam iam aciem hoſtiū improuiſo inuadit: itaq; cū laſſitudo ac uulnera fugā quoq; ꝓpediſſent
occiſi hoſtes: ſigna unū & triginta capta: atq; inde ad caſtra poſthumii perrectum: ibi duo uictores exerci
tus ꝑculſum iam fama hoſtem adorti fundunt fugantq;: ſigna militaria ſex & uiginti capta: & imperator
ſamnitium Statius Cellius multiq; alii mortales & caſtra utraq; capta: & Bouianū: ubi poſtero die cœptū
oppugnari: breui capitur: magnaq; gloria reꝝ geſtaꝝ conſules triūpharunt. Minutium cōſulem cum uul
nere graui relatum in caſtra mortuū quidam auctores ſunt: & .L. Fuluium ī locū eius ſuffectum: & ab eo
cum ad exercitum Minutii miſſus eſſet. Bouianū captum. Eodē anno Sora: Arpinum. Ceſſentia recepta
ab ſamnitibus. Herculis magnum ſimulacrum in capitolio poſitū dedicatumq;. P. Sulpicio Auerriōe. P.
Sempronio Sopho conſulibus. Samnites ſeu finem: ſeu dilationem belli quærētes legatos de pace Romā

Bouianū capit'. P. Sulpiciuſ P. Sēpronius cōſ.

miſere: quibus ſuppliciter agentibus reſponſum eſt: niſi ſæpe bellū parantes pacem petiſſent: ſamnites ora
tione ultro citroq; habita de pace trāſigni potuiſſe: nunc quā uerba uana ad id locoꝝ fuerint: rebus ſtandū
eſſe. P. Sempronium conſulem cum exercitu breui in Sānio fore: eum ad bellū pacem ue inclinēt animi fal
li nō poſſe: cōperta oīa ſenatui relaturꝝ: decedentē in Samnio conſulē legati ſequerentur. Eo anno cum paca
tum Samniū exercitus romanus benigne præbito cōmeatu ꝑagraſſet: fœdus antiquum ſamnitibus reddi
tum. Ad equos inde hoſtes cæteꝝ per multos annos ſub ſpecie infidæ pacis quietos uerſa arma romana:
ꝙ in columi hernico noīe militauerant ſimul cum iis ſamniti auxilia: & poſt hernicos ſubactos uniuerſa
prope gens ſine diſſimulatione conſilii publici ad hoſtes deſciuerat: & poſteaq̄ icto Romæ cum ſamniti
bus fœdere fœciales uenerant res repetitum: tēptationem aiebant eſſe: ut terrori incuſſo belli romanos ſe fie
ri paterent: quod quantopere optandum foret: hernicos docuiſſe: cum quibus licuerit: ſuas leges romanæ
ciuitati præoptauerint: quibus legendi: quid mallent copia nō fuerit: pro pœna neceſſariam ciuitatem fore.
Ob hæc uulgo in conſiliis iactata po. ro. bellum fieri Equis iuſſit: conſuleſq; ambo ad nouum ꝓfecti bel
lum quatuormillia caſtris hoſtium cōſederunt. Equoꝝ exercitus: ut qui ſuo noīe per multos annos ībel
les egiſſent. tumultuario ſimilis ſine ducibus certis: ſine imperio trepidare: alii exeundum ī aciem alii caſtra
tuenda cenſent: mouet plæroſq; uaſtatio futura agrorum: ac deinceps cum leuibus præſidiis urbium relicta
rum excidia: itaq; poſteaq̄ inter multas ſententias una quæ omiſſa cura cōium ad reſpectum ſuarum quē
q; rerum auertiſſet audita. ut prima uigilia diuerſi caſtris ad deportanda oīa tuendaſq; mœnibus in urbes
abirent: cuncti eam ſententiam īgenti aſſenſu accepere. Palatis hoſtibus per agros prima luce romani ſignis
prolatis in acie conſiſtunt: & ubi nemo obuius ibat: pleno gradu ad caſtra hoſtium tendunt cæterum po
ſteaquam nec ſtationes pro portis: nec quēq̄ in uallo: nec fremitum conſuetum caſtrorum aīaduerterunt: ī
ſolito ſilentio moti metu inſidiarum ſubſiſtunt: trangreſſi deinde uallum: cum deſerta oīa inueniſſent: pere
gunt hoſtem ueſtigiis ſequi: ſed ueſtigia in oēs æque ferentia partes ut in dilapſis paſſim primo errorem fa
ciebant: poſt ꝑ exploratores compertis hoſtium conſiliis ad ſingulas urbes circunferendo bello unū & .xxx.
oppida intra dies .l. oīa oppugnando ceperunt quoꝝ pleraq; diruta atq; incenſa nomenq; equoꝝ prope

Vnum & xxx. equorū oppida. C. Flauii acta

ad internitionem deletum: de equis triumphatum: exemploq; eoꝝ clades fuit: ut marrucini: marſi: peligni
ferentini mitterent Romam oratores pacis petentæ amicitiæq;: iis populis fœdus petentibus datū. Eo an
no. C. Flauius. Gn. filius Scriba patre libertino humili fortuna ortus: cæteꝝ callidus uir & facundus ædi
lis curulis fuit. Inuenio in quibuſdam annalibus cum appareret ædilibus: fieriq; ſe pro tribuno ædilem ui
deret: neq; eius accipi nomen quod ſcriptum faceret tabulam poſuiſſe & iuraſſe ſe ſcriptum non facturum
quem aliquanto antea deſiſſe ſcriptum facere arguit Macer Licinius: tribunatu ante geſto triūuiratibuſq;
nocturno altero: altero coloniæ deducendæ: Cæterum id quod haud diſcrepat: contumacia aduerſus contē
nentes humilitatem ſuā nobiles certauit: ciuile ius repoſitum in penetralibus pontificum euulgauit: faſtos
circa forum in albo ꝓpoſuit: ut quando lege agi poſſet ſciretur: ædem Cōcordiæ in area Vulcani ſumma
inuidia nobilium dedicauit: coactuſq; conſenſu populi Cornelius barbatus pontifex maximus uerba præ
ire: cum more maioꝝ negaret niſi conſulem: aut imperatorē poſſe templum dedicare. Itaq; exauctoritate ſe
natus latum ad populū eſt: ne quis templum aramue iniuſſu ſenatus aut tribunorum plebis partis maio
ris dedicaret. Haud memorabilē rem per ſe niſi documentū ſit: aduerſus ſuperbiam nobilium plebeiæ li
bertatis referam. Ad collegā ægrū uiſendi cā Flauius cum ueniſſet: cōſenſuq; nobilium adoleſcentiū: qui

Hoc falſū ſi Plynio credimus q negat annulos aureos tū in frequenti uſu fuiſſe

ibi aſſidebāt: aſſurrectum ei non eſſet: curulem afferri ſellam eo iuſſit: ac ſede honoris ſui anxios inuidia
inimicos ſpectauit. Cæteꝝ Flauium dixerat ædilē forenſis factio. Ap. Claudii cenſura uires nacta: q ſena
tum primus libertinoꝝ filiis lectis inquinauerat: & poſteaq̄ eam lectionem nemo ratā habuit: nec ī curia
adeptus erat: quas petierat opes urbanas: humilibus per oēs tribus diuiſis foꝝ & campum corrupit: tan
tumq; Flauii comitia indignitatis habuerunt: ut plæriq; nobilium aureos annulos: & phaleras depone
rent. Ex eo tempore in duas partes diſceſſit ciuitas: aliud integer populus fautor & cultor bonoꝝ: aliud
forenſis factio tenebat: donec. Qu. Fabius: & .P. Decius cenſores facti. Fabius ſimul concordiæ cā ſimul
ne humillimorum in manu comitia eſſent: omnem forenſem turbam excretam in quattuor tribus conie
cit: urbanaſq; eas appellauit: adeoq; eam rem acceptam gratis animis ferunt: ut Maximi cognomen quod
tot uictoriis non peperat: hac ordinum temperatione pararet. Ab eodem inſtitutum dicitur: ut equites idi
bus quintilibus tranſueherentur.

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI AB VRBE CONDITA. LIBER DECIMVS.

LVCIO GENVCIO SER. Cornelio conſulibus ab exteris ferme bellis otiũ fuit. Sora atq; Alba coloniæ deductæ: Albam iu equos ſexmillia collonoꝝ ſcripta: Sora agri uolſci fuerat: ſed poſſederant ſamnites: eo quattuor millia hoĩum miſſa. Eodẽ ãno arpinatibus trebulaniſq; ciuitas data: fruſinates tertia pte agri dãnati: qđ hernicos ab eis ſollicitatos cõpertũ: capitaq; cõiurationis eius qõne ab conſulibus ex ſenatuſcon. habita: uirgis cæſi: ac ſecuri pcuſſi. Tamen ne ꝓrſus imbellẽ gererẽt annum: parua expeditio in Vmbria facta ẽ qđ nunciabať ex ſpelunca quadam excurſiones armatoꝝ in agros fieri. In eã ſpeluncã penetratũ cũ ſignis eſt: & ex eo loco obſcuro multa uulnera accepta maximeq; lapidũ ictu. donec altero eius ſpecus ore: nã puius erat: ĩ uẽto utræq; fauces cõgeſtis lignis accẽſæ. Ita intus fumo ac pauore ad duomillia armatoꝝ ruentia nouiſſime in ipſas flamas: dum euadere temptant: abſumpta. M. Liuio: &. Qu. Aemylio cõſ. redintegratum eqũ bellũ. Coloniã equi ægre patientes uelut arcem ſuis finibus impoſitã ſũma ui expugnare adorti ab ipſis colonis pelluntˀ: cæ erũ tantũ romæ terrorem fecerunt: q̃a uix credibile erat tam affectis rebus ſolos per ſe equos ad bellum coortos: ut tumultus eius cã dictator diceretur. C. Iunius bubul. cũ. M. Titinio mgr̃o eqtum ꝓfectus p̃rio cõgreſſu equos ſubegit: ac die octauo triũphans in urbẽ cũ rediſſet: ædẽ ſalutis: quã cõſul uouerat: cẽſor locauerat: dictator dedicauit.

*C. Genucius Ser. cornelius cõſ. Alba in equis*

*M. Liuiꝰ. Qu. Aemiliꝰ cõ.*

Eodẽ anno claſſis græcoꝝ Cleonymo duce lacedæmonio ad Italiæ littora appulſa Thurias urbem in ſalẽtinis cepit. Aduerſus hunc hoſtẽ cõſul Aemylius miſſus ꝓlio uno fugatũ cõpulit in naues. Thuriæ redditæ ueteri cultori Salẽtinoq; agro pax parta. C. Iuniũ bubul. dictatorẽ miſſum in ſalẽtinos in q̃buſdam annalibus iuenio: & Cleonymũ prius: quã cõfligendũ eẽt cũ romanis: italia exceſſiſſe: circũuectus inde brũduſii ꝓmõtoriũ medioq; ſinu hadriatico uentis latus: cũ leua ĩportuoſa italiæ littora: dextera illyrici liburniq; & iſtri gentes fere & magna ex pte latrociniis maritimis infames terrerent: penitus ad littora uenetoꝝ puenit. Ibi expoſitis paucis: q loca explorarent: cũ audiſſet tenue ita ꝓtentũ littus eſſe: qđ tranſgreſſus ſtagna ab tergo ſint irrigua æſtibus maritimis: agros haud ꝓcul ꝓximos campeſtres cerni: ulteriora colles uideri eſſe hoſtiũ ꝓlati fluminis: quo circũagi naues in ſtationẽ tutã uidiſſe: meduacus annis erat: eo inuectã claſſem ſubire flumine aduerſo iuſſit. Grauiſſimas nauiũ nec ptulit alueus fluuii: & leuiora nauigia tranſgreſſi multitudo armatoꝝ ad frequẽtes agros tribus maritimis patauinoꝝ uicis colẽtibus eam horam peruenit. Ibi egreſſi leui ꝑſidio nauibus relicto uicos ui expugnant: inflamant tecta: hoĩum pecudumq; ꝓdas agunt: & dulcedine ꝓdãdi lõgius uſq; a nauibus ꝓcedũt. Hæc ubi Patauiũ ſunt nũciata ſemꝑ aũt eos in armis accolæ galli habebãt: in duas ptes iuuentutẽ diuidunt: altera in regionẽ: qua effuſa populatio nunciabať: altera ne cui ꝓdonũ obuia fieret: altero itinere ad ſtationẽ nauiũ: millia aũt. xiiii. ab oppido aberãt ductu. In naues paruas ignaris cuſtodibus ĩterẽptis repentinus ĩpetus factus: territiq; nautæ coguntˀ naues in alterã ripã amnis traiicere: & in terra ꝓſpeꝝ æque in palatos ꝓdatores prælium fuerat: refugientibuſq; ad ſtationẽ græcis ueneti obſiſtunt. Ita in medio circũuenti hoſtes cæſiq;: pars capti claſſem indicat: regemque Cleonymũ triamillia abeſſe. Ibi captiuis ꝓximo uico in cuſtodiã datis: pars fluuiatiles naues ad ſuperãda uada ſtagnoꝝ apte planis aluei fabricatas: pars captiua nauigia armatis cõplent: profectiq; ad claſſem immobiles naues & loca ignota pluſq̃ hoſtem timentes circũuadunt: fugienteſq; in altum: ac nuſq̃ repugnãtes uſq; ad hoſtiũ amnis perſecuti: captis quibuſdam incenſiſq; nauibus hoſtium: quas trepidatio in uada intulerat: uictores reuertunť. Cleonymus uix q̃nta parte nauiũ incolumi: nulla regione maris hadriatici ꝓſpere adita diſceſſit roſtra nauium ſpoliaq; græcoꝝ in æde Iunonis uetere fixa multi ſuperſunt: qui uiderunt. Patauii monumentum naualis pugnæ eo die quo pugnatum eſt: quot annis ſolẽni certamine nauium in flumine oppidi medio exercetˀ: Eodẽ anno romæ cum ueſtinis petentibus amicitiam ictum eſt fœdus. Multiplex deinde exortus terror Ethruriam rebellare ab aretinoꝝ ſeditiouibus motu orto nunciabať: ubi ciuiũ licinium genus ꝑpotens diuitiaꝝ inuidia pelli armis cœptũ: ſimul marſoꝝ agrũ ui tueri: in quẽ colonia Carſeoli deducta erat quattuor millibꝰ hoĩum ſcriptis. Itaq; pp eos tumultus dictus. M. Valerius Max dictator mgr̃um eqtum ſibi legit. M. Aemyliũ Paulũ: id magis credo quã. Qu. Fabiũ ea ætate atq; eis honoribus Valerio ſubiectũ: cæteꝝ ex maximi cõmuni cognomine ortũ errorẽ haud abnuerim Profectus dictator cũ exercitu ꝓlio uno marſos fudit: cõpulſis deinde ĩ urbes munitas Miloniã: Pliſtiam Freſiliã intra paucos dies cepit: & parte agri mulctatis marſis fœdus reſtituit. Tum ĩ ethruſcos uerſum bellum. Cũ dictator auſpicioꝝ repetundoꝝ cã ꝓfectus romã eẽt: magiſter eqtũ pabulatum egreſſus eſt inſidiis circũuenitˀ: ſigniſq; aliquot amiſſis fœda militum cæde ac fuga in caſtra ẽ cõpulſus: q terror nõ eo tm̃ a Fabio abhorret: qđ ſiqua alia pte cognomẽ ſuũ æquauit: tũ maxime bellicis laudibus: ſed ẽt qđ memor papyrianæ ſæuiciæ nunq̃: ut dictatoris iniuſſu dimicaret: adduci potuiſſet. Nunciata ea clades Romam maiorẽ: quã res erat: terrorẽ exciuit: nã ut exercitu deleto: ita iuſticiũ ĩdictũ: cuſtodię ĩ portis uigiliæ uicatim exactæ: arma tæla ĩ muros cõgeſta. Oĩbus iunioribus ſacramẽto adactis: dictator ad exercitum miſſus oĩa ſpe tranquilliora & compoſita magiſtri eqtũ cura: caſtra ĩ tutiorẽ locũ redacta: cohortes: q̃ ſigna amiſerant: extra uallum ſine tentoriis deſtitutas ĩuenit exercitũ auidũ pugnæ: quo maturius ignominia aboleretˀ. Itaq; confeſtim inde in agrum ruſellanum caſtra promouit: eo & hoſtes ſecuti q̃q̃ ex bene geſta re ſũmã in aperto certamine uirium ſpem habebant: tamen inſidiis quoq;: quas feliciter experti erant: hoſtem

*Thurie*

*Meduacꝰ*

*Cleonymus q̃nta pte nauiũ amiſſa abiis*

*Carſeo*

tẽptant. Tecta ſemiruta:uici ꝑ uaſtationẽ agrorũ deſtituti haud ꝓcul caſtris romanorũ aberant: ibi abdi-
tis armatis pecus in conſpectu pſidii romani:cui ꝑerat. C. Fuluius legatus: ꝓpulſum:ad quã illecebram
cũ cõmoueret nemo ab romana ſtatiõe:paſtorũ unus ꝓgreſſus ſub ipſas munitiões iclamat alios cunctan
ctei ab ruinis uici pecus ꝓpellentes:qd ceſſarent:cũ ꝑ media caſtra romana tuto agere poſſent? Hæc cum le
gato cærites qdã interpᵃtarent:& ꝑ oẽs militũ manipulos ingens eẽt indignatio:nec tamẽ in iuſſu mouere
ſe auderent:iubet pitos linguæ attẽdere aĩum paſtorũ:ſermo agreſti an urbano ꝓpior eẽt. Cũ referrẽt ſonũ
linguæ:& corporũ habitũ:& nitorẽ cultiora:quã paſtoralia eẽ:ite igit:dicite inqt:detegãt nequicq̃ condi
tas inſidias oĩa ſcire romanũ:nec magis iã capi dolo:quã armis uinci poſſe. Hæc ubi audita ſunt:& ad eos
q conſiderant in inſidiis:plata:cõſurrectũ repẽte ex latebris ẽ:& in patentẽ ad cõſpectũ undiq; cãpũ ꝓlata
ſigaa uiſa legato maior acies:quã q̃ ab ſuo pſidio ſuſtineri poſſet:itaq; ꝓpere ad dictatorẽ auxilia accitum
mittit:interea ipſe ĩpetum hoſtiũ ſuſtinet. Nuncio allato dictator ſigna ferri ac ſequi armatos iubet ſed cele
riora ꝓpe oĩa iperio erã:rapta extẽplo ſigna armaq;:& uix ab ĩpetu & curſu tenebãt:cũ ira ab accepta nu
Eluſæ hoſtiũ iſidiæ — per clade ſtimulabat:tum cõcitatior accedẽs clamor ab ĩcreſcẽte certamine:urgẽt itaq; alii alios: hortantur
q; ſigniferos:ut otius eant:quo magis feſtinantes uidet dictator:eo ĩpenſius retentat agmen:ac ſenſim ince
dere iubet. Ethruſci cõtra principio exciti pugnæ oĩbus copiis aderant:& ſuꝑ alios alii nunciant dictato-
ri oẽs legiones ethruſcorũ capeſſiſſe pugnã:neq; iã ab ſuis reſiſti poſſe:& ipſe cernit ex ſupiore loco in q̃to
diſcrimine pſidiũ eſſet:cæterũ ſatis fractus eſſe ẽt nunc tolerando certamini legatũ:nec ſe ꝓcul abeſſe picli
uindicẽ:quã maxime uult fatigari hoſtẽ:ut integris adoriat uiribus feſſos:q̃q̃ lente ꝓcedunt:iam tamen
ad impetũ capiendum equiti utiq; modicũ erat ſpacium:prima ĩcedebant ſigna legionũ:nequid occultum
aut repẽtinũ hoſtis timeret:ſed reliqrat interualla iter ordines peditũ:q̃ ſatis lato ſpatio eq pmitti poſſent.
Pariter ſuſtulit clamorẽ acies:& emiſſus eques libero curſu ĩ hoſtẽ inuehit: incõpoſitiſq; aduerſus eq̃ſtrẽ
ꝓcellã ſubitũ pauorẽ effundit. Itaq; ut ꝓpe ſerum auxilium iam pene circũuentis:ita uniuerſa requies da-
ta ẽ. Integri accepere pugnã:nec ea ipſa lõga aut anceps fuit. Fuſi hoſtes caſtra repetunt:inferentibuſq; iam
ſigna romanis cedunt:& in ultima caſtrorũ parte cõglobant:hærent fugiẽtes in anguſtiis portarum:pars
magna uallum aggeremq; cõſcendunt:ſi aut ex ſupiore loco tueri ſe:aut ſupare aliqua & euadere poſſent
Forte quodam loco male denſatus agger pondere ſupra ſtantium in foſſam procubuit:atq; ea cum deos
pandere uiam fugæ conclamaſſent:plures inermes:quam armati euadunt. Hoc plio fractæ iterum ethru-
ſcorũ uires:& pacto annuo ſtipendio:& duum menſium frumẽto imperato pmiſſum ab dictatore:ut de
pace legatos mitterent Romã:pax negata:induciæ biẽnii datæ:dictator triumphans in urbem rediit. Ha-
beo auctores ſine ullo memorabili prælio pacatam ab dictatore Ethruriã eſſe ſeditionibus tantum arreti-
norũ cõpoſitis:& licinio genere cum plebe in gratiam reducto. Conſulem ex dictatura factum. M. Vale-
M. Valerius. Qu. Apuleius conſ. — rium nõ petentẽ:atq; adeo abſentem ẽt creatum credidere quidã:& ꝑ interregem ea comitia facta: id unũ
non ambigitur cõſulatũ cum Apuleio Panſa geſſiſſe. M. Valerio &. Qu. Apuleio conſulibus:ſatis paca-
tæ res foris fuere:ethruſcum aduerſa belli res:& induciæ quietũ tenebant:ſamnitem multorũ annorũ cla-
dibus domitum haud dũ fœderis noui pœnitebat:romæ quoq; plebẽ quietam & exoneratã deducta ĩ co
lonias multitudo pſtabat:tamẽ ne undiq; tranqllæ res eſſent:certamẽ in cœptum inter primores ciuitatis
patritios plebeioſq; ab tribunis plebis. Qu. &. Gn. Oguiniis qui undiq; criminandorũ patrũ apud ple-
bẽ occaſionibus quæſitis:poſteaq̃ alia fruſtra temptata erant eã actionem ſuſceperunt:qua non infimam
plebem accenderent:ſed ipſa capita plebis conſulares triumphaleſq; plebeios:quorũ honoribus nihil præ
ter ſacerdotia:quæ nõdum ꝓmiſcua erant:deeſſet. Rogationẽ quoq; ꝓmulgarunt:ut cũ quattuor augu-
res:quattuor pontifices:ea tempeſtate eſſent:placeretq; augeri ſacerdotum numerum quattuor pontifices
quinq; augures de plebe oẽs allegerent. Quẽadmodum ad quattuor augurum numerũ:niſi morte duo-
rũ id redigi collegiũ potuerit:non inuenio:cum inter augures conſtet imparem numerum debere eſſe:ut
tres antiquæ tribus ramnenſes:titienſes:luceres ſuum queq; augurem habeant aut ſi pluribus ſit opus:pa
ri inter ſe numero ſacerdotes multiplicent:ſicut multiplicati ſunt cũ ad quattuor quinq; adiecti nouẽ nu-
merũ ut terni in ſingulas eſſent:expleuerunt. Cæterũ quia de plebe allegebantur:iuxta eã rem ægre paſſi pa
Numer⁹ põtifſcũ & augurꝫ auctus — tres:quã cum conſulatum uulgari uiderent:ſimulabant ad deos id magis:quam ad ſe pertinere: ipſos ui-
ſuros ne ſacra ſua polluantur:id ſe optare tantum:ne qua in remp. clades ueniat. Minus aũt tẽtẽdere aſſue-
ti iam tali genere certaminum uinci:& cernebant aduerſarios non id:quod olim uix ſperauerint:affectã-
tes magnos honores:ſed oĩa iam:in quorꝫ ſpem dubiam erat certatũ:adeptos multiplices conſulatus cen
ſuraſq; & triumphos. Certatũ tamen ſuadenda diſſuadendaq; lege inter. Ap. Claudiũ maxime ferunt:&
inter Publiũ Decium Murem:qui cum eadẽ ferme de iure patrũ ac plebis quæ pro lege licinia quondam
contraq; eam dicta erant:cũ plebeiis conſulatus rogabat:diſſeruiſſet:retuliſſe dicit Decius parentis ſui ſpe
ciẽ:qualem cum multi:qui in concione erant:uiderant incinctum gabino cultu ſuper telum ſtantem:quo
ſe habitu ꝓ populo ac legionibus romanis deuouiſſet:tum. P. Decium conſulẽ purum piumq; diis im-
mortalibus uiſum æque ac ſi. T. Manlius collega eius deuoueret eundẽ. P. Deciũ:qui ſacra publica po.
ro. faceret:legi rite nõ potuiſſe. Id eſſe piculum:ne ſuas pces minus audirent dii:quam. Ap. Claudii? caſti
us eũ ſacra priuata facere:& religioſius deos colere:quã ſe? quẽ pœnituere uotorꝫ:q̃ pro republica nuncu-
pauerint tot cõſules plebeii:tot dictatores:aut ad exercitus euntes:aut inter ipſa bella? Numerarẽt duces
eorꝫ annorꝫ:qbus plebeiorꝫ ductu & auſpitio res geri cœptæ ſunt:numerarent triumphi:iã ne nobilita-
tis qdẽ ſuæ plebeios pœnitare:ꝓ certo hr̃e:ſi qd repens bellũ oriat:nõ plus ſpei fore ſenatui populoq; ro-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mano in patritiis:quã in plebeis ducibus. Quod cũ ita ſe habeat:cui deorum hoĩumue indignum uideri
poteſt:inq̃t:eis uiris:quos uos ſellis curulibus toga prætexta:tunica palmata:& toga picta: & corona triũ
phali laureaq; honoraretis:quoꝝ domos ſpoliis hoſtium affixis inſignes inter alias feceritis: pontificalia
atq; auguralia inſignia adiicere? Qui Iouis optimi maximi ornatu decoratus curru aurato p urbem uect⁹
in capitoliũ aſcenderit:is cõſpiciatur cum capſide:ac lituo capite uelato:uictimam cædet auguriũue ex arce
capiet:cuius imaginis titulo conſulatus cẽſuraq; & triũphus æquo aĩo legetur:ſi auguratum aut pontifica
tũ adieceritis:nõ ſuſtinebunt legentium oculi?q̃dem pace dixerim deum eos nos iã po.ro.beneficio eẽ ſpe
ro:q ſacerdotiis nõ minus reddamus dignatiõe noſtra honores:quã acceperimus & deoꝝ magis:quã no
ſtra cauſa expetamus:ut quos priuatim colimus:publice colamus. Quid aũt ego ſic adhuc egi tanq̃ ĩtegra
ſit cã patritioꝝ de ſacerdotiis & non nos iam in poſſeſſione unius ampliſſimi ſimus ſacerdotii? decẽuiros
ſacris faciundis carminũ *Sibyllæ* ac factoꝝ populi huius ĩterpretes antiſtites'eoſdẽ Apollinis ſacri cerimo
niarũq; aliaꝝ plebeios uidemus:nec ut tum patritiis ulla iniuria facta eſt'cum duumuiris ſacris faciundis
adiectus eſt pp plebeios numerus & nunc tribunus uir fortis ac ſtrenuus quinq; auguꝝ loca quattuor põ
tificũ adiecit:in quæ plebeii nominent̃:nõ ut uos Appi ueſtro loco pellant:ſed ut adiuuent uos hoĩes ple
beii diuinis quoq; rebus ꝓcurandia:ſicut in cæteris humanis ꝓ parte uirili adiuuant. Noli erubeſcere Ap
pi collegã in ſacerdotio habere:quẽ in cenſura:quẽ in conſulatu collegã habere potuiſti:cuius tam dictato
ris magiſter eqtum:quã magiſtri eqtũ dictator eſſe potes: Sabinũ aduenam principẽ nobilitatis ueſtræ ſeu
Ap. Clauſum:ſeu. Ap. Claudiũ mauultis:illi antiqui patritii in ſuũ numerũ acceperunt:ne faſtidieris nos
in ſacerdotũ numerum accipere:multa nobis cũ decora afferimus:imo oĩa eadem:quæ uos 'ſuperbos fece
runt. Sextius primus de plebe conſul ẽ factus. Claudius licinius Stolo primus magiſter eqtum. C. Marti
us Rutilius primus & dictator & cenſor. Qu. Publius Philo primus prætor. Semper iſta audita ſunt ea
dem penes uos auſpicia eẽ:uos ſolos gentes habere:uos ſolos iuſtũ imperium auſpicium domi militiæq;
quin adhuc plebeium proſperum:& patricium fuit:porroq; erit. En unq̃ fando audiſtis patricios primo
eſſe factos non de cælo demiſſos?ſed q patrẽ ciere auumq; poſſent:ideſt nihil ultra quam'ingenuos: conſu
lem iam patrem ciere poſſum:auumq; iam poterit filius meus nihil eſt aliud in re quirites:niſi ut oĩa nega
ta adipiſcamur:certamen tantum patricii petunt:neq; curant:quem euentum certaminũ habeant. Ego hãc
legem:quod bonũ fauſtum felixq; ſit uobis ab reip. uti rogaſtis:ſubeundam cenſeo. Vocare tribus extem
plo populus iubebat:apparebatq; accipi legem:ille tamẽ dies eſt interceſſione ſublatus. Poſtero die deterri
tis tribunis:ĩgenti cõſenſu accepta eſt. Pontifices creant̃ ſuaſor legis. P. Deci⁹ Mus. P. Sempronius Soph⁹
Claudius Martius Rutilius. M. Liuius Denter. Quinq; augures itẽ de plebe Claudius Genutius. P. Eli
us Pætus. M. Minutius Feſſus. Cl. Marttius. T. Publius. Ita octo põtificũ nouẽ auguꝝ numerus factus.
Eodẽ anno Martius Valerius cõſul de ꝓuocatione legẽ tulit diligẽtius ſanctã: Tertio ea tum poſt reges ex
actos lata eſt ſemp a familia eadẽ cãm renouandæ ſæpius haud aliã fuiſſe reor:quam q̃d plus, paucorum
opes:quam libertas plebis poterant. Portia tamẽ lex ſola ꝓ tergo ciuium lata uidet̃:q̃d ea grauis pœna: ſi
qs uerberaſſet:necaſſet:ut ciuem romanũ ſanxit:ualeria lex cum eum:q ꝓuocaſſet:uirgis: cædi ſecuriq; ne
cari uetuiſſet:ſiqs aduerſus ea feciſſet:nihil ultra:quã ĩprobe factũ adiecit:id q tum pudor hoĩum erat: ui
ſum credo uinculũ ſatis ualidũ legis:nũc uix ſeruo ſuo ita minet̃ qſq̃: Bellũ ab eodẽ cõſule haud quaq̃ me
morabile aduerſus rebellãtes equos:cũ ꝑter aĩos feroces nihil ex antiqua fortuna haberent:geſtũ ẽ. Alter cõ
ſul Apuleius ĩ Vmbria Nequinũ oppidũ circũſedit:locus erat arduus atq; in parte una præceps: ubi nũc
Narnia ſita ẽ:nec ui nec munimẽto capi poterat:itaq; eã infectam rẽ. M. Fuluius pætus. T. Mãlius Tor
quatus noui cõſules acceperũt. In eũ annũ cũ Fabium cõſulẽ non petentẽ oẽs dicerent centuriæ: ipſum au
ctorẽ fuiſſe Macer Licinius:ac Tubero tradunt differendi ſibi cõſulatus in bellicoſiorẽ annũ: eo anno ma
iori ſe uſui reipu. fore urbano geſto magiſtratu:ita nec diſſimulantẽ:quid mallet:nec petentẽ tamen ædilẽ
curulem cum. L. papyrio Curſore factum. Id ne pro certo ponerem:uetuſtior annalium auctor Piſo effe
cit:qui eo anno ædiles curules fuiſſe tradit. Cl. Domicium. Hn. F. Caluinum:& Sp. Caruilium. Qu. F.
Maximũ:id credo cognomen errorem in ædilibus feciſſe:ſecutamq; fabulam mixtam ex ædilitiis & con
ſularibus comitiis conuenientem errori. Et luſtrũ eo anno conditum a. P. Sulpitio Sopho &. Sempronio
Auerrione cẽſoribus:tribuſq; additæ duæ anienſis & terentina. Hæc Romæ geſta:cæterum ad Nequinũ
oppidum cum ſegni obſidione tp̃s tereretur:quo ex oppidanis:quorũ erant ædificia iuncta muro: ſpecu
facto ad ſtationes romanas itinere occulto perueniunt:inde ad cõſulem deducti præſidium armatũ ſe ĩtra
mœnia & muros accepturos confirmant. Nec aſpernanda res uiſa neq; incaute credenda: cum altero eorũ
(nã alter obſes retentus) duo exploratores per uinculum miſſi:per quos ſatis cõperta re trecẽti armati trãſ
ſtium: nec impetus: nec tæla miſſa eandem uim habere uiſa:præfectis equitum iuſſis ad latus ſamnitiū
circunducere alas: ut ſigno dato in tranſuerſos: q̄ro maximo poſſent impetu: incurrerent: ſenſim ſuos
ſigna inferre iuſſit & commouere hoſtem. Poſteaq̄ non reſiſti uidit & haud dubiam laſſitudinem eſſe:
tum collectis omnibus ſubſidiis quæ ad id tempus reſeruauerat:& legiones concitauit:& ſignum ad in/
uadendos hoſtes equitibus dedit. Nec ſuſtinuerunt ſamnites impetum:præterq; aciem ipſam gallorum
relictis in dimicatione ſociis ad caſtra effuſo curſu ferebantur:galli teſtudine facta conferti ſtabant. Tum
Fabius audita morte collegæ campanorum alam quingentos fere equites excedere iubet acie:& circunue/
ctos a tergo gallicam inuadere aciem:tertiæ deinde legionis ſubſequi principes:& qua turbatum agmen
hoſtium uiderent impetu equitum inſtare ac territos cædere. Ipſe ædem Ioui uictori ſpoliaq; hoſtium
cum uouiſſet: ad caſtra ſamnitium perrexit:quo multitudo omnis conſternata agebatur ſub ipſo uallo:
quia tantam multitudinem portæ non recepere:temptata ab excluſis turba ſuoꝝ pugna eſt. ibi Gelius im
perator ſamnitium cecidit:cōpulſi deinde intra uallum ſamnites:paruoq; certamine capta caſtra & galli a
tergo circūuenti. Cæſa eo die hoſtium. xxiiii. millia octo capta:nec incruenta uictoria fuit:nam ex. P. De
cii exercitu cæſa ſeptē millia:ex Fabii mille ac trecenti. Fabius dimiſſis ad quærendum collegæ corp⁹ ſpo
lia hoſtium coniecta in arceruū Ioui uoctori cremauit:conſulis corpus eo die:quia obrutum ſuper ſtratis
galloꝝ cumulis erat:inueniri nō potuit poſtero die inuentū relatūq; eſt cum multis militum lachrymis.
Intermiſſa inde omnium aliarum rerum cura Fabius collegæ funus omni honore laudibuſq; meritis ce/
lebrat & in Ethruria per eos dies ab. Gn. Fuluio ꝓprætore res ex ſententia geſta:& præter in gentē illatá

Atſ. ꝓdigium

Gallorū natura

Atſ. Decii cōſulis uerba in aciē Decius filius ſe deuouet

xxiiii. hoſtiu cæſa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

populationibus agrorum hoſti cladē pugnatum ēt egregie ē:peruſinorūqꝫ & cluſinoꝝ cæſa amplius tria
millia:& ſigna militaria ad uiginti capta. Samnitiū agmē:cū ꝑ pelignū agꝝ fugeret:circūuentū a pelignis
eſt:ex millibus quinqꝫ ad mille cæſi. Magna eius diei:quo in ſentinati agro bellatū fama eſt:ēt uero ſtāti:
ſed ſuperiecere q̄dam augendo fidem:qui in hoſtiū exercitu peditū millia quadraginta & tercētū triginta:
equitū ſex & quadraginta:mille carpētoꝝ ſcripſere fuiſſe:ſcilicet cū umbris tuſciſqꝫ:quos & ipſos pugnæ
affuiſſe. Et ut romanoꝝ quoqꝫ augerent copias. L. Volūnium ꝓconſulē ducē cōſulibus:exercitumqꝫ eius
legionibus cōſulū adiiciunt. In pluribus annalibus duoꝝ ea cōſulum ꝓpria uictoria ē. Volūnius in Sam
nio interim res gerit:ſamnitiūqꝫ exercitū ī Tifernū mōtē cōpulſum nō deterritus iniquitate loci fundit fu-
gatqꝫ. Fabius deciano exercitu relicto in Ethruſcis:ſuis legionibus deductis a i urbē:de gallis ethruſciſqꝫ
ac ſamnitibus triūphauit:milites triumphantē ſecuti ſunt:celebrata incōditis carminibus militaribus nō
magis uictoria. Q. Fabii:quā præclarat mors. P. Decii eſt:excitataqꝫ memoria parētis:æquata euentu
publico priuatoqꝫ filii laudibus. Data ex p̄da militibus æris octogeni bini ſagaqꝫ & tunicæ:præmia illa
tēpeſtate militiæ haud q̄q̄ ſpernēda. His ita rebus geſtis nec in ſamnitibus adhuc:nec in Ethruria pax erat: Ab eſer
nā & peruſinis auctoribus poſt deductū ab cōſule exercitū rebellatum fuerat:& ſamnites p̄datum in agrū nia q̄ Sā-
ueſtinū formianūqꝫ:& partē aliā in eſerunicū quoqꝫ:quæ uulturno adiecit flumini:deſcendere. Aduerſus nitium fu
eos. Ap. Claudius p̄tor cum exercitu deciano miſſus. Fabius ī Ethruria rebellāte denuo quattuor millia it eſernia-
& q̄ngentos peruſinoꝝ occidit:cepit ad mille ſeptingentos quadraginta:q redēpti ſinguli æris trecētis de- cum eſt
cē: p̄da alia oīs militibus cōceſſa. Samnitiū legiones cū partim Appius p̄tor:partim. L. Volumnius ꝓcō
ſul ſequeret̃:ī agrum ſtellatē cōuenerunt:ibi & ſamnitiū legiōes oēs cōſidunt:& Appius Columniuſqꝫ ca
ſtra cōiungunt:pugnatū infeſtiſſimis aīs hinc ira ſtimulāte aduerſus rebellātes totius:illic ab ultima iā di
micantibus ſpe. Cæſa ergo ſamnitiū. xvi. millia trecēti:capta duo millia ſeptigenti. Felix annus bellicis re-
bus peſtilentia grauis ꝓdigiiſqꝫ ſollicitus:nā & terrā multifariā pluuiſſe:& in exercitu Appii Claudii plæ
roſqꝫ fulmine ictos nunciatū eſt:libriqꝫ ob hæc additi. Eo anno. Qu. Fabiꝰ Gurges cōſulis filius aliquot
matronas ad populum ſtupri dānatas pecunia mulctauit:ex quo mulctatio ære Veneris ædē:quæ prope
circum ē:faciendā curauit. Superſunt ēt nunc ſamnitiū bella:quæ continua ꝑ quartum iā uolumē annūqꝫ
ſextum & quadrageſimū a. M. Valerio. A. Cornelio cōſulibus:q primi Samnio arma ītulerunt: agimus:
& ne tot annoꝝ cladem utriuſqꝫ gētis laboriſqꝫ actus nunc referā:q̄bus nequiuerunt tamē dura illa pecto Sānitiū
ra uinci:ꝓximo anno ſamnites in ſentinati agro pelignis ad Tifernū ſtallatibus cāpis ſuis ipſi legionibus cedes
mixti alienis:ab quattuor exercitibus:q̄ttuor ducibus romanis cæſi fuerant:īperatorē clariſſimū gē is ſuæ
amiſerāt:ſocios belli ethruſcos:umbros:gallos ī eadē fortuna uidebāt:qua ipſi erāt:nec ſuis exernis uiribꝰ
iam ſtare poterant:tamē bello nō abſtinebant adeo ne īfœliciter quidē defenſæ libertatis tedebat:& uinci:
q̄ nō tēptare uictoriā malebāt:qui nā ſit ille:quē nō pigeat longinq̄tatis belloꝝ ſcribēdo legēdoqꝫ:q gerē-
tes nō fatigauerunt? Qu. Fabium. P. Deciū. M. Poſthumus Megellus &. M. Attilius Regulus cōſules ſe- M. Poſt-
cuti ſunt. Samnium ambobus decreta ꝓuincia ē:q̄a tres ſcriptos hoſtium exercitus uno Ethruriā: altero humius.
populationē Cāpaniæ repeti:tertiū tuendis parari finibus fama erat. Poſthumium ualitudo aduerſa Ro M. Attili
mæ tenuit:Attilius extēplo ꝓfectus ut ī Samnio hoſtes (ita. n. placuerat patribꝰ) nōdum egreſſos oppri- us conſ.
meret:uelut ex cōpoſito ibi obuium habuere hoſtē ubi & intrare nedū uaſtare ipſi ſamnitiū agrum ꝓhibe
rent̃. & regredi inde in pacata ſociorūqꝫ populo romano fines ſamnites ꝓhiberent:cū caſtra caſtris collata
eſſent:quod uis romanus totiens uictor auderet:auſi ſamnites ſunt:tm̄ deſperatio ultima temeritatis facit
caſtra romana oppugnare:& q̄q̄ nō uenit ad finē tam audax inceptū:tamen haud oīno uanum fuit. Ne-
bula erat ad multum diei denſa adeo: ut lucis uſum eriperet nō ꝓſpectu modo extra uallum adēpto: ſed
propinquo ēt congredientiū inter ſe cōſpectu:hac uelut latebra inſidiaꝝ fræti ſamnites uix dum ſatis certa
luce & eā ipſam præmēte caligne:ad ſtationē romanā in portā ſigniter agentē uigilias ꝑueniunt. Improui
ſo oppreſſis nec animi ſatis ad reſiſtendū nec uirium fuit:ab tergo caſtroꝝ decumana porta īpetus factus:
itaqꝫ captū q̄ſtoriū q̄ſtorqꝫ ibi. L. Opimius Pāſa occiſus:cōclamatum īde ad arma:cōſul tumultu excitus
cohortes duas ſocioꝝ lucanā ſueſſanāqꝫ:quæ ꝓximæ forte erāt:tueri p̄torium iubet:manipulos legionū
principali uia īducit:uix dum ſatis armis aptatis in ordines eunt:& clamore magis:quā oculis hoſtē no-
ſcunt:nec q̄tus numerus ſit, æſtimare pōt:cedunt primo īcerti fortunæ ſuæ:& hoſtē introrſum ī media ca
ſtra accipiunt:inde cū conſul uociferaret̃:expulſi ne extra uallum caſtra deinde ſua oppugnaturi eēnt: ro
gitans clamore ſublato cōnixi prīo reſiſtunt:deinde referunt pedē:urgētqꝫ:& impulſos ſemel terrore eodē
agunt:quo cœperunt:expellunt extra portā uallumqꝫ:inde ꝓgere ac ꝓſequi:q̄a turbida lux metū circa īſi-
diaꝝ faciebat:nō auſi liberatis caſtris cōtēti receperunt ſe intra uallū trecētis ferme hoſtiū occiſis romano-
rum ſtationis primæ uigiliūqꝫ & eoꝝ:q circa q̄ſtoriū oppræſſi ꝑiere ad. ccxxx. Aīos inde ſamnitibꝰ nō ī
felix audacia auxit: & nō mō ꝓferre īde caſtra romanū:ſed ne pabulari q̄dē ꝑ agros ſuos patiebant̃: retro
in pacatū ſoranum agꝝ pabulatores ibant. Quaꝝ reꝝ fama tumultuoſior:ēt q̄ res erāt perlata Romā coe Sānitiū
git. L. Poſthumium cōſulē uix dum ualidū ꝓficiſci ex urbe:prius tamē:q̄ exiret:militibus edicto. Soram audacia
iuſſis cōuenire ipſe ædē Victoriæ:q̄ ædilis curulis ex mulctaticia pecunia faciēdā curauerat:dedicauit. Ita
ad exercitū ꝓfectus ab Sora ī Sāniū ad caſtra collegæ ꝑrexit:inde poſteaq̄ ſamnites diffiſi duobus exerci-
tibus reſiſti poſſe receſſerūt:diuerſi cōſules ad uaſtādos agros urbeſqꝫ oppugnandas diſcedūt. Poſthumiꝰ
Miloniam oppugnare adortus ui prīo atqꝫ īpetu:deinde poſteaq̄ ea paꝝ ꝓcedebāt:ope ac uineis demum
iniunctis muro cepit:ibi capta iā urbe ab hora q̄rta uſqꝫ ad octauā fere horā oībꝰ ꝑtibus diu īcerto euētu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ferentinum deſeritur

pugnatũ eſt:poſtremo potit᷑ oppido romanus:ſamnitiũ cæſi tria millia trecenti.capti quattuor millia ac,
dcc.præter prædá aliá.Inde Ferentinũ ductæ legiones unde oppidani cum oĩbus reb⁹:q̃ ferri agiq; potue
rũt nocte ꝑ auerſam portá ſilẽtio exceſſerũt.Igitur ſimul aduen t cõſul primo ita cõpoſitus ĩſtructuſq; mœ
nibus ſucceſſit:tanq̃ idẽ quod ad Miloniá fuerat:certaminis foret:deinde ut ſilẽtiũ uaſtũ in urbe nec arma:
nec uiros in turribus ac muris uidit:auidũ inuadẽdi deſerta mœnia militẽ detinet:nequá occultá in frau/
dem incautus rueret:duas turmas ſociorũ noĩs latini circũequitare mœnia atq; explorare oĩa iubet: equi/
tes portá uná alteráq; eadẽ regione in ꝓpinquo patentes cõſpiciunt:itineribuſq; iis nocturnæ hoſtiũ fugæ
ueſtigia:adequitant deinde ſenſim portis:urbemq; ex tuto rectis itineribus ꝑ uiá conſpiciũt:& cõſuli refe
runt exceſſum urbe:ſolitudine haud dubia id ꝑſpicuũ eẽ & recẽtibus ueſtigiis fuge ac ſtrage rerꝫ in trepida
tione nocturna paſſim relictarꝫ.His auditis cõſul ad eá partẽ urbis quá adierát eqtes:circũducit agmẽ:cõ/
ſtitutiſq; haud ꝓcul porta ſignis: quinq; equites iubet intrare urbẽ:& modicũ ſpatiũ ꝓgreſſos tris mane/
re eodẽ loco:ſi tuta uideant᷑:duos explorata ad ſe referre.Qui ubi redierũt:retulerũtq; eo ſe ꝓgreſſos:unde
in oĩs partes circũſpectus eſſet:lõge lateq; ſilentiũ ac ſolitudinẽ uidiſſe:extẽplo cõſul cohortes expeditas in
urbem eduxit:cæteros interim caſtra cõmunire iuſſit.Ingreſſi milites refractis foribus paucos graues æta/
te aut ĩualidos inueniũt:relictaq;:quæ migratu difficilia eẽnt:ea direpta:& cognitũ ex captiuis ẽ cõmuni
cõſilio aliquot circa urbes cõſciſſe:fugá:ſuos prima uigilia ꝓfectos credere eandẽ in aliis urbibus ſolitudi
nẽ inuẽturos.Dictis captiuorꝫ fides extitit:deſertis oppidis cõſul potit᷑.Alteri cõſuli.M.Attilio nequaq̃

Plura ſánitiũ oppida deſtituta

tam facile bellũ fuit:cũ ad Luceriá duceret legiones:q̃ oppugnari ab ſamnitibus audierat:ad finẽ lucerinũ
ei hoſtis obuius fuit:ibi ira uires æquauit:præliũ uariũ & anceps fuit:triſtius tamẽ euẽtu romáis & quia
inſueti erant uinci:& quod digrediẽtes magis:quam in ipſo certamine ſenſerũt:quantum in ſua parte plus
uulnerũ ac cedis fuiſſet.Itaq; is terror ĩ caſtris ortus:q ſi puguátes cepiſſet:ĩſignis accepta clades foret:tum
quoq; ſollicita nox fuit iá inuaſurꝫ caſtra ſamnitẽ credentibus:aut prĩa luce cũ uictoribus cõſerendas ma/
nus.Minus cladis:cæterꝫ nõ plus aĩorum ad hoſtes erat:ubi primũ illuxit:abire ſine certamine cupiunt.
Sed uia una & ea ipſa ꝓter hoſtes erat:quá ingreſſi ꝓbuere ſpeciẽ recta tendẽtiũ ad caſtra oppugnáda:Con
ſul arma capere milites iubet:& ſequi extra uallũ:legatis:tribunis ꝓfectis ſociorꝫ ĩpetrat:quod apud quẽ/
q; facto opus eſt.Omnes affirmant ſe quidẽ oĩa facturos:ſed militũ iacere animos:tota nocte inter uulne/

Conſulis hortatio

ra & gemitus morientiũ uigilatũ eẽ.Si ante lucẽ ad caſtra uẽtum foret:tm̃ pauoris fuiſſe ut relicturi ſigna
fuerint.nunc pudore a fuga cõtineri:alioquin ꝓ uictis eẽ.Quæ ubi cõſul accepit:ſibimetipſi circũeundos
alloquẽdoſq; milites ratus:ut ad quoſq; uenerat:cunctantes arma cape increpabat:qd ceſſarent: tergiuerſa
returq;?hoſtẽ in caſtra uenturũ:niſi illi extra caſtra exiſſent:ꝓ tentoriis ſuis pugnaturos:ſi ꝓuallo nollent:
armatis ac dimicantibus dubiá uictoriá eẽ:q nudus atq; inermis hoſtẽ maneat:ei aut mortẽ aut ſeruitutẽ
patiendá.Hæc iurganti increpátiq; reſpõdebát cõfectos ſe pugna heſterna:nec uiriũ:qcq̃:nec ſanguinis ſu/
pereſſe:maiorẽ multitudinẽ hoſtiũ apparere:quá pridie fuerit.Inter hæc appropĩquabat agmẽ:& iá bre/
uiore ĩteruallo certiora ĩtuẽtes uallũ ſecũ portare ſamnitẽ affirmát:nec dubiũ eſſe quin caſtra circũuallaturi
ſint.Tunc enimuero cõſul ĩdignũ facinus eẽ uociferari tantá cõtumeliá ignominiáq; ab ignauiſſimo acci
pi hoſte:ẽt ue circũſedebimur:inqt:in caſtris ut fame potius ꝑ ignominiá quá ferro:ſi neceſſe ẽ: ꝑ uirtutẽ
moriamur?dii bene uerterent facerẽtq;:quod ſe dignũ qſq; ducerẽt:cõſulẽ.M.Attiliũ uel ſolũ:ſi nemo ali/
us ſequat᷑:iturꝫ aduerſus hoſtes:caſurũq; inter ſigna ſamnitiũ potius:quá circũuallari caſtra rõana uideat.
Dicta conſulis legati tribuniq; oẽs turmæ equitum & cẽturiones primorꝫ ordinũ approbauere:tum pu/
dore uictus miles ſegniter arma capit:& ſegniter e caſtris egredit᷑ longo agmine:nec cõtinẽti mœſti ac ꝓpe
uicti ꝓcedunt uerſus hoſtẽ:nec ſpe:nec animo certiorẽ itaq; ſimul conſpecta ſunt romana ſigna:extemplo
a primo ſamnitiũ agmine ad nouiſſimũ fremitus perfert᷑:exire id quod timuerũt ad ĩpediendũ iter roma
nos:nullá inde ne fugæ qdẽ patere uiá:illo loco aut cadendũ eẽ:aut ſtratis hoſtibus ꝑ corpora eorũ uadẽ/
dum.In medio ſarcinas conijciunt:armati ſuis qſq; ordinibus inſtruũt aciẽ.Iam exiguũ inter duas acies
erat ſpatiũ & ſtabát expectantes:dum ab hoſtibus prius ĩpetus prius clamor ĩciperet:neutris aĩus ẽ ad pu/
gnandũ.Diuerſi integri atq; intacti abiſſent:ni cedenti ĩſtaturũ alterꝫ timuiſſent:ſua ſpõte ĩter inuitos tergi
uerſanteſq; ſegnis pugna clamore incerto atq; ĩpari cœpit:nec ueſtigio qſq̃ mouebat᷑.Tũ cõſul romáus:ut
rẽ excitaret:eqtũ paucas turmas extra ordinẽ ĩmiſit:quorũ cũ pleriq; delapſi ex equis eẽnt:& alii turbati:
& ab ſamnitiũ acie ad opprimẽdos eos:q ceciderant:& ad ſuos tuendos ab romanis procurſum eſt.Inde
paululum irritata pugna ẽ:ſed aliquáto & ĩpigre magis:& plures ꝓcurrebant ſamnites:& turbatus eques
ſua ipſa ſubſidia territis equis ꝓculcauit:hinc fuga cœpta totá auertit aciẽ romaná.Iáq; ĩ terga fugientiũ
ſamnites pugnabant:cũ cõſul equo ꝓuectus ad portá caſtrorꝫ ac ſtatiõe eqtũ ibi oppoſita:edictoq; ut qui
cunq; ad uallũ tenderet:ſiue ille romanus:ſiue ſamnis eẽt:ꝓ hoſte haberet᷑:hæc ipſa minitans obſtitit ꝓfu
ſe cedentibus ſuis in caſtra:quo pergis:inqt:miles?& hic arma:& uiros ĩuenies:nec uiuo conſule tuo niſi
uictor caſtra ĩtrabis:ꝓinde elige cũ ciue:an hoſte pugnare malis.Hæc dicẽte cõſule equites infeſtis cuſpidi/

Att᷑.cõſulis ferociá

bus circunfunduntur:ac pedites in pugnam redire iubent.Non uirtus ſolum cõſulis:ſed fors etiam adiu/
uit:quod non inſtiterunt ſamnites:ſpatiũq; circunagendi ſigna reuertendiq; aciẽ a caſtris in hoſtẽ fuit.Tũ
alii alios hortari ut reciperent pugnam:centuriones ab ſigniferis rapta ſigna inferre:& oſtendere ſuis pau/
cos & ordinibus incompoſitis effuſe uenire hoſtes.Inter hæc conſul manus ad cælum attolens uoce cla/
ra:ita ut exaudiretur templum Ioui Satori uouet: ſi conſtitiſſet a fuga romana acies: redintegratoq; præ/
lio cecidiſſet:uiciſſetq; legiones ſamnitiũ:omnes undiq; amiſſi ad reſtituendum pugná duces milites pedi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tum equitumq; uis nomen etiā deorū reſpexiſſe nomen romanum uiſum: adeo facile inclinata res repul/
ſiq; a caſtris hoſtes: mox & iam redacti ad eū locū: in quo cōmiſſa pugna erat. Ibi obiacente ſarcinarum
cumulo: quas coniecerant in medium heſere impediti. deinde ne diriperentur res: orbem armatorū ſarci/
nis circundant. Tum uero eos a fronte urgere pedites: ab tergo circūuenti eqtes: ita in medio cæſi captiq;.
Captiuorum numerus fuit ſeptē millia ac. dcc. qui omnes nudi ſub iugum miſſi: cæſos rettulere ad quat/
tuor millia octingentos. Nec romanis quidem læta uictoria fuit: recenſente cōſule biduo acceptam cladē
amiſſorum militū numerus relatus ſeptē millia ac trecenti. Dum hæc in Appulia gerebantur: altero exer/
citu ſamnites interamnem coloniā romanam: quæ uia latina eſt: occupare conati urbē nō tenuerūt: agros
depopulati cū prædam aliam inde mixtam hominū atq; pecudum colonoſq; captos agerēt: in uictorem
incidunt conſulem ab Luceria redeuntem: nec prædam ſolum amittūt: ſed ipſi longo atq; impedito agmi/
ne incōpoſiti cædūtur. Conſul interamnē edicto dominis ad res ſuas noſcendas recipiendaſq; reuocatis: &
exercitu ibi relicto: comitiorum cā Romam eſt profectus. Cui de triumpho agenti negatus honos: & ob
amiſſa tot millia militū: & quod captiuos ſine pactione ſub iugum miſiſſet: cōſul alter Poſthumius: quia
in ſamnitibus materia belli deerat: ī Ethruriā traducto exercitu primū peruaſtauerat uolſiniēſem agrum:
deinde tum egreſſis ad tuendos fines haud ꝓcul mœnibus ipſoꝝ depugnat: duo millia tercētum ethruſco
rum cæſi: cæteros ꝓpinquitas urbis tutata eſt. In roſellanum autē agrum exercitus traductus: ubi nō agri
tantum uaſtati: ſed oppidum ēt expugnatū: capta amplius duo millia hoīum: minꝰ duo millia circa mu/
ros cæſa. Pax tamē clarior maiorq;: quā bellū in Ethruria eo anno fuerat parta eſt: tres ualidiſſimæ urbes
Ethruriæ capita Volſini Peruſia Arretiū pacem petiere: & ueſtimētis militū frumētoq; pacti cū conſule: ut
mitti Romā oratores liceret: inducias in. xl. annos īpetrauerūt: mulcta præſens qngentū milliū æris in ſin
gulas ciuitates īpoſita. Ob haſce res geſtas cōſul cū triumphū ab ſenatu moris magis cā: quā ſpe īpetrandi
petiſſet: uideretq; alios: quod tardius ab urbe exiſſet: alios quod iuſſu ſenatus ex Samnio in Ethruria trā
ſiſſet: partim ſuos inimicos: partim collegæ amicos. ad ſolatiū æquatæ repulſæ ſibi quoq; negari triūphū
nō ita: inqt patres cōſcripti ueſtræ maieſtatis meminero: ut me conſulē eſſe obliuiſcar: eodē iure īperii: quo
bella geſſi bellis feliciter geſtis Samnio atq; Ethruria ſubactis uictoria & pace parta triumpho: ita ſenatū
reliquit. Inde inter tribunos plebis cōtentio orta ē: pars interceſſuros ne nouo exēplo triūpharet: aiebāt: ps
auxilio ſe aduerſus collegas triūphanti futuros. Iactata res ē ad populū: uocatuſq; eo conſul cū. L. Horatiū
Marcū Valerium cōſules. C. Martiū Rutiliū nuper patrē eius: qui tūc cēſor eēt: nō ex auctoritate ſenatus
ſed iuſſu populi triūphaſſe diceret: adiiciebat ſe quoq; latuꝝ fuiſſe ad populū: ni ſciret mācipia nobiliū tri
bunos plebis legē īpedituros: uoluntatē ſibi ac fauorē cōſentientis populi ꝓ oībus iuſſis affutura. Poſte/
ro die auxilio tribunoꝝ plebis aduerſus triū interceſſione. vi. tribunoꝝ & cōſenſum ſenatus celebrāte po/
pulo diem triūphauit. Et huius anni parꝝ cōſtans memoria ē. Poſthumiū auctor ē Claudius in Samnio
captis aliquot urbibus ī Appuliā fuſum fugatūq;: ſauciū ipſum cū paucis Luceriā cōpulſum: ab Attilio
in Ethuria res geſtas: eūq; triūphaſſe. Fabius ambos cōſules ī Samnio: & ad Luceriā res geſſiſſe ſcribit: tra
ductūq; in Ethruriā exercitū: ſed ab utro cōſule nō adiecit: & ad Luceriā utrinq; multos occiſos: ī eaq; pu/
gna Iouis Statoris ædē uotā ut Romulus ante uouerat: ſed tm̄ id eſt locus tēplo iā ſacratus: effatus fuerat.
Cæterū hoc demū anno ut ædē ēt fieri ſenatus iuberet: bis eiuſdē uoti dānata reſpublica ī religionē uenit.

M. poſthumius inuito ſenatu triūphat

Sequitur hunc annū & cōſul inſignis. L. Papyrius Curſor tam paterna gloria: quā ſua: & bellum ingeēs
uictoriaq; quantā de ſamnitibus nemo ad eā diē pter. L. Papyrium patrem conſulis pepererat: & forte eo/
dem conatu apparatuq; omni opulentia in ſignum armorum bellum adornauerāt: & deorum etiam adhi
buerant opes ritu quodam ſacramenti uetuſto uelut initiatis militibus: delectu per omne Samnium habi
to noua lege: ut qui iuniorum nō conueniſſent ad imperatorē: quiq; iniuſſu abiſſet: caput Ioui ſacratum
erat. Tum exercitus omnis Aquiloniā eſt inductus: ad. xl. millia militū: quod roboris ī Samnio erat: cō/
uenerunt. ibi mediis fere caſtris locus eſt cōſpectus cratibus: pluteiſq;: & linteis cōtectus: patens ducentos
maxime pedes in oēs pariter partes. Ibi ex libro uetere linteo lecto ſacrificatū ſacerdote Ouio Paccio quo/
dam hoīe magno natu: qui ſe id ſacrum petere affirmabat ex uetuſta ſamnitiū religione: qua quondā uſi
maiores eorum fuiſſent: cum adimendæ ethruſis Capuæ clādeſtinum cepiſſent cōſiliū. Sacrificio perfecto:
per uiatorem īperator acciri iubebat nobiliſſimū quēq; genere factiſq;: ſinguli introducebantur: erat tum
alius apparatus ſacri: qui perfundere religione animum poſſet: tum in loco circa omni contēto adipe aræ
in medio uictimæq; circa cæſæ: & circunſtātes centuriones ſtrictis gladiis: admouebatur altaribus miles
magis ut uictima: quam ut ſacri particeps: adigebaturq; iureiurando: quæ uiſa auditaq; in eo loco eſſent:
nō enunciaturum: dein iurare cogebant diro quodam carmine in execrationē capitis familiæq;, & ſtirpis
compoſito: niſi iſſet in prælium: quo imperatores duxiſſent: & ſi aut ipſe ex acie fugiſſet: aut ſiquem fugiē
tem uidiſſet: nō extēplo occidiſſet. Id primo quidam obnuētes iuraturos ſe obtuncati circa altaria ſunt: ia
centes deinde inter ſtragem uictimaꝝ documento cæteris fuere: ne abnuerent. Primoribus ſamnitium ea
deteſtatione obſtrictis decem nominatis ab imperatore: eis dictum: ut uir uirum legeret: donec ſedecim
millium numerum confeciſſent: ea legio linteata ab integumento cōſepti: quo ſacrata nobilitas erat: appel
lata eſt: his arma inſignia data: & criſtatæ galeæ: ut inter cæteros eminerēt. Paulo plus uiginti millium ali
us exercitus fuit: nec corporum ſpecie: nec gloria belli: nec apparatu linteatæ legioni diſpar: hic hominū
numerus: quod roboris erat: ad Aquiloniam conſedit. Conſules profecti ab urbe prior. Sp. Caruilius:
cui ueteres legiones: quas. M. Attilius ſuperioris anni conſul in agro interamnati reliquerat: decretæ erāt

L. Papyrius. Sp. Caruiliꝰ conſ.

Atī. Coniurationis genus in ſamnio legio. Sacrata

Amiternũ Sannitiũ oppidum

Amiternum ubi

cum eis in Samnium ꝓfectus: dum hoſtes operati ſuperſtitionibus cõcilia ſecreta agunt. Amiternum op-
pidum de ſamnitibus ui cepit: cæſa ibi millia hoĩum duo ferme atq; octingẽti: capta quattuor millia du-
centi ſeptuaginta Papyrius nouo exercitu: ita uero decretũ erat ſcripto. Duroniá urbẽ expugnauit: minus
quá collega cepit hoĩum: plus aliquanto occidit: præda opulẽta utrobiq; eſt parta. Inde ꝑuagati Samniũ
cõſules maxime depopulato Atinate agro: Caruilius ad Cominiũ: Papyrius ad Aquiloniá: ubi ſũma rei
ſamnitiũ erat: peruenit: ibi aliquádiu nec ceſſatum ab armis ẽ: nec grauiter pugnatum: laceſſendo quietos
reſiſtentibus cedẽdo: cõminãdoq;: magis: quá inferendo pugná dies aſſumebat: quod cũ inciperetur: re-
mitteret q;: oĩum rerum ẽt paruarũ euẽtus ꝓferebat in dies. Altera romana caſtra uiginti millium ſpacio
aberant: & abſentis collegæ cõſilia oĩbus gerendis intererát rebus: intẽtiorq; Caruilius: quo maiore diſcri
mine res uertebatur in Aquiloniá: quá ad Cominiũ: quod obſidebat. erat. L. Papyrius iam per oĩa ad di-
micandũ ſatis paratus nunciũ eo ad collegá mittit ſibi in aĩo eẽ poſtero die ſi ꝑ auſpicia liceret: cõfligere cũ
hoſte: opus eſſe & illum: quáta maxima ui poſſet. Cominiũ oppugnare: ne qd laxamẽti ſit ſamnitibus ad
ſubſidia Aquiloniá mittenda. diem ad ꝓficiſcendũ nuncius habuit: nocte rediit approbare collegá cõſul-
ta referens. Papyrius nuncio miſſo ex tẽplo concionẽ habuit: multa de uniuerſo genere belli: multa de præ
ſenti hoſtium apparatu uana magis ſpecie: quá efficaci ad euentũ diſſeruit. Non enĩ criſtas uulnera facere:
& per picta atq; aurata ſcuta tranſire romanũ pilum: & cádore tunicarum fulgentẽ aciem: ubi res ferro ge
ratur: cruẽtari. Aureá olim atq; argenteá ſamnitiũ aciẽ a parẽte ſuo occidiõe occiſam: ſpoliaq; ea honeſtio-
ra uictori hoſti: quá ipſis arma fuiſſe. Datũ hoc forſan nomini familiæq; ſuæ: ut aduerſis maximos cona
tus ſamnitium opponerentur duces: ſpoliaq; ea referrent: quæ inſignia etiá publicis locis decorandis eſ-
ſent. Deos immortales adeſſe ꝓpter totiens petita fœdera: totiens rupta: tum ſi qua coniectura mẽtis diui-
næ ſit: nulli unq̃ exercitui fuiſſe infeſtiores: quá qui nefando ſacro mixta hoĩum pecudũq; cæde reſperſus

Papyrius ſuos ad pugnam hortatur

ancipiti deum iræ deuotus: hinc fœderum cũ romanis ictorũ teſtes deos: hinc iuſiurandi aduerſus fœde-
ra ſuſcepti execrationes horrens inuitus iurauerit: oderet ſacramentum: uno tempore deos ciues hoſtes me
tuat: Hæc comperta perfugarũ indiciis cũ apud infenſos iam ſua ſponte milites diſſeruiſſet: ſimul diuinæ
humanæq; ſpei pleni clamore cõſentiẽti pugnam poſcunt: pœnitet in poſterũ diem dilatum certamẽ: mo-
ram diei noctiſq; oderunt. Tertia uigilia noctis iam relatis litteris a collega Papyrius ſilẽtio ſurgit: & pul-
larium in auſpiciũ mittit. Nullum erat genus hominũ in caſtris intactum cupiditatẽ pugne: ſummi infi-
miq; æque intenti erát: dux militũ: miles ducis ardorẽ ſpectabat. Is ardor oĩum ẽt ad eos: qui auſpicio in
tererant: ꝑuenit: nam cũ pulli nõ paſcerentur: pullarius auſpicium mẽtiri auſus tripudiũ ſolliſtimũ conſu
li inuocauit. Conſul lætus auſpiciũ egregium eſſe: & dies auctoribus rem geſturos pronunciat: ſignumq;
pugnæ ꝓponit. Exeunti iá forte in aciẽ nunciat perfuga uiginti cohortes ſamnitiũ: quadrigenariæ ferme
erát. Cominiũ ꝓfectas: qd ne ignoraret collega: ex tẽplo nunciũ mittit: ipſe ſigna ocius ꝓferri iubet: ſubſi-
diaq; ſuis quæq; locis & ꝑfectos ſubſidiis attribuerat. Dextero cornu. L. Volũnium: ſiniſtro. L. Scipionẽ
equitibus legatos alios. C. Ceditium: & Trebonium ꝑfecit. Sp. Nautium mulos detractis clitellis cum co
hortibus alariis in tumulũ cõſpectum ꝓpere circũducere iubet: atq; inde inter ipſam dimicationẽ: q̃to ma
xime poſſet moto puluere oſtẽdere. Dũ his intẽtus ĩperator erat: altercatio inter pullarios orta de auſpicio
eius diei: auditaq; ab equitibus romanis: q rem haud ſpernádá rati. Sp. Papyrio fratris filio conſulis am-
bigi de auſpicio nũciauerunt: Iuuenis ante doctriná deos ſpernẽtem nactus: rem inqſitam: nequid incom-
pertum deferret: ad conſulem detulit: cui ille: tu qdem macte uirtute diligentiaq; eſto: ceterum qui auſpicio
adeſt: ſiquid falſi nunciat: in ſemetipſum religionẽ recipit: mihi qdem tripudiũ nunciatũ populo romano
exercituiq; egregiũ auſpiciũ eſt: centurionibus deinde ĩperauit: ut pullarios ĩter prima ſigna conſtituerent.
Promouent & ſamnites ſigna: inſequitur acies ornata armataq;: ut hoſtiũ quoq; magnificũ ſpectaculum
eſſet. Priuſq̃ clamor tolleret cõcurreretur q;: emiſſo temere pilo: ictus pullarius ante ſigna cecidit: quod ubi
conſuli nunciatum eſt dii in prelio ſunt: inqt: habet pená noxiũ caput. Ante cõſulẽ hec dicentẽ coruus uo-
ce clara occinuit: quo letus augurio cõſul affirmás nunq̃ humanis rebus magis ꝑſentes affuiſſe deos: ſigna
canere & clamorẽ tolli iuſſit. Preliũ cõmiſſum atrox: ceterũ longe diſparibus aĩs: romanos ira ſpes: ardor

Atẽ. pullarii exitum

certaminis auidos hoſtiũ ſanguinis in preliũ rapit: ſamnitiũ magná partẽ neceſſitas ac religio inuitos ma-
gis reſiſtere: quá ĩferre pugná cogit: nec ſuſtinuiſſent primũ clamorẽ atq; ĩpetũ romanorũ per aliquot iam
annos uinci aſſueti: ni potẽtior alius metus inſidens pectoribus a fuga retineret: quippe in oculis erat oĩs
ille occulti paratus ſacri: & armati ſacerdotes: & ꝓmiſcua hoĩum pecudumq; ſtrages: & reſperſe fando ne-
fandoq; ſanguine are: & dira execratio: ac furiale carmẽ deteſtáde familie, ſtirpiq; cõpoſitum: his uinculis
fuge obſtricti obſtabát ciuẽ magis: q̃ hoſtẽ timẽtes. Inſtare romanus a cornu utroq; a media acie: & cede-
re deorum hoĩumq; attonitos metu repugnat ſegniter: ut ab his: quos timor moraret a fuga. Iá prope ad
ſigna cedes peruenerat: cum ex tranſuerſo puluis uelut ĩgẽtis agminis ĩceſſu motus apparuit. Sp. Nautius
Octauiũ Metiũ quidam eũ tradunt: dux alaribus cohortibus erat puluerẽ maiorẽ: q̃ pro numero excita-
bant ĩſidentes mulis calones frõdoſos ramos per terrá trahebát: arma ſignaq; per turbidá lucẽ ĩ primo ap-
parebant: poſt altior denſiorq; puluis eqtũ ſpeciũ cogẽtiũ agmen dabat: feſellitq; non ſamnites modo: ſed
ẽt romanos: & cõſul affirmauit errorẽ clamitás ĩter prima ſigna ita: ut uox ẽt ad hoſtes accederet: captum
Cominũ: uictorẽ collegam adeſſe: annite enĩ uĩcere priuſq̃ gloria alterius exercitus fieret: hec ĩſidens equo
inde tribunis cẽturionibuſq; ĩperat: ut uiam equitibus patefaciant: ipſe TrebonioCeditioq; predixerat ut
ubi ſe cuſpidẽ erectá quatientem uidiſſent: q̃ta maxima ui poſſent: cõcitarent eqtes in hoſtẽ. Ad nutũ oĩa:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ut ex ante præparato fiunt:panduntur inter ordines uiæ:prouolat eques:atq; infeſtis cuſpidibus ĩ mediũ
agmẽ hoſtium ruit:perrumpitq; ordines quacunq; impetum dedit:inſtát Volumnius:& Scipio:& per-
culſos ſteterunt. Tum iam deoꝝ hominũq; uicta uis funduntur linteatæ cohortes:pariter iurati iniuriati- Iurati in-
q; fugiunt:nec quẽq̃ præter hoſtes metuunt. Peditum agmen:quod ſuperfuit pugnæ:in caſtra ad Aquilo iuriatiq;
niam cõpulſum eſt:nobilitas equiteſq; Bouianum profugerũt:equitẽ eques ſeqtur:peditẽ pedes:ac diuer
ſa cornua dexterum ad caſtra ſamnitiũ:leuum ad urbem tẽdit. Prior aliquanto Volumnius caſtra capit:
ad urbem Scipioni maiore reſiſtitur ui:nõ quia plus animi uictis ẽ:ſed melius muri:quá uallũ armatos
arcent:idem lapidibus ꝓpulſant hoſtem. Scipio niſi in primo pauore:priuſq̃ colligerent animi: tranſacta
res eſſet:lentiorem fore munitæ armis urbis oppugnationem ratus:interrogat milites:ſatin æquo animo
paterẽtur ab altero cornu caſtra capta eẽ:ſe uictores pelli a portis urbis? Reclamátibus uniuerſis primus
ipſe ſcuto ſuper caput elato pergit ad portá:ſecuti alii teſtudine facta in urbem perrũpũt:deturbatiſq; ſam-
nitibus:q circa portam erát:muros occupauere:penetrare interiora urbis:quia pauci admodũ erant: non
audent. Hæc primo ignorare cõſul:& intentus recipiendo exercitui eẽ:iam.n. præceps ĩ occaſum ſol erat:
& appetens nox periculoſa:& ſuſpecta oĩa etiá uictoribus faciebat:progreſſus lõgius ab dextera caſtra ca-
pta uidet:ab leua clamorẽ in urbe mixtum pugnantiũ ac pauentiũ fremitum eẽ:& tum forte certamen ad
portam erat:aduectus deinde equo propius:ut ſuos in muris uidet:nec iam integri quicq̃ eẽ:quin temeri-
tate paucorũ magnæ rei parta occaſio eẽt:acciri quas receperat copias:ſignaq; in urbem ferri iuſſit:ingreſſi
ex parte proxima:quia nox appropinquabat quieuere nocte oppidũ ab hoſtibus deſertũ. cæſa illo die ad
Aquiloniam ſamnitium millia. xxx.cccxl.capta quattuor millia.dccc.&.lxx.ſigna miliaria. xcvii. Cæ xxx. Sam
terum illud memoriæ traditur nõ ferme aliũ ducẽ lætiorẽ in acie uiſum ſeu ſuopte ingenio:ſeu fiducia be- nitiũ uno
ne gerendæ rei. Ab Eodem robore animi neq; controuerſo auſpicio reuocari a prælio potuit:& ĩ ipſo diſ die cæſa.
crimine: quo tẽpla diis ĩmortalibus uoueri mos erat:mouerat Ioui Victori:ſi legiões hoſtium fudiſſet: cccxl.
pauxillũ mulſi prius:quá temetũ biberet:ſeſe facturum: id uotũ diis cordi fuit:& auſpicia in bonũ uerte-
runt. Eadem fortuna ab altero conſule ad Cominiũ geſta res:prima luce ad mœnia oĩbus copiis admotis
corona cinxit urbẽ:ſubſidiaq; firma:nequa eruptio fieret:portis oppoſuit. Iá ſignũ dantẽ eũ nũcius a col
lega trepidus de uiginti cohortiũ aduentu & ab ĩpetu morat⁹ ẽ:& ptẽ copiaꝝ reuocare inſtructá intẽtáq;
ad oppugnádũ coegit. D. Brutũ Scæuá legatũ cũ legiõe prima & uiginti cohortib⁹ alariis eqtatuq; ire ad
uerſus ſubſidiũ hoſtium iuſſit:quocũq; in loco fuiſſet obuius:obſiſteret ac moraretur:manũq;:ſi forte ita
res poſceret:cõferret:modo ne ad cominiũ eæ copiæ admoueri poſſent:ipſe ſcalas ferri ad muros ab oĩ par
te urbis iuſſit:ac teſtudine ad portas ſucceſſit:ſimul & refringebant portæ:& uis undiq; in muros fiebat:
ſamnites:ſicut anteq̃ in muris uiderent armatos:ſatis aĩ habuerũt ad ꝓhibẽdos urbis aditu hoſtes: ita po-
ſteaq̃ iam nõ ex interuallo:nec miſſilibus ſed cõminus gerebant res:& quia ægre ſucceſſerát ex plano in mu
ros: loco quẽ magis timuerát:uicto facile in hoſtem ĩparẽ ex æquo pugnabát:relictis turribus muriſq; ĩ
forũ oẽs cõpulſi pauliſp inde tẽptauerũt extremá pugnæ fortuná:deinde abiectis armis. xi. millia hoĩum
& trecenti in fidẽ cõſulis uenerũt cæſa ad quattuor millia ac. cclxxx. Sic ad Cominiũ:ſic ad Aquiloniam Aqlonia
geſta res. In medio inter duas urbes ſpatio:ubi tertia expectata erat pugna:hoſtes nõ inuenti:ſeptem millia capitur
paſſuum cũ abeſſent a Cominio:reuocati ab ſuis:neutri prælio occurrerũt primis ferme tenebris cũ in cõ- Cominiũ
ſpectu iam caſtra ad Aquiloniá habuiſſent:clamor eos utrinq; par accidẽs ſuſtinuit:deinde regione caſtro capitur
rum:quæ incenſa ab romanis erát:flãma late fuſa certiores indicio ꝓgredi longius ꝓhibuit. Eo ipſo loco
ꝓpe temere ſub armis ſtrati paſſim inquietũ omne tẽpus noctis expectando timendoq; lucẽ egere:prima
luce incerti quá in partẽ intenderũt iter:repente in fugá cõſternant: cõſpecti ab eqtibus:q egreſſo nocte ab
oppido ſamnites perſecuti uiderant:multitudinẽ nõ uallo:nõ ſtationibus formatá:conſpecta & ex muris
Aquiloniæ ea multitudo erat:iamq; ẽt legionariæ cohortes ſequebátur:cæteꝝ nec pedes fugiẽtes perſequi
potuit:ab equite nouiſſimi agminis ducenti ferme & octaginta interfecti:arma multa pauidi ac ſigna mi
litaria duodeuiginti reliquere:alio agmine incolumi uix ex tanta trepidatione Bouianũ ꝑuentũ ẽ. Læticiá
utriuſq; exercitus romani auxit:& ab altera parte feliciter geſta res:uterq; ex alterius ſnĩa conſul captũ op-
pidum diripiendũ militi dedit:exhauſtis deinde tectis ignem iniecit:eodẽq; die Aqlonia: & Cominium
deflagrauere: & cõſules cum gratulatiõe mutua legionum ſuaq; caſtra coniunxere: Ita conſpectu duorum Samnitiũ
exercituum & Caruilius ſuos ꝓ cuiuſq; merito laudauit:donauit:& Papyrius:apud quem multiplex in fuga
acie circa caſtra circa urbem fuerat ce tamen. Sp. Nautium. Sp. Papyrium fratris filiũ:& quattuor centu-
riones manipulumq; haſtatorũ in armillis aureiſq; coronis donauit. Nautium ꝓpter expeditionem quia
magni agminis modo terruerat hoſtes:iuuenem Papyrium propter nauatam cum equitatu: & in prælio
operam:& nocte quia fugam infeſtam ſamnitibus ab Aquilonia clam egreſſis fecit:cẽturiones militeſq;
quia primi portá murumq; Aquiloniæ ceperant:equites omnes ob inſignem multis locis operam corni
culis armilliſq; argenteis donat. Conſilium inde habitum cum iam tempus eſſet deducendi ab Samnio ex Atẽ. do-
ercitus aut utriuſq; aut certe alterius:optimũ uſum:quo magis fractæ res ſamnitium eſſent:eo pertinaci⁹ na milita-
& infeſtius agere cætera & perſeq:ut perdomitũ Samnitũ inſequentibus conſulibus tradi poſſet: quan- ria
do iam nullus eſſet hoſtium exercitus:qui ſignis collatis dimicaturus uideretur:unum ſupereſſe belli ge-
nus urbium expugnationes: quarum per excidia militem locupletare præda : & hoſtem pro aris ac fo-
cis dimicantem conficere poſſent. Itaq; litteris miſſis ad ſenatum Populumq; Romanum de rebus ab ſe
geſtis diuerſi Papyrius ad Sepinum:Caruilius ad Volanam oppugnandá legiones ducunt. Litteræ cõſu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

lum ingenti lætícia & in curia:& in concione auditæ:& quatridui ſupplicatione publicũ gaudiũ priuatis
ſtudiis celebratũ ẽ:neq; Po.Ro.magna ſolũ:ſed ꝑ opportuna ẽt ea uictoria fuit:quia ꝑ idẽ fortẽpſ rebel
laſſe ethruſcos allatum ẽ.Subibat cogitatio aĩum:quonã modo tollerabilis futura Ethruria fuiſſet:ſiqd i
Samnio aduerſi ueniſſet:quæ cõiuratione ſamnitium erecta qm̃ ambo cõſules:oĩſq; romana uis auerſa in
Samnium eſſet:occupationẽ populi romani pro occaſione rebellãdi habuiſſet.Legatiões ſocio⁊ a.M.At
tilio prætore ĩ ſenatum ĩtroductæ:querebant̃ uri & uaſtari agros a finitimis ethruſcis:qd' deſciſcere a po
pulo romano nollẽt:obteſtabãturq; patres cõſcriptos:ut ſe a ui atq; iniuria cõmuniũ hoſtium tutarent̃.

Faliſco⁊ defectio — Reſponſum legatis curæ ſenatui futu⁊:ne ſocios fidei ſuæ pœniteret ethruſcorum ꝓpediẽ eandẽ fortunã:
quã ſamnitiũ fore.Segnius tamẽ qd'ad ethruriã attinebat:acta res eẽt:ni faliſcos quoq;:q ꝑ multos ãnos
ĩ amicicia fuerãt:allatũ foret:arma ethruſcis iunxiſſe.Hui⁹ ꝓpinquitas populi acuit curã patribus:ut fœ
ciales mittẽdos ad res repetẽdas cenſerẽt:qb⁹ nõ redditis ex auctoritate patrũ iuſſu populi bellũ faliſcis idi
ctum eſt:iuſſiq; cõſules ſortiri uter ex Samnio ĩ Ethruriã cũ exercitu trãſiret.Iã caruilius Volanã:& Palũ
binum:& Herculaneum ex ſamnitibus ceperat.Volanam intra paucos dies:Palumbinum eodẽ:quo ad
muros acceſſit:ad Herculaneum bis ẽt ſignis collatis ancipiti prælio:& cum maiore ſua:quã hoſtium ia
ctura dimicauit:caſtris deinde poſitis mœnibus hoſtem incluſit:oppugnatum oppidum captũq;.In his
tribus urbibus capta aut cæſa ad decẽmillia hominum:ita ut paruo admodum plures caperentur.Sortiẽ
tibus prouincias conſulibus Ethruria Caruilio euenit:ſecundum uota militum:qui uim frigoris iam in
Samnio non patiebantur.Papyrio ad Sepinum maior uis hoſtium reſtitit:ſæpe in acie:ſæpe in agmine:
ſæpe circa ipſam urbem aduerſus eruptiones hoſtium pugnatum:neq; obſidio:neq; bellum ex æquo erat
nõ enim muris magis ſe ſamnites:quã armis ac uiris mœnia tutabantur:tandem pugnando in obſidionẽ
iuſtam coegit hoſtes:obſidẽdoq; ui atq; operibus urbẽ expugnauit.Itaq; ab ira plus cædis æditum,capta
urbe ſeptẽmillia.ccc.cæſi capta minus triamillia hoĩum:præda:quæ plurima fuit:cõgeſtis ſamnitium re
bus in urbes paucas militi cõceſſa eſt.Niues iam omnia oppleuerant:nec habitari extra tecta poterat:itaq;
conſul de Samnio exercitum eduxit.Venienti Romam triumphus omnium conſenſu eſt delatus:trium
phauit in magiſtratu inſigni:ut illorum temporum habitus erat triumpho:pedites equiteſq; inſignes do
nis tranſiere ac tranſuecti:multæ ciuicæ coronæ:uallareſq;:ac murales conſpectæ:inſpectata ſopolia ſam
nitium:& decore ac pulchritudine paternis ſpoliis:quæ nota publicorum frequẽti ornatu locorum erãt:
comparabantur:nobiles aliquot captiui clari ſuis patrumq; factis ducti:æris grauis tranſuecta uicies cen
tummillia:& auri triginta tria millia:id enim redactum ex captiuis dicebatur:argenti:quod captũ ex urbi
bus erat:ad trecenta.xxx.millia:omne æs argentũq; in ærarium conditum:militib⁹ nihil datum ex ꝓda

Præda ſamnitica — eſt:auctaq; inuidia ẽ ea ad plebem:quod tributum etiã in ſtipendiũ millitum collatum ẽ:cũ ſi ſ; reta glo
ria fuiſſet:captiuæ pecuniæ in ærariũ illatæ:& militi tũ dari ex præda:& ſtipendium militare præſtari po

Aedes q̃rini — tuiſſet.Aedem Quirini dedicauit:quã in ipſa dimicatione uotam apud neminem auctorem ueterem iue
nio:neq; hercules tam exiguo tempore perficere potuiſſet:ab dictatore patre uotam filius cõſul dedicauit
exornauitq; hoſtium ſpoliis:quorũ tanta multitudo fuit:ut non templum tantum forũq; his hornaretur
ſed ſociis e iam coloniſq; finitimis ad templorum locorumq; publicorum ornatum diuiderentur:A triũ
pho exercitum in agrum ueſtinum:quia regio ea infeſta:ab ſamnitib⁹ erat:hybernatum duxit.Inter hæc
Caruilius conſul in Ethruria primum Troilium oppugnare adortus trecentos ſeptuaginta dimiſſos pe

Vide ne troſulſit legẽdum — cunia grandi pactos:ut abire inde liceret:dimiſit:cæteram multitudinem oppidumq; ipſum ui cepit:
inde quinq; caſtella locis ſita munitis expugnauit:cæſa ibi hoſtium duomillia quadringenti:minus duo
millia capti:& faliſcis pacem petentibus annuas inducias dedit pactus centũmillia grauis æris:& ſtipen
dium eius anni militibus.His rebus actis ad triumphum deceſſit:ut minus clarum de ſamnitibus:quam
collegæ triumphus fuerat:ita cumulo ethruſci belli æquato:æris grauis tulit in ærarium trecenta nonagi
tamillia:de reliquo ære ædem foris Fortunæ de manibus faciendam locauit:prope ædem eidem deæ ab
rege Seruio Tullio dedicatam:& militibus ex præda centenos binos aſſes:& alterum tantum centurioni
bus atq; equitibus malignitate collegæ gratius accipientibus munus diuiſit.Fauor cõſulis tutatus ad po
pulum eſt.L.Poſthumium legatum eius:qui dicta die a.M.Cancio tribuno plebis fugerat ĩ legationem:
ut fama ferebat populi iudicium:iactariq; magis:quam peragi accuſatio eius poterat. Exacto iam an
no noui tribuni plebis magiſtratũ inierant:iiſq; ipſis:qa uitio creati erant:duos poſt dies alii ſuffecti.Lu
ſtrum conditum eo anno eſt a.P.Cornelio Aruina.C.Martio Rutilio cenſoribus:cenſa capitum millia.

Cẽſus ludi Rõani — cclii.ccc.xx.Cenſores uiceſtimiſexti a primis cenſoribus:luſtrum undeuiceſimum fuit.Eodem anno co
ronati primum ob res bello bene geſtas ludos romanos ſpectauerunt:palmæq;:tum primum tranſlato
e Græcia more:uictoribus datæ.Eodem anno ab ædilibus curulibus:qui eos ludos fecerunt damnatis
aliquot pecuariis:uia a Martis ſilice ad bouillas perſtrata eſt.Comitia cõſularia.L.Papyrius habuit:crea
uit conſules.Q.Fabium Maximi filium Gurgitem:Iunium Brutum Scæuam:ipſe Papyrius prætor

Q.Fabius Iunius brut⁹ cõſ. — factus.Multis rebus lætus annus uix ad ſolatium unius mali peſtilentiæ urentis ſimul urbem atque a
gros ſuffecit:portentoque iam ſimilis clades erat:& libri aditi:qui nam finis:aut quod remedium eius
mali ab diis daretur:inuentum in libris Aeſculapium ab Epidauro Romam accerſendum:neque eo an
no:quia bello occupati conſules erant:quicquam de ea re actum:præter quam:quod unum diẽ Aeſcu
lapio ſupplicatio habita eſt.

FINIS. PRIMAE DECADIS.